τοὺς νοτίους, τὸ δ' ἔχει τείρεα τὰν βορέῃ.
ἀλλὰ σὺ μηκέτ' Ἄρητον ἐπίβλεπε, δισσὰ δ' ἐν ἀμφοῖν
μέτρα πιὼν ἄθρει πάντα τὰ φαινόμενα.

Falsissime Theocritum interpretatus est Vossius ad Virgilii Bucol. III p. 121.'

Sequentia *γυνά τι θεῶν δαίδαλμα*, utrum sic an *γυνά, τὶ θεῶν* scribenda sint dubitari potest. Cf. Buttmannum Gramm. I p. 69 et Naekium Opusc. I p. 63. Equidem cum graecam linguam copulandae orationis inprimis studiosam fuisse cogito, *γυνά τι* praeferre non dubito. Pro *δαίδαλμα* autem nescio an *ἴνδαλμα* scribendum sit; nam *θεῶν δαίδαλμα* vix aliud significare potest quam artis opus a diis confectum, ut Troiae moenia Coluthus R. H. 301 *θεῶν δαιδάλματα* dixit. Atque ita intellexit praeter ceteros iam scholiasta: *ἔργον οὕτω ποικίλον, ὡς μὴ δοκεῖν ἄνθρωπον αὐτὸ κατασκευάσαι ἢ ποικῖλαι ἀλλὰ θεούς*. Theocritus autem, opinor, mulierem significare voluit *θεῶν ἄπο κάλλος ἔχουσαν*. Favetque huic sententiae perpetuus Theocriti imitator Nonnus Dion. XLI, 65 *θεῶν ἴνδαλμα γονῆς αὐτόχθονι ῥίζῃ πρωτοφανὴς χρύσειος ἐμαιώθη στάχυς ἀνδρῶν.* Idem V, 202 *καὶ Χαρίτων ἴνδαλμα ποθοβλήτοιο προσώπου.*

36. *ἀλλ' ὀκὰ*] Mirum est dubitari potuisse utrum hic et IV, 17 *ἄλλοκα* cum libris, an praeeunte D. Heinsio *ἀλλ' ὄκα* sive cum Schaefero *ἀλλ' ὀκά* scribendum esset. Codicum consensui in tali causa nihil tribuendum. Quod Kiesslingius dicit in oratione concitatiore facile careri particula, non cadit in hunc locum.

Ibid. *γελᾶσα*] Plerique *γελῶσα*, pauci *γελοῖσα*, *γελεῦσα* Ald. Call. Recte *γελᾶσα* e cod. P Ahrensius, quem vide de Dial. Dor. p. 197.

38. *κυλοιδιόωντες*] Scholiasta Rav. ad Aristoph. Lys. 422 *τὰ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέρη κοῖλα καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ 'δηθὰ κυλοιδιόωντες.'*

39. *τὼς δὲ μέτα γριπεὺς*] Ita scribendum esse pri-

mus vidit H. Th. Dittrich in Symbolis criticis ad Theocr. p. 7. Libri *τοῖς δὲ μέτα*, quod tenet Marius Vict. p. 157. Ad *γρι-πεύς* extat Theonis adnotatio apud grammaticum Bekkeri ad Etym. M. p. 808 *γρίπος (γρῖπος) τὸ δίκτυον, οἷον ἄγρι-πον. ἀγρεῖν δὲ τὸ λαμβάνειν. οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήσει Θεοκρίτου*. Cf. Etymol. Gud. p. 129, 55.

40. *μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει*] Falluntur meo iudicio, qui haec de sene interpretantur rete trahente, ut id in mare immittat, cui adversatur verbum *ἐλλοπιεύειν*, quod dici non potest nisi de piscante, non autem de eo qui piscaturus est. Itaque fingendus est senex in litore stans et rete per fluctus trahens *εἰς βόλον*, *ad capturam piscium*.

46. *πυρναίαις σταφυλαῖσι*] Scholiasta: *ταῖς περκα-ζούσαις ἢ τρωξίμοις. πύρνος γὰρ ὁ σῖτος καὶ ἡ τροφή*. Corruptum haud dubie *πυρναίαις* Ahrensio *πυρραίαις*, Briggsio *περκναῖσι* scribendum videtur, quorum non dubium est quin praestet *περκναῖσι*, quod de maturescentibus uvis, quas autumnus purpureo varius colore distinguit, proprium est, ac manifesto legit scholiasta. Cf. Sophocles apud schol. Euripidis Phoen. 227

εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ὄμφακος τύπον,
γλυκαίνεταί τε κἀποπερκοῦται βότρυς *).

Πυρραίας σταφυλάς, quas Ahrensius inferre voluit, mirarer ni graecae aures de uvis lesbiacis intellexissent. Minus displiceret *πυκναίαις*, ut *πυκνόκαρπος μυρρίνη* dixit Lucianus, ni fallit memoria. Hesychius *Πυκναίοις· παλαιοῖς*, quod ex *πολλοῖς* corruptum est, errore uno omnium creberrimo. Idem *Πυκνά· παλαιά*. Hic etiam *πολλά* scribendum ex Homerico *πτερὰ πυκνά*. Non suspecta haec fuisse videntur Lobeckio Paral. p. 319. Ceterum Theocrito obversabantur sine dubio notissimi versus Homeri Il. σ, 561

---

*) Ita enim haec scribenda sunt; pro *γλυκαίνεταί τε* vulgo legitur *καὶ κλίνεταί γε*. Cf. Xenophon Oecon. XIX, 19 *ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς*.

δοιὰ γὰρ ἐκ σφαίρης τετμήμεθα· καὶ τὸ μὲν ἡμέων
τοὺς νοτίους, τὸ δ' ἔχει τείρεα τὰν βορέη.
ἀλλὰ σὺ μηκέτ' Ἄρητον ἐπίβλεπε, δισσὰ δ' ἐν ἀμφοῖν
μέτρα πιὼν ἄθρει πάντα τὰ φαινόμενα.

Falsissime Theocritum interpretatus est Vossius ad Virgilii Bucol. III p. 121.'

Sequentia *γυνά τι θεῶν δαίδαλμα*, utrum sic an *γυνά, τὶ θεῶν* scribenda sint dubitari potest. Cf. Buttmannum Gramm. I p. 69 et Naekium Opusc. I p. 63. Equidem cum graecam linguam copulandae orationis inprimis studiosam fuisse cogito, *γυνά τι* praeferre non dubito. Pro *δαίδαλμα* autem nescio an *ἴνδαλμα* scribendum sit; nam *θεῶν δαίδαλμα* vix aliud significare potest quam artis opus a diis confectum, ut Troiae moenia Coluthus R. H. 301 *θεῶν δαιδάλματα* dixit. Atque ita intellexit praeter ceteros iam scholiasta: *ἔργον οὕτω ποικίλον, ὡς μὴ δοκεῖν ἄνθρωπον αὐτὸ κατασκευάσαι ἢ ποικῖλαι ἀλλὰ θεούς.* Theocritus autem, opinor, mulierem significare voluit *θεῶν ἄπο κάλλος ἔχουσαν.* Favetque huic sententiae perpetuus Theocriti imitator Nonnus Dion. XLI, 65 *θεῶν ἴνδαλμα γονῆς αὐτόχθονι ῥίζῃ πρωτοφανὴς χρύσειος ἐμαιώθη στάχυς ἀνδρῶν.* Idem V, 202 *καὶ Χαρίτων ἴνδαλμα ποθοβλήτοιο προσώπου.*

36. *ἀλλ' ὀκὰ*] Mirum est dubitari potuisse utrum hic et IV, 17 *ἄλλοκα* cum libris, an praeeunte D. Heinsio *ἀλλ' ὄκα* sive cum Schaefero *ἀλλ' ὀκά* scribendum esset. Codicum consensui in tali causa nihil tribuendum. Quod Kiesslingius dicit in oratione concitatiore facile careri particula, non cadit in hunc locum.

Ibid. *γελᾶσα*] Plerique *γελῶσα*, pauci *γελοῖσα, γελεῦσα* Ald. Call. Recte *γελᾶσα* e cod. P Ahrensius, quem vide de Dial. Dor. p. 197.

38. *κυλοιδιόωντες*] Scholiasta Rav. ad Aristoph. Lys. 422 *τὰ περὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέρη κοῖλα καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ 'δηθὰ κυλοιδιόωντες.'*

39. *τὼς δὲ μέτα γριπεύς*] Ita scribendum esse pri-

mus vidit H. Th. Dittrich in Symbolis criticis ad Theocr. p. 7. Libri *τοῖς δὲ μέτα*, quod tenet Marius Vict. p. 157. Ad *γριπεύς* extat Theonis adnotatio apud grammaticum Bekkeri ad Etym. M. p. 808 *γρίπος* (*γρῖπος*) *τὸ δίκτυον, οἷον ἄγριπον. ἀγρεῖν δὲ τὸ λαμβάνειν. οὕτω Θέων ἐν ὑπομνήσει Θεοκρίτου.* Cf. Etymol. Gud. p. 129, 55.

40. *μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει*] Falluntur meo iudicio, qui haec de sene interpretantur rete trahente, ut id in mare immittat, cui adversatur verbum *ἐλλοπιεύειν*, quod dici non potest nisi de piscante, non autem de eo qui piscaturus est. Itaque fingendus est senex in litore stans et rete per fluctus trahens *εἰς βόλον*, *ad capturam piscium.*

46. *πυρναίαις σταφυλαῖσι*] Scholiasta: *ταῖς περκαζούσαις ἢ τρωξίμοις. πύρνος γὰρ ὁ σῖτος καὶ ἡ τροφή.* Corruptum haud dubie *πυρναίαις* Ahrensio *πυρραίαις*, Briggsio *περκναῖσι* scribendum videtur, quorum non dubium est quin praestet *περκναῖσι*, quod de maturescentibus uvis, quas autumnus purpureo varius colore distinguit, proprium est, ac manifesto legit scholiasta. Cf. Sophocles apud schol. Euripidis Phoen. 227

εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον ὄμφακος τύπον,
γλυκαίνεταί τε κἀποπερκοῦται βότρυς).*

Πυρραίας σταφυλάς, quas Ahrensius inferre voluit, mirarer ni graecae aures de uvis lesbiacis intellexissent. Minus displiceret *πυκναίαις*, ut *πυκνόκαρπος μυρρίνη* dixit Lucianus, ni fallit memoria. Hesychius *Πυκναίοις· παλαιοῖς*, quod ex *πολλοῖς* corruptum est, errore uno omnium creberrimo. Idem *Πυκνά· παλαιά.* Hic etiam *πολλά* scribendum ex Homerico *πτερὰ πυκνά.* Non suspecta haec fuisse videntur Lobeckio Paral. p. 319. Ceterum Theocrito obversabantur sine dubio notissimi versus Homeri Il. σ, 561

---

*) Ita enim haec scribenda sunt; pro *γλυκαίνεταί τε* vulgo legitur *καὶ κλίνεταί γε.* Cf. Xenophon Oecon. XIX, 19 *ὅταν δὲ καιρὸς ᾖ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἤδη γλυκαίνεσθαι τὰς σταφυλάς.*

ἐν δ' ἐπίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν,
καλὴν χρυσείην, μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν.

47. ὀλίγος τις κῶρος] Scholiasta Apollonii Argon. I, 955 ὀλίγον δὲ λίθον τὸν μικρὸν ἔφη, ὡς καὶ Ὅμηρος ὀλίγην τράπεζαν, καὶ Θεόκριτος ὀλίγον κοῦρον. Qui e Theocrito etiam Id. XXII, 113 afferre poterat. Nota haec vis est adiectivi ὀλίγος in singulari, rara in plurali, ut apud Democritum Stobaei Flor. I, 40 ὀλίγας κῆρας non *paucas*, sed *leves* κῆρας dicentem. Cf. Nonnum Dion. XXXIII, 86.

48. ἀμφὶ δέ μιν] Suspecta est forma μιν, qua vix usus est Theocritus in bucolicis et mimicis carminibus. Eandem optimorum librorum ductu expuli infra vs. 143. III, 48. IV, 17. Aliis tamen locis II, 150. III, 16. VII, 13 intactam reliqui. Ed. pr. Reposui nunc ubique νίν.

Ibid. δύ' ἀλώπεκες ἃ μὲν] Schol. ὅμοιον τῷ 'οἱ δὲ δύο σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει'. Homerico hoc versu Od. μ, 74 passim utuntur grammatici inde ab Apollonio, velut schol. Euripidis Phoen. 1497. Ad eandem rationem in Moscho III, 77 coniunxi ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι ὃς μὲν ἔπινεν —

49. ἐπὶ πήρᾳ] Ita ex pluribus bonisque codd. Ameisius scripsit, quem cum Ahrensio secutus sum. Vulgo ἐπὶ πήραν. Firmat schol. ad 48 ἡ δὲ ἐπὶ πήρᾳ — πάντα δόλον κατασκευάζουσα. Neque aliter haec legit Wernickius ad Tryphiodor. 221.

50. δόλον τεύχοισα] Schol. γράφεται καὶ κεύθουσα, de quo vide disserentem Wernickium ad Tryph. l. l. In sequentibus οὐ πρὶν ἀνησεῖν φατὶ τὸ παιδίον inest suavis quaedam ἀφέλεια, quam in Theocrito impense miratur Hermogenes de Id. p. 306. Apte compares Xenophanea apud Athenaeum XI p. 462 d οἶνος δ' ἐστὶν ἑτοῖμος, ὃς οὔποτε φησὶ προδώσειν. Nec dissimile hoc anonymi poetae in Anth. Pal. IX, 380 εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι, vel illud Catulli *phaselus ille, quem videtis hospites, ait fuisse navium celerrimus*. Accentum in ἀνήσειν correxit Brunckius.

51. *πρὶν ἤ ἀκράτιστον*] Is. Vossius ἤ 'νάριστον, quod Fulvius Ursinus in codice quodam repperisse creditur. Hermannus editum interpretatur *bis er ihn mit seinem Frühstück auf das Trockne gesetzt hat*, qui sensus verbis inesse non potest, cum ἀκράτιστος ab ἀκρατίζεσθαι non *prandio instructum* significet, sed *pransum*. Ahrensio ἀκράτιστος vel ἀκρατιστός pro substantivo est, comparatque δειπνιστός = δειπνηστός et δορπιστός = δορπηστός. Vertit igitur *bevor er das Frühstück hat scheitern lassen*. Poterat fortasse melius *bevor er ihm das Frühstück vereitelt haben werde*. Mihi haec omnia artificiosius excogitata et a nativa Theocriteae dictionis simplicitate remotissima videntur. Ad meum sensum poeta puerum dicere debuit incautum et nihil mali timentem, quale e. c. esset πρὶν ἤ ἀφρόντιστον; nec dubium quin quod scripsit Theocritus acutiores reperturi sint. Interim conieci πρὶν ἤ ἀβακιστόν, quod aptissimum esse ei quam requiro sententiae docet Hesychius Ἀβάκην· ἀφελῆ, ἀσύνετον, ἡσύχιον, ἄκακον. Quo sensu ἀβάκη φρένα se habere dixerat Sappho fr. 72, ac verbo ἀβακίζεσθαι item de pueri ἀφελείᾳ usus est Anacreon fragm. 74. Sequentia ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ idem fere significant ac si dixisset ξηρὸν ἀποδείξῃ, *siccum aridumque*, quod recte dici potest de puerulo illo cibis quos pera inclusos habebat privato. Cf. Idyll. VIII, 44. Non enim credo metaphoram sumptam esse a navibus, quae in sicco destitutae ἐπὶ ξηροῦ καθῆσθαι dicuntur. Ad dictionis formam comparandus est Philodemus Anth. Pal. V, 120 τοὔνεκ' ἐν ἀπρήκτοισι καθήμεθα, i. e. *nihil agimus*.

52. ἀνθερίκοισι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν] Vulgo ἀνθερίκεσσι, cui ex optimo cod. ἀνθερίκοισι substituit Ahrensius. Cf. Eustathius ad Hom. p. 1206, 7 ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός, ἡ δὲ χρῆσις καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ. Dubium est quid legerit Longus Past. I p. 12, cuius verba e Theocriteis expressa, Cobeto V. L. p. 178 teste, in cod. Flor. ita scripta sunt: ἡ μὲν ἀνθερίκους (ας) ἀνελομένη πόθεν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήκην ἀνέπλεκε. Tum libri fluctuant inter

ἀκριδοθήραν et ἀκριδοθήκαν, quorum alterum Lobeckius Paral. p. 375 idcirco reicit, quoniam ἀκριδοθήκη non magis dici possit quam βουθήκη, ἱπποθήκη et similia. Verum hoc; at locustam tamen vel aviculam aliasque bestiolas siquis se caveae inclusisse dicere vellet, haud cunctanter, opinor, dicere potuit ἔθηκα τὴν ὄρνιθα εἰς τὸ ὀρνιθεῖον, ut nos *den Vogel in den Bauer setzen*. Hinc erit fortasse qui tueatur ἀκριδοθήκαν, praesertim cum locustas decipulis olim captas fuisse aut nunc capi inauditum sit. Nihilominus nunc alterum praeoptavi, quod recte Lobeckius de ipsa cavea locustis recipiendis idonea interpretatur, comparans nomen γαλεάγρα. Quid Longus habuerit obscurum est, cuius in verbis cum ἀνέπλεκε ferri non possit, satis probabile est, in libro, ex quo Florentinus descriptus est, fuisse ἀκριδοθήκην[αν] ἔπλεκε = ἀκριδοθή[ρ]αν ἔπλεκε, ut scribi voluit etiam Valckenarius. At quis praestet illud ἀκριδοθήκην[αν] non esse ἀκριδοθήκαν, ut doricam formam aliquis e Theocrito restituere voluerit, quemadmodum etiam ας supra ἀνθερίκους a lectore quodam Theocriti, qui ἀνθερίκεσσι in libro suo haberet, positum videtur.

53. 54. *μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρας — ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ*] Orationis colorem hinc petiit Oppianus Hal. 1, 117 *μέλεται δέ οἱ οὔτι μόροιο τόσσον*. Pro ὅσον περὶ fortasse scribendum ὅσον τ' ἐπὶ πλέγματι γαθεῖ. Non enim memini me legere χαίρειν περί τινι. De ὅσος τε apud Theocritum vide Id. VII, 60. XXV, 90.

56. *αἰολικόν τι θέημα*] Pro αἰολικόν plerique libri proclivi errore habent αἰπολικόν, quod praetulit nuper Ahrensius. Illud non modo Calydonius nauta in sequenti versu memoratus commendat, sed etiam Hesychius *Αἰολικὸν θέαμα· ἀντὶ τοῦ αἰολικὸν παρὰ Θεοκρίτῳ· ἡ γὰρ Καλυδὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο*, ubi pro altero αἰολικὸν corrigunt καλυδώνιον; rectius sit αἰτωλικόν, ut legitur apud schol. Theocriti: *αἰολικὸν τὸ αἰτωλικόν*. Calydonem eique vicinam Pleuronem

ab Aeolibus habitatam et *Αἰολίδα* vocatam fuisse constat ex Thucyd. III, 102 *ἀνεχώρησαν ἐς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα*. Cf. Strabonem X p. 451 med. et Eustathium ad Il. 2, 639. Eodem spectat quod Calydon, Aetoli filius, cum Aeolia Amythaonis filia conubium iunxisse ferebatur, Apollod. Bibl. I, 7, 7. Denique non neglegendus Clitarchus apud Athenaeum p. 477 a, qui *τοὺς Αἰολεῖς τὸν σκύφον κισσύβιον* appellasse testatur. Pro *θέημα*, quod ex Vat. et C recepi, in quibus *θαημα* (ε superscr.) scriptum est, vulgo legitur *θάημα*, quod retinens Porsonus scribebat *αἰολικὸν θάημα*. Alii libri *θαῦμα* et *θάυμα* habent, unde Ahrensius *τοι θᾶμα* adidit, et cum in sequentibus verbis pro *κέ τυ* P habeat *κέ τοι*, alius *κέ τι*, gl. apud Dübnerum *καί τι*, totum versum nunc ita scribendum esse suspicatur:

αἰπολικόν τοι θᾶμα τέρας τέ τι θυμὸν ἀτύξαι.

Quod vereor ut aliis probaturus sit. Si quid reconditius latet in pusillis istis librorum discrepantiis, facilius crediderim *θέαμα* vel *θαῦμα* esse interpretamentum vocis *τέρας* ac Theocritum scripsisse:

αἰολικόν τι τέρας, καί κά τινι θυμὸν ἀτύξαι.

57. *πορθμεῖ καλυδωνίῳ*] Scholiasta: *τῷ ἀπὸ Καλυδῶνος εἰς Πελοπόννησον αὐτὸ μετακομίσαντι· ἀντίκεινται γὰρ ἀλλήλοις τὰ χωρία. ἢ πορθμεῖ ἴσως διαπορθμεύοντι ἐξ Αἰτωλίας εἰς Πελοπόννησον. γράφουσι δέ τινες καὶ καλυδνίῳ, ἀγνοοῦντες ὡς Καλύδναι ἐγγὺς τῆς Κῶ εἰσίν.* Amplexus hoc est Ahrensius, *πορθμῆι καλυδνίῳ* scribendum coniciens et navicularium intellegens inter Con et Calydnas insulas portitoris munere fungentem. Calydonium enim navicularium commemorari non potuisse, quoniam Calydon non ad mare situm fuerit. Atqui Calydonis ditionem ad mare usque pertinuisse et sinum corinthiacum, quatenus calydonium litus attingit, *καλυδώνιον πορθμὸν* appellatum esse docet Heliodorus Aeth. V, 17 *ὡς ἐπειδὴ τῆς φοινίσσης ὁλκάδος ἐπέβησαν τοὺς Δελφοὺς ἀποδράντες, τὰ μὲν πρῶτα πλεῖν κατὰ*

γνώμην εὐκρασεῖ τῷ πνεύματι ὑποφερομένους, ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν καλυδώνιον πορθμὸν γενέσθαι, διαταραχθῆναι οὐ μικρῶς, ταραχώδει τὰ πολλὰ φύσει θαλάσσῃ προστυχόντας. Quibus adde Alciphronem Epist. I, 18 *καὶ* (*μή*) *γένηταί σοι τὸ τῆς ψαλτρίας καταγώγιον ὁ καλυδώνιος κόλπος ἢ τὸ τυρρηνικὸν πέλαγος.* Omnino Calydonem et Pleuronem veteres scriptores non semper distinguunt. Leda, ut hoc utar, quae Ibyco pleuronia est, calydonia audit Hellanico, et Deianira, quae aliis calydonia est, pleuronia vocatur Sophocli.

58. *τυρόεντα*] Hoc Porsono *τυρῶντα*, mihi olim *τυροῦντα* scribendum videbatur, quo in hexametro versu Hegemo Thasius apud Athen. p. 698 f usus est, *μέγαν τυροῦντ' ἐσιδοῦσα.* Nunc acquiesco in iudicio Lobeckii, quem vide ad Sophoclis Ai. p. 184, 13. Ed. pr.

59. *οὐδέ τί πω*] Sic plerique codd. aliis *οὐδ' ἔτι πω* praebentibus, in quo insolens est coniunctio particularum *ἔτι πω*, quam male Blomfieldus intulit Callimacho H. in Del. 91, ubi recte olim legebatur *οὐδέ τί πω τέθνηκεν ὄφις μέγας.* Recte contra nunc in Apollonio Arg. III, 658 editur *οὐδέ τί πω πάσαις ἐπιμίσγεται ἀμφιπόλοισιν,* pro edito olim *οὐδ' ἔτι πω.* Sequiores tamen scriptores *ἔτι οὔπω* coniungere non dubitarunt, ut Parmenio in Anth. Pal. VII, 184 *τὴν γὰρ ἔτ' οὔπω οὐδενὸς ἡ πάντων ἐλπὶς ἔκλαυσεν ἴσως,* sed nemo omnium frequentius Cinnamo. Hist. I, 6 *αἱ μὲν εἰρημέναι δυνάμεις οὔπω ἔτι ξυνελθοῦσαι διελύοντο.* IV, 12 *ὁρῶν Ῥωμαίους οὔπω ἔτι τὴν Βρεντεσίου παραστησαμένους ἀκρόπολιν.* Ibid. 16 *τὸν θρόνον λαχὼν οὔπω ἔτι κεχειροτόνητο.* Quae mera est barbaries.

Ibid. *ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν*] Haec ne per tmesin dicta esse existimentur, similiter locutus est Aeschylus Agam. 421 *πολλὰ γοῦν θιγγάνει πρὸς ἧπαρ,* quae male olim attentavi.

62. *κοῦτι τυ κερτομέω*] Hoc e scholiis restitutum est, consentientibus fere codd., in quibus est *κοῦτοι κερτομέω* et

κοὔτι κερτομέω. Vulgo κοὔτοι τι φθονέω, male Zieglerus κοὔτοι τοι φθονέω.

63. ἐκλελάθοντα] Hoc alii sic ut in lemmate est, alii ἐκλελαθόντα scribunt. Prius si verum est, insigni audacia Theocritus ab aoristo formavit praesens ἐκλελάθω. Cf. Buttmannus Gramm. graec. II p. 232. Nec melius altera ratio procedit, nisi item licenter poetam locutum et activa forma pro medio usum sumas, ut fecit sane etiam auctor versus Sibyllini a Diadorfio allatus: ὅς δὲ γυναικὸς ἔπεσσι πεπεισμένος ἐξελάθεσκεν ἀθανάτου κτίστου. Id si recte fit, defendi potest ἐκλελαθόντα sic, ut poeta notissima figura usus esse et ad mortem transtulisse dicatur quod proprie de mortuis dicendum erat. Ita ᾄδαν ἐκλελαθόντα interpretari licebit *mortem immemorem*, h. e. quae rerum memoriam extinguit, ut *obliviosum massicum* et in contrariam sententiam *memores fastos* dixit Horatius. Hac ratione id certe consequimur, ut aoristum recte positum esse intellegatur. Fortasse tamen recte Ahrensius ἐκλάθοντα Theocritum scripsisse suspicatur.

65. καὶ Θύρσιδος ἀδέα φωνά] Legebatur ἅδ' ἁ φωνά, numeris Theocrito inusitatis, quorum similes itidem certa emendatione ex Moscho II, 97 removimus; nostrum dedere codices: neque aliter legisse videtur scholiastes, cuius haec est adnotatio: ὁ ποιμὴν Θύρσις ἐπαινεῖ ἑαυτόν. Ed. pr. Revocavi nunc vulgatam lectionem optimorum librorum consensu firmatam: numeris non timendum erat, cum ἁ φωνὰ unius vocis vicem expleat, de quo admonuit Hermannus in dissertatione de arte poesis bucolicae p. 4. Neque decebat Thyrsin suum ipsius cantum laudare; nam diversum est quod habes IX, 7. Eadem orationis simplicitas in veterum historicorum exordiis, ut Hecataei apud Demetrium de Eloc. 12 Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθέεται. Cf. Wyttenbachium ad Eclogas hist. p. 344. Pro Θύρσιδος Gregorius Dial. Dor. §. 7 habuit Θύρσιος, ut est in uno Par.

66. πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ' ὅκα] Porsonus πᾷ τόκ' ἄρα, ut legisse videri potest scholiastes, ποῦ τότε ἄρα ἦτε. Pro ἦθ'

Callierges ἦσϑ', quam formam ex optimis libris posui VII, 3. Ed. pr. Restitui nunc ἦσϑ', ut habent edd. ante Reiskium et Servius ad Virgilii Ecl. X, 8 hunc et sequentem versum afferens, nisi eos interpolatores Serviani addiderunt.

69. Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ] De Acide fluvio qui veterum scriptorum testimonia collegit Cluverus in Sicilia ant. p. 114 neglexit Ovidium Fast. IV, 468, ubi herbifer dicitur, et Diogenianum Prov. II, 74 Ἄκις ποταμός: ἐπὶ τῶν ἄγαν ψυχρῶν.

71. ὠρύσαντο] K aliique libri ὠδύραντο.

79. ἐρᾶσαι] Ita Brunckius pro vulgato ἔρασσαι edidit, firmantibus Pal. et qui ἔρᾶσαι habet Med. Cf. Ahrensius in Museo Rhen. VI p. 228 et quae infra ad II, 149 dixi.

81. ἦνϑ' ὁ Πρίηπος] Ad h. l. respexisse videtur scholiastes Dionysii Per. 576 ὡσαύτως δὲ καὶ Πρίαπος παρὰ Θεοκρίτῳ ὁ αὐτὸς (τῷ Διονύσῳ) λέγεται εἶναι. Cuius suspicionis cum in Theocriteis verbis nulla causa reperiatur, probabile est hanc Priapi Theocritei interpretationem e locupletioribus scholiis derivatam esse.

85. ζατεῖ σ'. ἁ δύσερως τις ἄγαν καὶ ἀμάχανός ἐσσι] Vulgo ζατεῦσ', ἅ. Codices ζατοῖσα, ζατεῦσα, ζατεῦσαι, optimus omnium K ζάτεισα, quocum concinit fere scriptura apud grammaticum Crameri An. Ox. vol. III p. 360, 3. Hinc scripsi ζατεῖ σ', ἅ δύσερως, interpunctione posita in fine versus 56. Hemsterhusius ζαλοῖσ' ἅ coniecerat; neque male legeretur ζαλοῖ σ', eo sensu acceptum quo Cyclops Id. VI, 27 dicit ζαλοῖ με καὶ τάκεται. Ahrensius ζαλῶ σ' edidit idque ironico sensu pro οἰκτείρω σε dictum voluit; δύσερως, quod alias fere perdite amantem significat, ut innumeris locis apud Nonnum, qui eodem sensu etiam δυσίμερος usurpat, hoc loco amare nolentem denotat, ut Id. VI, 7 et apud incertum poetam Anthol. Pal. XII, 79 et Meleagrum ibid. 132, 2. Sententiam loci unus omnium optime cepit neglectus ab editoribus Lennepius in Comment. Instit. Belg. 1820 vol. II p. 176 cuius verba apponam. 'Venit Priapus ad Daphnin consolandi ipsum animo. Itaque ut deficientem amicum, quamvis inani spe tamen aliquantisper laetatum recrearet,

officioso utens mendacio: *Quid tabescis?* inquit. *Puella quam deperis ultro iam te quaerit amore ardens. tui cupida per fontes ac silvas fertur, ut te invisat.* Apta sane haec ad consolandum oratio, nisi pondus ei et auctoritatem apud Daphnin detraheret ludicra proferentis eam persona, quod bene intelligens ipse Priapus mox omissis ad alia convertit.' Quibus subiciam quae idem de tota hac carminis parte prudenter disseruit. 'Puto igitur, si simpliciter apud Theocritum accipiantur omnia, neque ulla verbis eius ex praeiudicata opinione vis inferatur, hoc tantum ex eis sequi: Daphnin diu contemtorem amoris tandem ex ira Veneris deperire coepisse puellam, quae amoris eius non responderit; unde ipsum moerore contabuisse. Iam vero nihil esse potuit magis consentaneum consilio, quod poetam in hoc carmine secutum esse quivis videt. Utque talia fingendi libera utique Theocrito potestas fuit, ita nihil impedit, quo minus ipse hoc duxerit ex vetere traditione aliqua. Talem certe, nisi forte haec Theocritea respexit, Ovidius novisse existimandus est ob AA. I, 732 *pallidus in lenta Naide Daphnis erat.* Talem etiam Nonnus in cuius libro XV p. 291 puella inducitur, suam erga pastorem, qui illam amaret, duritiem exemplo amatae ab Daphnide virginis defendens: *ἆ πόσα Δάφνις ἄειδεν ὁ βουκόλος· ἀμφὶ δὲ μολπῇ παρθένος ἀστιβέεσσιν ἐκεύθετο μᾶλλον ἐρίπναις ποιμενίης φεύγοντα βοῆς μέλος.*'

87. *τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται*] Eustathius Hom. p. 741, 48 et grammaticus in Crameri An. Par. III p. 54, 2 *καὶ τὸ βατεῦνται παρὰ Θεοκρίτῳ ἐπὶ ζῴων μίξεως.*

89. *οἷα γελᾶντι*] Optimi libri, quos secutus est Ahrensius, *γελᾶντι*, Valckenarius ex aliis *γελεῦντι*, vulgo *γελῶντι.*

91. Versum intercalarem, qui in libris post 78 legitur, huc transposuit Hauptius in Museo Rhenano 1845.

92. 93. Hi duo versus tanquam mesodus sunt totius carminis. Ab 94, in quo pariter ac 99 et 104 *πάλιν* pro vulgato *φίλαι* Hauptius e cod. Medic. scribendum esse vidit, orditur secunda pars carminis, de qua re vide ipsum disserentem l. l.

95. *ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελόωσα*] In

his γελόωσα ex Iunt. reposuit Ahrensius; vulgo et hic et versu sequente γελάοισα. In verbis ἀδεῖα καὶ ἁ Κύπρις nihil inesse videtur quod merito reprehendas. Recte locum intellexit Huschkius in F. A. Wolfii Anal. liter. I p. 176 ordinem verborum hunc esse intellegens ἦλθέ γε μὰν ἁ Κύπρις ἀδεῖα καὶ γελόωσα, *vultu hilari et ridens.* Similiter XV, 78 τὰ ποικίλα πρᾶτον ἄθρησον, λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα, ubi v. adnotationem. De ἡδύς *hilaris* cf. Diphilum Stobaei Flor. XXI, 3 et Sophoclem Oed. Tyr. 82 ἀλλ' εἰκάσαι μὲν ἡδύς. Hinc ἀηδῆ καὶ ξυνωφρυωμένην moestam et contristatam eundem dixisse suspicor Trach. 869, ubi vulgo editur ἀήθης.

96. λάθρια μὲν γελόωσα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα] Perelegans et fortasse necessaria Ahlwardti et Hermanni est coniectura ἀδέα pro λάθρια scribentium; in eandem etiam Lennepius incidit. Ahrensius, cum pro λάθρια in codd. fere λάθρη scriptum sit, versum nunc ita refingit λάδρ' ἦνθεν γελόωσα, in quo nemo eum sequetur. Idem Wartono praeeunte edidit βαρὺν δ' ἄρα θυμὸν ἔχοισα. Nescio tamen an recte dicatur ἀνέχειν θυμόν, *iram reprimere.* Dulce ridebat Venus nec iram vultu ostendebat. Expressit Theocritea quamquam in contrariam sententiam deflectens Nonnus Dion. XXXIV, 303 εἶχε νόον γελόωντα, χόλον δ' ἀνέφηνε προσώπῳ.

100. τὰν δ' ἄρα χὡ Δάφνις] Hunc et sequentem versum affert Stobaeus Flor. LXIV, 9.

102. 3. ἤδη γὰρ φράσδῃ — δεδύκειν] Eustathius Hom. p. 1366, 39 Θεόκριτος φησὶ τὸ οὐ πάντα τὸν ἥλιον δεδυκεῖν, ἤγουν οὐ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ ζῆν, memoriter Theocritea citans, quasi legisset apud hunc οὔπω πᾶς ἥλιος ἄμμι δεδύκει, ut carere liceat Buttmanni correctione in Gramm. II p. 40. Idem p. 1895, 16 καὶ Θεόκριτος ἥλιον πάντα δεδυκεῖν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι. Per interrogationem haec sine idonea causa extuli cum H. Stephano. Sensus est: postremum mihi solem illuxisse dicis; accipio, sed ut etiam apud inferos dolor sim Amori. Ἔρωτος scribatur an Ἔρωτι parum interest; exquisitior tamen genetivus, ut in dicto

illo τὰς καλὰς γυναῖκας ἀλγηδόνας εἶναι ὀφθαλμῶν, *dolorem inferre oculis.* Sed ἔρωτι habent libri potiores, itaque hoc secutus sum.

105. οὐ λέγεται τὰν Κύπριν] οὐ si corruptum est, potest e glossa natum videri. Theocritus fortasse ὡς scripserat, de quo vide ad V, 13. Hauptius εἰ coniecit; possis etiam ὦ ut VIII, 49. Minime autem ii probandi videntur, qui praeeunte Briggsio οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος; scribi volunt.

107. ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι] Hunc versum uncis inclusi utpote ex Id. V, 46 illatum et ab huius loci sententia alienum; neque legitur in bonae notae codicibus. Ed. pr. Reieci nunc in marginem, ac damnaverat eum iam Valckenarius, eandemque sententiam secuti sunt praeter alios Ahrensius et Zieglerus, qui etiam sequentem versum intercalarem in pluribus libris omissum recte deleverunt. Mirum tamen est, quod ab aliis, quantum memini, non annotatum in Annalibus Marburg. indicavi, repperisse hunc versum in suo Theocriti codice iam Plutarchum in quaestionibus naturalibus, cuius libri ultimam partem latine tantum ex interpretatione Gyberti Longolii habemus. Hic igitur c. 36 p. 1126 ed. Dübn. postquam apes in moechos saevire dixit eiusque rei causam explicuit, ita pergit: *unde apud Theocritum iocose Venus ad Anchisen a pastore ablegatur, uti apum aculeis propter adulterium commissum pungatur:*

Te confer ad Idam,
confer ad Anchisen, ubi quercus atque cypirus
crescit, apum strepitatque domus melliflua bombis.

Et Pindarus ‘*parvula favorum fabricatrix, quae Rhoecum pupugisti aculeo domans illius perfidiam*’. His indiciis si Plutarchum Theocritea ita pessime quidem scripta repperisse conicias:

ἕρπε ποτ᾽ Ἀγχίσαν· τηνεῖ δρύες ἠδὲ κύπειρος,
αἳ δὲ καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι —

suspectus versus suum locum utcunque tutabitur. Praeterea etiam Servius eundem illum versum habuit; qui eandem quam Plutarchus interpretationem secutus et apum commemorationem

ad Anchisae caecitatem et adulterii poenam trahens, ad Virgilii Aen. II, 286, ubi Anchises oculos ad caelum extulisse dicitur, haec scripsit: *contra opinionem Theocriti, qui eum coecatum fuisse memorat.* Quibus iungenda haec ad vs. 35 scripta: *Anchises vero abest ob coecitatem, ut docet Theocritus.* Sed haec omnia quid tandem aliud docent, quam Plutarchum et Servium interpolatis codicibus usos et eas subditicii versus interpretationes secutos esse, quibus nihil fingi potest absurdius? Non Theocriti versum esse stropharum lex docet certissime, quo accedit quod nullo certo exemplo constat poetam nostrum eosdem versus iterasse.

109. *ὡραῖος χὤδωνις*] Non credo haec recte tentari, cum optime sententiam declaraverit Dahlius: est Daphnis quoque florens annis et viribus (*ἀκμάζων*, unus scholiastarum), quum negotia pastoris et senatoris tam strenue obeat; dignus ergo est cuius congressum appetas. In alium haec sensum suo more detorsit suoque consilio aptavit Virgilius Ecl. X, 10.

118. *καὶ ποταμοὶ τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ*] Schol. *Θύμβρις, ποταμὸς Σικελίας, ἐφ' ᾧ μυθεύεται Ἡρακλῆς τὰς ἐκ τῆς Ἐρυθείας βοῦς ἐλαύνων ἐνταῦθα ἀφικέσθαι. γενομένου δὲ χειμῶνος ἀνυπερβλήτου χῶσαι τὸν ποταμὸν καὶ ἐπίπεδον ποιῆσαι, ἐφ' ὃν (οὗ) οἱ Κεφαλοίδιοι δείκνυνται* *) *κατοικοῦντες. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς διὰ τοῦ δ γράφει δύμβρις ἡ κατὰ γλῶτταν θάλασσα. ἄλλοι δὲ ὑπὸ* (leg. *ἀντὶ*) *Τύμβριδος· ἔστι δὲ καὶ οὗτος ποταμὸς Σικελίας.* Aliud schol. *καλόν, ῥᾴδιον. Θύμβρις ὄνομα τόπου ἢ ποταμὸς Σικελίας.* Cf. Eustathius ad Dionysii Per. 350 *παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ ἐν ἀμφιβαλλομένῃ τινὶ γραφῇ καὶ σικελικὸς φαίνεταί τις εἶναι Θύμβρις ποταμός.* Fossae nomen apud Syracusas esse credidit Servius ad Virgilii Aen. III, 500 *circa Syracusas autem esse Thybrin fossam Theocritus meminit;* nisi is *fontem* scripsit pro

---

*) Ita scribendum esse pro *Κέφαλοι διαδείκνυνται* ostendi Vindic. Strab. p. 71.

fossam. Qui flumen fontemve Thymbrin a Theocrito commemoratum esse crediderunt, de structura verborum non solliciti fuerunt; nisi iidem pro ποταμοί in libris suis σκοπελοί vel simile nomen habuere. Ut nunc res est, Thymbris theocriteus non potest non de monte scopulove intellegi, cuius quod nulla ab aliis mentio iniecta est, constat etiam aliorum Siciliae montium nomina semel tantum commemorari *). Scholiastarum is qui καλὸν per ῥᾴδιον interpretatus est, scripserat fortasse πρᾶον legitque in Theocrito τοὶ χεῖτ' ἀκαλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ. Hesychius Ἀκαλόν· ἥσυχον, πρᾶον. Cf. Hesiodus apud Stephanum Byz. p. 503, 24 ὡς ἀκαλὰ προρέων, ὡς ἁβρὴ παρθένος εἶσιν.

118. Post hunc versum qui vulgo sequuntur

ἄρχετε βουκολικᾶς μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων,

eorum primum delendum, ceteros stropharum aequabilitatem turbantes nulloque sententiae vinculo cum praecedentibus coniunctos post 128 transponendos esse intellexit Hauptius.

122. Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον] Ingeniose Lambertus Bosius Ἑλίκα δὲ λίπ' ἠρίον coniecit, ut Helicae, qui Lycaonis filius fuit (Stephanus Byz. p. 266, 20 et Apollod. III, 8, 1, ubi Ἑλίκαν scrib.) sepulcrum intellegatur. Hoc olim probavi, nunc displicet propter coniuncta ἠρίον et σῆμα. Itaque Ἑλίκα quidem recepi, ῥίον autem, quod de colle in quo sepulcrum illud exstructum fuerit intellego, intactum reliqui. Aliam viam ingressus est Fritzschius de bucol. graec. p. 47, qui Ἑλίκας δὲ λίπ' ἠρίον probat et Helicam de Callistone interpretatur, cuius tumu-

*) Non negaverim tamen etiam fluminis Siculi nomen fuisse Thymbrin; eum scholiastes loco supra allato ad Cephaloedium ponit, in cuius oppidi viciniam fuisse qui Daphnidis fabulam transferrent indicat Servius ad Virgilii Ecl. VIII, 68 *hunc* (Daphnidem) *quum nympha Nomia amaret et ille eam sperneret et Chimaeram potius sequeretur, ab ista nympha amatrice luminibus orbatus est, deinde in lapidem versus; nam apud Cephaloeditanum oppidum saxum dicitur esse, quod formam hominis ostendat.*

lum ostendi in Arcadia docere Pausaniam VIII, 3 fin. Lycaoniden autem esse filium Callistonis Arcadem ex Iove pregnatum, cuius in Maenalo tumulum commemorare Pausaniam VIII, 9, 3. Bene haec disputata sunt; obstat tamen opinioni illi, quod Helicae nomine non utuntur veteres poetae de Callistone nisi ubi astrum, in quod illa mutata ferebatur, designare volunt; neque obscura erit eius rei causa quid Ἑλίκη significet reputantibus. Si tamen Theocrito concedenda est haec licentia, non ideo etiam probaverim quod Bosius coniecit λίπ᾽ ἠρίον. Nam cum Pausanias VIII, 35, 7 illum Callistonis tumulum χῶμα γῆς ὑψηλὸν fuisse dicat, δένδρα ἔχον πολλὰ μὲν τῶν ἀκάρπων πολλὰ δὲ τῶν ἡμέρων, talisque saltus commode δρίος appelletur, aequo iure corrigas Ἑλίκας δὲ λίπε δρίον. Cf. Hesychius Δρίος· σύμφυτος τόπος καὶ σύνδενδρος καὶ χλοώδης, ὕλη, δρυμός.

123. τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν] Pro ἀγαστόν pauci libri ἀγητόν, plurimi ἀγατόν a Zieglero receptum. Dubito tamen num vocem homericam ἀγητός, quam quidem ille non aliter nisi cum εἶδος coniunctam posuit, Theocritus ἀγατόν scribere voluerit. Magis placeret ἀγαστόν, modo ne quis id idem esse credat quod ἀγατόν, in qua sententia Kiesslingium esse video, qui comparat θαυμαστός = θαυματός, κλαυστός = κλαυτός, ἐραστός = ἐρατός, quorum longe aliam rationem esse ostendit penultimae in ἀγατός productio, ex quo intellegitur ἀγαστός esse ab ἄγαμαι, ἀγατός autem vel ἀγητός ab obsoleto ἀγέομαι vel ἀγάομαι. Integra si res esset, nunc scriberem ἀγητόν, quod legisse videtur etiam Oppianus Cyn. I, 364

ἠιθέους τε νέους, τοὶ καὶ μακάρεσσιν ἀγητοί,

qui si ἀγαστόν in suo Theocriti exemplo legisset, non videtur pro eo ἀγητοί positurus fuisse. Denique favent illi scripturae dorica nomina Δαμάγητος apud Meleagrum Anth. Pal. IV, 1, 21 et Τιμάγητος apud Theocritum II, 8 et 97, quae non vereor ut quisquam propter antepenultimae productionem ad ἡγέομαι revocaturus sit.

125. 126. φέρ᾽ εὐπάκτοιο μελίπνουν ἐκ κηρῶ σύριγγα] Dubitatur utrum ἐκ κηρῶ cum μελίπνουν, ex cera sua-

sociantem, an cum *σύριγγα*, *cera compactam*, coniungendum sit. Prius secutus est praeter alios Kiesslingius, nec dubium est quin sequioris aetatis scriptores verbum *πνεῖν* et similia cum praepositione coniunxerint, quo pertinet etiam codd. quorundam scriptura Id. I, 28 *ἔτ' ἐκ γλυφάνοιο ποτόσδον*. Praeferam tamen alterum, ut fistula, cuius calami cera iuncti sunt, ex cera facta esse dicatur, eodem dicendi genere, quo thalamus rosarum sertis redimitus a poeta in Anth. Pal. XV, 19 vocatur *νυμφὼν ἐκ ῥόδων πεπλεγμένος*, vel corollae quibus myrrha et thus addita sunt dicuntur *στέφανοι ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ* a Phylarcho apud Athenaeum XII p. 540 c. Denique *εὔπακτος κηρός* non activo sensu accipiendum, sed de cera firmiter calamis inhaerente intellegendum est.

129. 130. De his versibus, qui in libris alium locum occupant, vide ad 118.

134. *πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο*] Iunt. et codd. quidam notae peioris *ἄναλλα*, qua forma serioris aetatis scriptores utuntur; editum tuentur Theocritea manifesto respicientes Agathias Anth. Pal. V, 299 *πάντα δ' ἔναλλα γένοντο* et Theodorus apud Boissonadum Anecd. I p. 262 *πάντα κατὰ τὴν ποίησιν ἔναλλα.*

135. *καὶ τὼς κύνας ὤλαφος ἕλκοι*] Haec non nominato auctore affert Tzetzes Exeg. Il. p. 62, 1.

136. *κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι δαρίσαιντο*] Perversum est ululas in montibus potissimum degere dici. Intellexit hoc Ahrensius, qui coniecit *κὴξ ὀρθῶν*, quod quibus exemplis comprobare studuit, ea, ut mihi quidem videtur, nil probant. Scribendum potius *κὴξ ὀπέων*, *e latibulis suis*, quamquam alterum huius genetivi exemplum in Theocriteis non legitur. Tum vulgo consentientibus libris legebatur *γαρύσαιντο*. Verissime Scaliger *δαρίσαιντο* sive quis malit *δηρίσαιντο*, ut praeter Virgilium Ecl. VIII, 55 *certent et cycnis ululae* et poetam Anth. Pal. IX, 380 *τολμῷεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν*, legit schol. cod. Cant. *εἰς ἔριν φωνῆς ἐλθέτωσαν*, itemque aliud *ἐρίσαιντο* pro explicatione ponens. Librorum scripturam qui tueri volunt, uti po-

terunt Idyll. VIII, 6 *λῆς μοι ἀεῖσαι;* Sed hoc etiam non sine vitio scriptum videtur.

140. *χὼ Δάφνις ἔβα ῥόον*] In his ῥόος de Styge paullo obscurius dictum videri potest; sed tollunt ambiguitatem sequentia *ἔκλυσε δίνα τὸν μοίσαις φίλον ἄνδρα,* quibus verbis non obrutus et submersus infernis aquis indicatur, sed id quod Catullus dicit LV, 5 *lethaeo gurgite fratris pallidulum manans adluit unda pedem.* Novam horum verborum interpretationem protulit nuper quem honoris causa nomino C. Fr. Hermannus in dissertatione de Daphnide Theocriteo p. 20, qui sub Daphnidis fabula nives verno tempore liquentes indicari ratus *ἔβα ῥόον* interpretatur *in undas abiit, in fontem mutatus est.* Id graece diceretur *Δάφνις ἔβα ῥόος.* Nam quod Hermannus comparat tritissimum *bacchanalia vivere*, nihil probat neque alio modo dictum est quam quo *vitam vivere* dicimus. Laco autem ille apud Plutarchum Mor. p. 150b non dixerat, opinor, *καὶ τύνη βραδὺς καὶ τρέχεις τὸν ἡμίονον,* sed *τρέχεις τὸν ἡμιόνου* sive *ἡμιόνῳ*, eadem ellipsi, qua dicitur *τὸν περὶ ψυχῆς δραμεῖν.*

146—148. *πλῆρές τοι μέλιτος . . . φέρτερον ᾄδεις*] Haec Theocrito sublegit Theodorus in Boissonadi An. Gr. V p. 380 *ὄναιο τοίνυν τῆς περὶ παντοδαπὴν σοφίαν εὐτυχίας τῆς τε περὶ τοὺς λόγους ἰσχύος τε καὶ φορᾶς. καί σοι πλῆρες μέλιτος τὸ καλὸν στόμα γένοιτο, ἐπεὶ τὺ τεττίγων φέρτερον ᾄδεις.* Primum versum affert Galenus ed. Chart. vol. III p. 37.

147. *ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις*] Etymol. M. p. 28, 52 de nominibus in ιρος et ειρος agens: *καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ 'ἀπ' Αἰγίρω ἰσχάδα τρώγοις' διὰ τοῦ ῑ γράφεται.* Patet Choeroboscum, ex quo haec derivata sunt, vitioso codice usum esse. Quamquam nec Theocritus laudandus est, quod *Αἴγιλον* dixit pro *Αἰγιλιά.*

148. *τέττιγος*] Respicit Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1423.

150. *ὡρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκησεῖς*] Ex uno sed bono codice in proecdosi *πεπλύνθαι* scripseram

pro πεπλύσθαι, cuius formae cum nullum exemplum esse dixissem, Lobeckius Paral. p. 548 obvertit Pollucem VII, 38, ubi haec leguntur: τὸ οὐδενὸς ἄξιόν τι ἀποπεφάνθαι καταπεπλύσθαι ὁ ῥήτωρ ἔφη Αἰσχίνης. Aeschinis locus est c. Ctesiph. p. 79, 19 νῦν δ' ἤδη καταπέπλυται τὸ πρᾶγμα. Quod Photius Lex. p. 435, 10 dicit πλύσμα οὐ πλύμα, fortasse πλύμα οὐ πλύσμα scribendum: πλύμα certe dixit etiam Plato comicus Fragm. vol. II p. 644 et πέπλυται Sopater Athenaei IX p. 377f. Nihilominus revocavi nunc πεπλύσθαι, quae praeter unum Vat. communis omnium librorum lectio est, non quod id rectius putem, sed quod ex κεκλύσθαι corruptum videtur. Lavantur enim quae sordida sunt, patera autem illa Horarum fonti immersa eiusque liquore tincta erat, ut suavem odorem duceret. Comparandum quod etiam alii attulerunt, λοπὰς ὄζουσα ὡρῶν apud Athen. II p. 60b, quod afferens Eustathius ad Hom. p. 1349, 5 τὸ δὲ ὄζουσα ὡρῶν, inquit, παραπεποιῆσθαι δοκεῖ ἐκ Θεοκρίτου, ὃς πλυθῆναί τι ἔφη πρὸς κρήναις ὡρῶν.

II

Φαρμακεύτριαι inscripsi carmen pro vulgato Φαρμακεύτρια, praeter codices quosdam secutus Athenaeum XI p. 475e et Eustathium ad Odyss. p. 1767, 19. Respicit hoc carmen Plinius NH. XXVIII, 2, 4 *hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imitatio.*

1. πᾷ μοι ταὶ δάφναι] Haec suo more expressit Nonnus Dion. XXXVII, 415 πῇ θρόνα; πῇ βοτάναι; πῇ φάρμακα ποικίλα Κίρκης;

2. στέψον τὰν κελέβαν] Affert haec Eustathius Hom. p. 1476, 29, totum versum Athenaeus XI p. 475e. Schol. Gen. κελέβη, κόγχη ἢ λεκάνη, ἢ τοιοῦτο σκεῦος ἐν ᾧ δυνατὸν νίψασθαι πόδας. 'ἐκ δ' ἔχεεν κελέβην, μετὰ δ' αὖ κερὰς ἠφύσατ' ἄλλο'. Derivata haec sunt ex Suida v. κελέβη, ubi idem affertur versus, quem Callimachi ex Hecale esse et ego monui

Anal. Alexandr. p. 168 et Heckerus Comm. Call. p. 113. Tum pro vulgato φοινικέῳ e codd. scripsi φοινικίῳ.

3. ὥς τὸν ἐμὸν βαρυνεῦντα] Quod inde ab H. Stephano in omnes ni fallor editiones propagatum est βαρὺν εὖντα, vel propter barbarum illud εὖντα, quod pro ἐόντα dictum volunt, reiciendum erat. Revocavi igitur βαρυνεῦντα, quod damnatum nuper etiam a Bernhardio ad Dionysii Perieg. p. 820 etsi hoc uno loco legitur, non repugnat tamen analogiae. Ut enim ἐνδύνω dicitur et ἐνδυνέω Herod. III, 98, πορφύρω et πορφυρέω Dionys. Per. 1192 Arat. Phaen. 157, μελαίνω et μελανέω Lobeck. ad Aiac. p. 383, 7, ad eandem legem a βαρύνω formatur βαρυνέω. Neque offensioni esse posse quod in βαρυνέω vocalis corripitur, ipsa illa quae attuli exempla verborum πορφυρέω et μελανέω abunde docent. Eadem est ratio verborum ὑδέω et κυρέω aliorumque, de quibus egi ad Euphorionem p. 137 (Anal. Alex. p. 108). Confer Lobeckium ad Aiac. p. 184, 13. Similiter Hesiodus vocalem quae longa est in ἐρινός corripuit in ἐρινειός apud Strabonem XIV p. 642 θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμὸν ὅσους ἐρινειὸς ὀλύνθους οὗτος ἔχει, et in ὀρνίθεος Aratus Phaen. 273 ὀρνιθέης κεφαλῆς καὶ γούνατος ἐστήρικται *). Ed. pr. Participium εὖντας, nisi vitium subest, ex titulo Rhodiaco apud Boeckhium n. 3656, 15 attulit Ahrensius Dial. dor. p. 584. Praeterea βαρὺν merito suspectum fuit Wartono, recte tarditatis notionem requirenti. Cf. Nonnus Dion. III, 146 νυμφίον οὐ βραδὺν οἶδεν ἔρως ταχύς. Sed male idem βραδύνοντα coniecit. Scribendum videtur aut βραδυνεῦντα aut βραδὺν εὖντα, quod etiam Hermanno placuit in schedis 'non est enim Daphnis iratus puellae, sed tantum non redit ad eam.'

Ibid. φίλον καταθύσομαι ἄνδρα] Schol. γράφεται καὶ

---

*) Alienum est ab hac quaestione quod olim his addideram ex Nonno Dion. IX, 22 συρακοσσίς antepenultima correpta νοῦσος ὅτι γλώσσῃ συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει, quem versum eodem modo scriptum affert non nominato auctore Etym. M. p. 280, 16. Tam neglectae verborum mensurae exempla apud hunc poetam sunt rarissima. At manifesto lapsu dixit ῥυμός prima brevi Dion. XX, 64.

καταμαγεύσω· δεσμεύειν γὰρ φασὶν αἱ φαρμακίδες, ὅταν πρὸς κατοχήν τινα παρ᾽ αὐταῖς καταμαγεύωσιν. In his acute Toupius post γράφεται excidisse vidit καταδήσομαι, quod Ahrensio et hoc loco et vs. 10. 159 restituendum videtur. Ac sane καταθύειν de incantatione dictum esse nullo exemplo comprobari potest, ut Theocritus, si ita scripsit, satis licenter locutus esse dicendus sit. Videtur tamen illud καταδήσομαι nihil esse nisi grammatici correctio, licebitque opinor coniecturae coniecturam opponere. Mihi quidem aliquando ΚΑΤΑΘΥ-COMAI ex ΚΑΤΑΕΙCOMAI corruptum esse visum est, quod etiam ceteris locis aptum est. Quod autem perfidum et lentum amatorem φίλον ἄνδρα vocat Simaetha, id ironice accipiendum esse in schedis monuit Hermannus coll. Id. XIV, 30. 36.

4. ἀφ᾽ ὧ τάλας οὐδὲ ποθίκει] τάλας ultima correpta dixit more Doriensium, quem non dicam secutum esse Palladam apud Brunckium Anal. II p. 436 μὴ κοιμῶ μεταβὰς ὦ τάλας ἀλλαχόθι, qui ut alia dedit imperitiae documenta, ita etiam in τάλας ultimam corripi posse credidit. At consimili modo Αἴας ultima brevi extulit Alcman apud Choeroboscum Bekkeri Anecd. p. 1182

δουρὶ δὲ ξυστῷ μέμηνεν
Αἴας αἱματᾷ τε μίμνων.

Sic enim haec in proecdosi corrigenda esse indicavi. Cf. Etymol. M. p. 721 f. Eodem pertinet μέλας, quod Rhianum ultima correpta dixisse testantur grammatici. V. Anal. Alex. p. 203. Tum vulgo editur οὐδέποθ᾽ ἥκει, Graefius οὐδέποχ᾽ ἥκει, Reiskius οὐδὲ ποθήκει, cod. K οὐδέποθ᾽ ἵκει. Reiskii emendationem confirmat schol. Vat. προσήκει, ἐπλησίασεν, et schol. M. ποθήκει, ἦλθεν ὧδε πρός με. Recepi igitur, sed ἵκει scripsi cum K.

11. ποταείσομαι ἄσυχα, δαῖμον] ποταείσομαι, ἄσυχε δαῖμον Kiesslingius, probante Ahrensio, quem nescio an non recte secutus sim. Cf. Aratus Dios. 267 νυκτερίη γλαὺξ ἥσυχον ἀείδουσα μαραινομένου χειμῶνος γινέσθω τοι σῆμα, καὶ

ἥσυχα (fort. ἦν συχνὰ) κωτίλλοισα ὥρῃ ἐν ἑσπερίῃ κρώζῃ πολύφωνα κορώνη. Itaque submissa voce se Lunae dolores suos conqueri velle dicit.

12. καὶ σκύλακες] χαί σκύλακες Blomfieldus Diario class. V p. 388.

13. ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα] Etymol. M. p. 437, 17 ἠρία παροξυτόνως τοὺς τάφους — παρὰ τὸν ἀέρα ἤγουν τὸν ἐπικείμενον σκότον τοῖς τεθνεῶσι. Θεόκριτος· καὶ 'ἠρία κεκμηώτων'. Quibus sic usi sunt viri docti ut participium κεκμηώτων Theocriteis καὶ μέλαν αἷμα substituendum existimarent. Probabilius videtur Etymologum respexisse hymnum in Hecaten, e Theocriti loco, ut videtur, expressum apud Hippolytum adv. Haer. p. 72 χαίρουσα σκυλάκων ὑλακῇ τε καὶ αἵματι φοινῷ ἂν νέκυας στείχουσα κατ' ἠρία τεθνηώτων. Sic enim haec scribenda esse monui Annal. Marburg. 1852 p. 375, ostenditque etiam Homerus Il. X, 298 ἂν νέκυας διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα.

14. χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι] Etymol. M. p. 249, 6 Δασπλῆτις· ἡ Ἐρινύς . . . . Θεόκριτος δὲ Ἑκάτης αὐτὸ εἶναι ἐπίθετον λέγει.

17. Ἶυγξ ἕλκε] Respicit haec Aelianus HA. XV, 19 ἦσαν — ἴυγγες οὐκ ᾠδαὶ μὰ Δία, ὁποίας Θεόκριτος ὁ τῶν νομευτικῶν παιγνίων συνθέτης ληρεῖ. Totum versum affert cod. Voss. Etymol. M. p. 1375c, scholiastes Aristidis p. 307, 19 et Servius ad Virgilii Ecl. VIII, 21, qui vertit *o turbo maritum meum domum adducito*. De iynge cf. O. Jahnium Abhdl. d. sächsischen Ges. d. Wissensch. 1854 p. 257.

18. ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται] Schol. τύφεται, θυμιᾶται, ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναλίσκεται. γράφεται ἔτι καὶ χάσεται. Id ipsum fortasse recipiendum erat; certe paulo insolentius ἄλφιτα *liquescere* dicuntur.

19. Θέστυλι. δειλαία πᾷ] Ante Reiskium distinguebatur Θέστυλι δειλαία· πᾷ —.

20. ἦ ῥά γέ τοι — τέτυγμαι] Vulgo haec per interrogationem efferunt, cui obstat, ni fallor, particula τοί. Legitur

quidem in Meleagri carmine Anthol. Pal. IX, 16 ἡ γάρ τοι τρία τόξα κατείρυσεν, ὡς ἄρα μέλλων οὐχὶ μίαν τρώσειν, τρεῖς δ' ἐν ἐμοὶ (fort. ἐνὶ) κραδίας; Sed hic etiam tollenda est interrogatio. Recte nostrum locum intellexit iam scholiasta: ὄντως βδελυρά, καὶ σοὶ γέλως γεγένημαι. Ed. pr. Ahrensio servata interrogatione ἦ ῥά γέ πᾳ scribendum videtur ell. VII, 149. 151. De τοί quod dixi probavit Hermannus Annal. Vindob. 1843 p. 226, sed mei ipsum praecepti immemorem fuisse dicit in carmine Mnasalcae Anth. Pal. IX, 324 ἁ σῦριγξ, τί τοι ὧδε παρ' Ἀφρογένειαν ὄρουσας; Non credo; nam in illo versu τοί cum τί coniungebam, *quid tandem, was doch*. Quamquam praefero nunc τί μοι.

21. λέγε ταῦτα· τὰ Δέλφιδος] Reiskius λέγε· ταῦτα τὰ Δέλφιδος. Mox ὀστία ex optimis libris scribendum esse vidit Bergkius; vulgo ὀστέα.

24. χὡς αὔτα] αὔτα Ziegierus ex Vat. A. Mediol. 2. Vulgo αὐτά. Alii libri et in his K αὔτη. Quod sequitur καππυρίσασα, scholiasta per πυρακτωθεῖσα interpretatur, corruptum esse vidit Valckenarius Epist. ad Roeverum p. 56 coniciens ille καππυρὸς εὖσα, contra quem qui recte disseruit Ahrensius non credo tamen recte λαμπυρίσασα conicere. Veram loci scripturam servavit opinor Etymol. M. p. 250, 35 ἠχεῖ γὰρ (ἡ δάφνη) καιομένη. μαρτυρεῖ Θεόκριτος 'χὡς αὐτὰ λακῇ μέγα κἠκπυρίσασα'. Scribendum igitur λακεῖ μέγα κἠκπυρίσασα ἐξαπίνας ἅφθη, sive malis λακεῖ μεγάλ' ἐκπυρίσασα κἠξαπίνας ἅφθη. Verbum ἐκπυρίζειν Doriensibus proprium esse adnotavit Herodianus Phil. p. 451 ἀπανθρακίζειν τὸ ἐπὶ τῶν ἀνθράκων, ὅπερ οἱ Δωριεῖς ἐκπυρίσαι λέγουσιν, nisi is ἀποπυρίσαι aut scripsit aut scribere debuit. Cf. Epicharmus Athenaei VII p. 277 f. Intransitivam potestatem huius verbi adstruit ab Hasio in Thesauro Parisino allatus quamvis infimae aetatis scriptoris locus e Germ. CPol. Hom. p. 119 c τῶν θησαυρῶν αὐτῶν εὑρήσουσιν ἄνθρακας ἐκπυρίζοντας. Atque etiam alia verba in ιζω desinentia ab optimis scriptoribus utroque sensu dicuntur. V. Lobeckium ad Aiac. p. 196 sq. Ceterum

in Hesychii glossa *Λαμπουρίς, ζωύφιον ἐκ φρυγάνων γινόμενον*, quam ad hunc locum tractat Ahrensius, nihil corruptum est. Notae sunt veterum physicorum fabulae de animalculis ex igne natis, de quibus dixi nuper in Vindiciis Strab. p. 191. Atque hinc explicanda videtur Hesychii glossa, in qua *φρύγανα* de incensis cremiis dictum est.

33. *Θυσῶ τὰ πίτυρα*] Ad hunc versum, non ad decimum spectant haec Eustathii Hom. p. 1767, 19 *ὅτι δὲ τὸ θύειν καὶ ἐπὶ τοῦ θυμιᾶν κεῖται, Θεόκριτος ἐν ταῖς φαρμακευτρίαις δηλοῖ σαφέστατα.*

33. 34. *τὺ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν ᾄδα κινήσαις κ' ἀδάμαντα*] Ahrensius *τὰ δ' Ἄρτεμι — κινήσαι κ' ἀδάμαντα* mavult; at furfuribus, quos in magicis sacris adhibitos fuisse ex hoc uno loco constat, tantam vim tributam esse parum credibile est, nec video idoneam mutationis causam. Praesentiens iam Simaetha Dianae adventum, prorsus ex re huius potentiam in magico sacro praedicat. At recte idem pro *τὸν ἐν ᾄδα* scribendum vidit *τὸν ἀναιδῆ*, cui emendationi favet duorum codd. scriptura *τὸν ἐν ᾄδῃ*. Eandem emendationem iam Taylorum fecisse Briggsius indicavit. In sequentibus legebatur olim *κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα*. Omittit particulam K, unde recte I. H. Vossius *κινήσαις κ' ἀδάμαντα* scripsit; nimirum *K* excidit post *IC*.

45. *τόσσον ἔχοι λάθας ὅσσον*] Tres codices bonae notae *λάθος* (*λᾶθος*), quod ferri potest si scribas *τόσσον* pro *ὅσσον*. Ita Pindarus Nem. IV, 4 *οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον γε μαλθακὰ τέγγει γυῖα, τόσσον εὐλογία φόρμιγγι συνάορος*, et Callimachus H. Apoll. 93 *οὐδὲ πόλει τόσ' ἔνειμεν ὀφέλσιμα τόσσα Κυρήνῃ*. Ed. pr.

55. *ἔρως ἀνιηρέ*] Ita optimi libri; vulgo *ἀνιαρέ*.

58. *σαύραν τοι τρίψασα*] Scribebatur *σαῦραν τοι*. Respicit huc Phrynichus Bekkeri p. 64 *σαῦρος ἀρρενικῶς λέγουσι. Θεόκριτος θηλυκῶς εἶπε σαῦρον*, ubi Valckenarius *σαῦραν*, immo *σαύραν*. Lacertae usum in magicis sacris testatur etiam Nicander Alex. 550 *ἢν δὲ λιπορρίνοιο ποτὸν δυσάλυκτον ἰάψῃ φαρμακίδος σαύρης πολυκηδέος*. Eandem

vim tribuisse veteres etiam plantae cognomini indicare videtur idem Nicander apud Athenaeum XV p. 684 *σαύρην θ' ἣ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου.*

60. *τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον*] Dubitare licet num *καθυπέρτερον* recte dictum sit pro *καθύπερθε*. Itaque *καθ' ὑπέρτερον* scripsi i. e. in limine superiore, ut est apud Plinium NH. XXXII, 5, 16 *stella marina volpino sanguine illita et adfixa limini superiori aut clavo aereo ianuae.* Fuit cum *καθ' ὑπέρθυρον* conicerem, cum id etiam Valckenario in mentem venisse vidi.

62. *ἐπιφθύζοισα*] Respicit haec Eustathius Hom. p. 1392, 41 et 1482, 43. Tum *ὀστία* ex K receptum pro *ὀστέα*. Ibid. *μάσσω* Ahlwardti emendatio est, cum libri *πάσσω* habeant.

64. *μώνα*] *μούνη* codd. ut videtur omnes praeter K, ex quo *μώνη* affert Gaisfordus; *μώνα* Brunckius, *μούνα* cum Kiesslingio Ahrensius.

65. *ἄρξωμαι*] Ita Ziegierus ex Vat. B, *ἀρξεῦμαι* vulgo, *ἄρξομαι* alii, *ἄρξομ' ἐγώ* manifesta interpolatione plerique. *ἐκ τήνω δ' ἄρξω* K, quod recepit Ahrensius.

67. *τόκα*] *ποκά* libri, emendavit Casaubonus.

70. *Θευχαρίδα*] Ita iam olim correxi nomen hoc, quod in editis *Θευχαρίλα*, in codd. fere *Θευμαρίδα* scribitur. Miro errore Valckenarius et I. H. Vossius *Θευχαρίλα* nutricis nomen esse crediderunt, quamvis eam genere barbaram fuisse ipse indicarit Theocritus. Apertum est mulierem illam Theucharilae (Theucharidae) nutricem dici.

74. *τὰν ξυστίδα τὰν Κλεαρίστας*] Recte scholiasta: *ἐκ ταύτης γὰρ ἐδανεισάμην.* Aristides vol. II p. 549 Dind. *οὔκουν εἴς γε τὰς πομπὰς τὰ χείριστα ἔχοντες βαδίζομεν, ἀλλὰ κἂν εἰ μή τῳ εἴη οἴκοθεν, αἰτούμεθα, ἵν' ὡς κάλλιστα ἔχοντες φαινοίμεθα θαμάτια, τὰ σκεύη, τοὺς ἵππους, πᾶν ὅτουπερ ἂν ἡ πομπὴ δέηται.* Briggsius addit Euripidis El. 190 *ἀλλ' ἴθι καὶ παρ' ἐμοῦ χρῆσαι πολυπήνεα φάρεα δῦναι.* Eundem morem apud Romanos obtinuisse docet

Iuvenalis Sat. VI, 352 *ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem.*

76. *εὖσα μέσον κατ' ἀμαξιτόν*] Ita codd. meliores, ceteri fere *μέσαν*, quod a Brunckio aliisque receptum etsi iusto acerbius nec satis firmis argumentis reprobavit Hermannus, recepi tamen ut exquisitius dictum *μέσον κατ' ἀμαξιτόν*, i. e. *ἀνὰ μέσον ἀμαξιτοῦ*. Cf. *μέσον πόλου* poeta inc. Anth. Pal. IV, 65, *μέσον ὕλης* Nonnus Dion. XV, 205, *μέσον ἄστρων* id. XLVIII, 323, *μέσον ποταμοῦ* Constantinus in Berghii P. L. p. 845. Potest vero etiam sic intellegi: cum in medio essem inter aedes meas et Dianae lucum eoque publicae viae venissem, ubi Lyco habitat.

77. *Δέλφιν ὁμοῦ τε καὶ Εὐδάμιππον*] Non puto haec graece dicta esse; ferrem si inverso ordine scriptum esset *ὁμοῦ τε Δέλφιν καὶ Εὐδάμιππον*, nunc scribendum videtur *εἶδον ὁμοῦ Δέλφιν τε καὶ Εὐδάμιππον*. Ed. pr. Non graece dicta esse persuasi Hermanno et Ahrensio, quorum illi *Δέλφιν, ὁμοῦ δὲ καὶ Εὐδάμιππον*, Ahrensio autem *ὁμοῦ τι καὶ Εὐδάμιππον* videtur scribendum, hoc quidem haud dubie falsum, cum aliud sit *ὁμοῦ*, aliud *ὁμοῦ τι*. Neque Hermanniana ratio placet. Editae lectionis sinceritatem fortasse adstruit Strabo XI p. 512 (720, 2) *πληκτιζομένων πρὸς ἀλλήλους ἅμα τε καὶ τὰς συμπινούσας γυναῖκας*. Idem XII p.561 (787, 31) *πόλεως ἅμα τε καὶ φρουρίου παρέχεσθαι χρείαν δυναμένη*, quae attentare non debebam. Consimile eiusdem structurae exemplum praebet cod. Par. A in loco incerti scriptoris apud Stobaeum Flor. V, 115 *φιλοκάλου ἅμα τε καὶ φιλανθρώπου*. Neque aliter Isaeus ibidem LXV, 26 *ταράττειν ἅμα τε καὶ λυπεῖν*, ubi tamen A *τε* omittit. Videntur igitur sequioris aetatis scriptores eum quem in Theocriteo loco omnes libri tuentur verborum ordinem quamvis vitiosum non improbasse. Nec Eudamippi nomen, quod Briggsius et Ahrensius *Εὐδαμίσκον*, Hermannus et C. Keilius *Εὐδάμνιππον* scribi voluerunt, mihi suspectum est. Simillime compositum nomen est *Εὐάρχιππος* apud Xenophontem Hell. II, 3, 10 et *Εὐξένιππος*, quod nuperrime

ex oratione Hyperidea recens reperta innotuit. Pro ὁμοῦ Brunckius ἁμᾶ, quod commendavit etiam Ahrensius.

78. ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο] Eadem comparatio apud poetam incertum Suidae v. ἑλίχρυσος: ἄνθει ἑλιχρύσου ἐναλίγκιος. Quod pessime Suidas de hederae flore interpretatur; receperunt tamen hanc significationem lexicographi eodemque Theocriti locum I, 30 traxerunt, non videntes Suidam ipso quo utitur anonymi poetae exemplo refelli. Est autem Callimachi illud fragmentum, quod recte vidit Heckerus Comment. Callim. p. 108. Ex sequente versu colorem duxit Nonnus Dion. XXXIV, 309 αὐχένα γυμνώσαντες ἐρευθαίνοντα σελήνῃ.

82. περὶ θυμὸς ἰάφθη] Facili sed inutili coniectura Graefius Ahrensio probante πυρί. Ac coniecerat idem iam Taylorus indicante Briggsio.

83. τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο] In his permirum est neminem neque interpretum neque criticorum offensum esse. Recte poeta et naturae convenienter Simaetham viso iuvene tota mente perturbatam esse nec quidquam abhinc rerum in pompa actarum animadvertisse dicit; at quod his de imminuta puellae venustate interponitur, absurdum est et prorsus contra naturae veritatem. Requiritur aliquid quo id quod de afflicta mente Simaethae dixerat (περὶ θυμὸς ἰάφθη), aut continuetur aut amplificetur, velut corporis vires vel oculorum lumen puellam defecisse. Quemadmodum apud Archilochum Stobaei Flor. LXIV, 11 habes τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν, κλέψας ἐκ στηθέων ἁπαλὰς φρένας. Non dubium igitur est quin hic aliquid corruptelae lateat, quod etiam ipsa dicendi ratio indicare videtur; languescit corpus, languescunt oculi, languescit animus et quae his sunt similia: at venustatem languescere, τὸ κάλλος τήκεσθαι, quis unquam dicere ausus est?

Ibid. κοὔτε τι πομπᾶς] Recte ita Ahrensius ex duobus codd. pro vulgato κοὐδέ τι πομπᾶς scripsit; idem sequente versu οὔθ' ὡς, libri οὐδ' ὡς.

84. οἴκαδ' ἀπῆνθον] Haec recte haberent, si dicere

voluisset poeta, nescivisse Simaetham quo modo inde abierit ut domum reverteretur, quemadmodum XI, 64 *λάθοιο, ὥσπερ ἐγὼν νῦν ὧδε καθήμενος, οἴκαδ' ἀπενθεῖν.* At si dicere voluit quod dicere debuit, nescivisse Simaetham, quomodo domum reversa sit, necessario ei scribendum erat *οἴκαδ' ἀνῆνθον* i.e. *ἐπανῆλθον.* Hoc igitur posui; sed in carmine Stratonis Anth. Pal. XII, 8 defendi potest editum *οἴκαδ' ἀπελθὼν ἐστεφάνωσα θεούς.*

85. *νόσος ἐξάλλαξεν*] Recepi hoc e scholiis ut exquisitius visum vulgato *ἐξαλάπαξεν*, quamquam id recte de hominibus dici docet similis usus verbi *πέρθειν*, de quo v. Lobeckium ad Aiacem 1189. Cf. Geminus in Anth. Plan. IV, 108.

88. *ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ*] Qui *θάψου* scripserunt pro *θάψῳ*, non cogitarunt *ὁμοῖος* apud Theocritum constanti usu dativo iungi. Vide V, 48. VII, 117. VIII, 37. XVIII, 21. XXIV, 132. Ed. pr. Affert hunc versum schol. Aristoph. Vesp. 1404 *τοιαύτη γὰρ (ὠχρά) ἡ θάψος, ὅπερ παρ' ἡμῖν χρυσόξυλον λέγεται. Θεόκριτος 'καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψῳ'*, ubi *θαψίῳ* editur, ut est in codd. quibusdam Theocriti.

92. *ἀλλ' ἦς οὐδὲν ἐλαφρόν*] Explicant *nullum erat mali lenimen*; atqui id comparative dicendum erat, *οὐδὲν ἦν ἐλαφρότερον.* Posui igitur *οὐδὲν ἔλασσον.* Tum libri *ἄνυτο*, quod *ἄνετο* scripsi. Vide ad VII, 10.

101. *ὑφάγεο*] Boni codd. in his K *ἀφάγεο*, quod secutus est Ahrensius, ego si omnes codices haberent in *ὑφάγεο* mutarem. Etiam in oraculo Anth. Pal. XIV, 114 *φράζεο δ' ἀνέρα μάντιν ἀφηγητῆρα κελεύθου*, scrib. *ὑφηγητῆρα.*

105. Quamvis loco minus opportuno positus videri possit hic versus atque adeo absit a Par., non omitti tamen potuit, ut voluit Valckenarius, nisi aequabilitatis legem in hoc quoque carmine constanter observatam eum violasse statuas. Ed. pr.

107. *κοχύδεσκεν*] Hoc ex optimis libris iam in proecdosi posueram; neque aliter legitur apud Eustathium ad Hom. p. 1095, 22. Vulgo *κοχύεσκεν.* Cf. Lobeck Pathol. I p. 165.

109. *κνυζεῦνται φωνεῦντα*] Pluralia neutris iunxit Theo-

critus praeterea IV, 24 *καλὰ πάντα φύοντι*. IX, 17 *ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ φαίνονται*. XIV, 38 *τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι*. XV, 112 *ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρονται*. XVII, 78 *ἔθνεα μυρία φωτῶν λήιον ἀλδήσκουσιν*. XXI, 57 *τάγκίστρια χρυσὸν ἔχοιεν*. XXIV, 21 *ἐξέγροντο τέκνα*. Consulto omisi VIII, 42 corruptelae manifestum, et quae Ameisius Annot. in Theocritum p. 61 falso huc rettulit VI, 19 *καλὰ πέφανται* et XXV, 90 *ἅσσα τ' ἐν οὐρανῷ εἰσι*. Cetera exempla qui accuratius inspexerit, hanc habere excusationem facile videbit, quod singularem numerum versus respuit. At non cadit haec excusatio in nostrum locum, in quo etsi *κνυζᾶται* scribi potest, pluralem tamen potius ex iis defendendum puto, quae dixit Porsonus Add. ad Euripidis Hecub. 1141.

112. *ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας*] Homericum est hemistichium Il. *γ*, 217 de Ulixe meditabundo dictum *κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας*, unde profecit etiam novissimae aetatis scriptor in Boissonadi Anecd. nov. p. 240. Hinc *πήξας* fortasse retinendum, pro quo *πάξας* voluit Valckenarius, quem Ahrensius secutus est. At quo consilio Delphin poeta oculos in humum fixisse dicat, mihi quoque obscurum esse fateor; nec tamen probaverim quod Ahrensius coniecit *ἐπὶ χρόνον*, siquidem *πηγνύναι ὄμματα* non dici posse videtur nisi addita re in quam quis oculos defigat. Magis placeret quod Briggsium coniecisse video *ἐπὶ χθονὸς ὄμματι πῆξαι*, nisi id *πήξασαν* dici lex linguae postularet.

115. *ἔφθασσα*] *ἔφθαξα* libri, ut videtur, potiores; alii *ἔφθασα*, quod *ἔφθασσα* scripsit Ahrensius ex S.

116. *παρῆμεν*] Ahrensius *παρεῖμεν*.

118. *ἦνθον γὰρ κἠγών*] Recte Ahrensius *ἦνθον γάρ κεν ἐγών*.

120. 21. *μᾶλα — ἱερὸν ἔρνος*] Athenaeus III p. 82 d *ὅτι δὲ καὶ μήλων εὑρετής ἐστι Διόνυσος μαρτυρεῖ Θεόκριτος ὁ Συρακόσιος οὑτωσί πως λέγων* '*μᾶλα — ἱερὸν ἔρνος*', ubi cod. *φέρουσα* pro *φυλάσσων*.

122. *πορφυρέαισι πέρι ζώστραισιν*] Vulgo *πορφυ-*

ῥέῃσι περιζώστρῃσι, Medic. πορφυρέαισι περιζώστραισι, K πορφυρεπεριζώστραισι, correxit Ahrensius.

124. καί κ' εἰ μέν μ' ἐδέχεσθε] Hoc Ahrensius posuit; vulgo καί μ' εἰ μέν κ' ἐδέχεσθε.

126. εὗδον δ'] Hoc ineptum est, quicquid dicant recentiores critici; recte Hermannus εὖ δ' ἧς. In fine versus casu relictum est ἐφίλασα pro ἐφίλησα.

128. παντῶς κα πελέκεις] Ita Ahrensius emendavit librorum scripturam παντῶς καὶ πελέκεις.

132. ἐσκαλέσασα τεὸν ποτὶ τοῦτο μέλαθρον] Parum graece dictum videtur εἰσκαλεῖν πρὸς μέλαθρον. Scripsi igitur ἐκκαλέσασα.

133. λιπαραίου] Eustathius ad Hom. p. 1644, 34 Λιπάραν, ἐξ ἧς καὶ σέλας λέγεται παρὰ Θεοκρίτῳ λιπαραῖον διὰ τὰ ἐκεῖ ἀναφυσώμενα πυρά.

137. ἐφόβησε] ἐσόβησε Fr. Iacobsius, quod primus recepit Ahrensius; libri ἐφόβησε. In sequentibus verbis ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν suspectum habeo ἔτι, quod neque ad sensum quidquam confert neque suo loco positum est. Hoc qui intellexit Briggsius, male tamen nec sine grammatico piaculo tentavit ἐφόβησε τὰ δέμνια θερμά. Videtur ἐπιδέμνια scribendum esse; δέμνιον de sponda vel lecto dici constat, itaque ἐπιδέμνια recte dicuntur strata lecto imposita. Ceterum ἐκ θαλάμοιο et ad innuptam et ad νύμφαν spectat; non recte haec Briggsius interpretatus est.

140. χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο] Eustathius Hom. p. 624 f. τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ λεχθὲν ἐπὶ χρωτὶ χρὼς ἐπεπαίνετο ἤγουν ἐρωτικῶς ἐμαλθάσσετο.

142. χὡς καὶ] Vulgo χὡς κα. ὥς κά Mediol. 1. (K) χὥς κέ Vat. B. Reg. χὡς καὶ Palat. Id monente Hermanno restitui. ZIEGLERUS. Ib. cum libri θρυλέοιμι habeant, Hermannus coniunctivum requiri vidit, corrigitque θρυλέωμι. Vulgatam versus scripturam χὥς κά τοι — θρυλέοιμι tueri conatus est Ahrensius locum ita interpretans: *et quemadmodum ego sane haud palam effutierim*, sententia, si quid video, ab hoc loco

aliena et sermone vix satis emendato, cum in ista sententiae conformatione οὐ potius quam μή expectes. Cum epica forma, qualis est *θρυλέωμι*, Theocritus non usus esse videatur, suspicatus sum poetam *θρυλέω τι* scripsisse: *atque ut submissa voce* (*μὴ μακρά*) *tibi aliquid in aurem insusurrem.*

143. *καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω*] Non videntur haec integre scripta esse, siquidem *εἰς πόθον ἐλθεῖν* non potest significare *desiderium explere*, sed *in desiderium incidere*, ut *εἰς ἔρωτα ἐλθεῖν, εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν, εἰς ἵμερον ἐλθεῖν.* Non dubitandum videtur quin poeta *ἐς κόρον* scripserit, ut neglectus ab editoribus Hemsterhusius voluit Hauptius *ἐς κόπον* coniecit.

144. *μέσφα τοι ἐχθές*] Pro *τοι* cod. K *τύ γ'*, unde Ahrensio scribendum videbatur *μέσφα τό γ' ἐχθές.* At recte legitur *μέσφα τοι*, ut *μέχρι περ* apud anonymum Stobaei Flor. XXVIII, 18.

146. *τᾶς ἀμᾶς*] Vulgo *τᾶς γε ἐμᾶς* hiatu non ferendo: codd. plerique, et in his etiam K, *τᾶς ἐμᾶς*, quod verissime in Medic. 16 correctum est in *τᾶς ἀμᾶς*, cui proxima est Vat. A scriptura *τᾶς ἀκμᾶς*. Quod sequitur *αὐλιστρίδος* Hermanni est emendatio, cum libri in *αὐλητρίδος* consentiant, nisi quod Vat. *αὐλιτρίδος* habet. At non recte interpretatur Hermannus *αὐλιστρίδα* de ea quae in eadem domo habitat, scholiastam secutus: *ἥ τε τῆς Φιλίστας μήτηρ τῆς ἐμῆς γείτονος καὶ ἡ τῆς Μελιξοῦς.* Imo *αὐλῖται* dicebantur operae rusticae pecori curando adhibitae, qua de re dixi ad Stephanum Byz. p. 146. Non recte igitur Ahrensius scribi voluit *τᾶς ξείνας αὐλητρίδος*, vel Lobeckius Paral. p. 228, 9 *τᾶς Σαμίας αὐλητρίδος*. Ceterum sero intellego, in eundem sensum servari posse Vat. scripturam *αὐλιτρίδος*, quod quin recte ad *αὐλίτης* revocari possit non dubitandum est. Cf. *ἀλέτης* et *ἀλετρίς*.

149. *Δέλφις ἐρᾶται*] Ita Brunckii exemplo ausus sum scribere e cod. Lips. pro *ἔραται*, quod ferri non posse apertum est. Apollonius Synt. p. 291 *τό γε μὴν ἐρᾶν ὁμολογεῖ τῷ προσδιατίθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου. διὸ καὶ δεόντως ἡ Σαπφὼ ἐπιτεταμένῳ μᾶλλον ὀνόματι ἐχρήσατο ‘ἐγὼ δὲ*

καὶ ἡ νεοττῶτις ἐρᾶται. quae utcunque corrupta docent tamen etiam Sapphonem *ἐρᾶσθαι* dixisse pro *ἐρᾶν*. ac fortasse etiam Theognis 256 scripsit *οὔ τις ἐρῷτο τυχεῖν*. Sed quod in Bionis Id. VII 8. legebatur *ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι*, recte mutatum a Schaefero in *συνέρασθαι*. Ed. pr. Probarunt cum alii tum Ahrensius, qui *ἔρᾶσαι* etiam Id. I, 78 Brunckio praeeunte restituit. At quod apud Plutarchum legitur Erot. p. 753 b *ἐρᾶται γὰρ αὐτοῦ νὴ Δία καὶ καίεται*, ex *ἐρᾷ τε* corruptum est. Eleganter tamen Hermannus in Theocrito correxerat *ἐρᾷ τευ*.

151. 52. *αἰὲν ἔρωτος ἀκράτως ἐπεχεῖτο*] Pro *αἰὲν* complures libri *οὕνεκ'*, cui praetuli *αἰέν*, quod illo multo fortius et ad sensum propemodum necessarium est. *ἀκράτως* pro *ἀκράτω* ex Vat. et marg. Pal. commendavit primus Briggsius laudato Alexide apud Athen. X p. 429 e *τοὺς ἀκράτους πίνομεν*.

153. *καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν*] Neque *οἱ* quo referendum sit intellego (nihil enim de suis amoribus dixerat Delphis, ut demonstrativo uti posset) et pro *πυκάσδεν* nescio an requiratur futurum. Suspicabar igitur *καὶ φάτο οἷς στεφάνοισι* et *πυκάσσεν* (*πυκάξεν*) vel *καὶ φάθ' ὅτι στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσσει* sive *πυκάσσω*, ut vs. 101 *χἤφ' ὅτι Σιμαίθα τυ καλεῖ*. Quod Briggsius voluit *καὶ φάτο νιν στεφάνοισι — πυκάσδεν*, ut *φάτο* ad hospitam referatur, nihil est; *φάτο* non potest non ad Delphin referri. Interim recepi *οἷς στεφάνοισι*, *suis quas in compotatione illa gestabat corollis;* servavi tamen *πυκάσδεν*, quod videtur excusari posse.

155. *ἄλλοκ' ἐφοίτη*] Ante Brunckium *ἄλλοτ' ἐφοίτη*, quod fortasse revocandum. Locum hunc imitatione expressisse videtur Alciphro Epist. I, 34, 8 *ἐπανελθὼν ἀπὸ Λυκείου πολλάκις* [*ἐφοίτας καί μοι παρεκάθησο*] *τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος*.

157. *οὐδὲ ποτεῖδον*] Ita cod. S, unde recepit Brunckius; idem commendavit nuper Ahrensius; vulgo *οὐδέποτ' εἶδον*. Eodem versu non male Briggsius *νῦν δὲ δυωδεκαταῖος*.

159. *νῦν μὲν τοῖς φίλτροις καταθύσομαι*] Non recte

accusativum obiecti abesse intellexit Hermannus, neque iniuria idem haesit in articulo, qui sane ut vulgo locus editur ferri non potest. Tentat igitur *νῦν μέν μιν (νιν) φίλτροις καταθύσομαι*. At qui factum est, ut nullus criticorum intellexerit ineptissime dictum esse *καταθύσομαι, incantabo Delphin philtris meis*? Incantavit vero hominem per totum idyllium. Apertum est scripsisse poetam quod edidi *νῦν μὲν τοῖς φίλτροις κατέθυσα νιν*. Ita demum carmen hoc ad iustam conclusionem absolvitur; vulgarem autem scripturam si sequare, haeret Simaetha in ipso conatu, nec cur id faciat ullo modo intellegitur. In sequentibus scripsi cum Ahrensio *αἰ δ' ἔτι κά με λυπῇ*. Libri *αἰ δ' ἔτι κήμὲ λυπῇ*. Hermannus *αἰ δ' ἔτι καί με λυπεῖ*.

161. *ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα*] Theopompus apud Polluc. X, 180 *τὴν οἰκίαν γὰρ εὗρον εἰσελθὼν ὅλην κίστην γεγονυῖαν φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ*.

164. *οἰσῶ τὸν ἐμὸν πόνον*] Ita vulgo: recepi emendationem Iacobsii *ἀνυσῶ*. Pro *πόνον* alii libri *πάθος*, alii *πόθον*. Aberravit a loci sententia Hemsterhusius comparans Apollonium Arg. IV, 65. Apertum est dici debere se facturam quod minata sit.

III

1. *Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα*] Respicit Mazares apud Boissonadum Anecd. III p. 138 *κωμάσδων ἀπηρχόμην ποτὶ τὰν μείζονα τοῦ ματαίου, κατὰ Θεόκριτον*.

3. *Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε*] Servius ad Virgilii Ecl. I, 28 *Tityrum ubique Theocritus mercenarium inducit*. Nusquam Theocritus Tityri pastoris nomine usus est, nisi in hoc uno carmine; nam VII, 72 alius generis est. Scribendum igitur *utique* pro *ubique*. Idem ad Ecl. IX, 23 *Theocriti sunt versus ad verbum translati; sed tamen Virgilii negotium continenter: nam allegoricῶς imperat suis, ut rem tueantur, nec tamen audeant contra Arrii praeceptum venire*. Gellius NA. IX, 9 *illud quoque — caute omissum* (a Virgilio), *quod est in graeco versu dulcissimum*, ac tum allatis tribus primis versibus: *quo enim pacto diceret τὸ*

καλὸν πεφιλαμένε, verba hercle non translaticia, sed cuiusdam nativae dulcedinis? Eodem spectat Hermogenis iudicium de Id. II p. 305 ed. W. introitum huius carminis in exemplis bucolicae ἀφελείας ponentis. Pro πεφιλαμένε, quod h. l. propter Gellium mutare nolui, Ahrensius πεφιλημένε.

5. τὸν λιβυκὸν κνάκωνα — κορύψῃ] Cod. Voss. Etymol. M. p. 1515 ed. Gaisf. γέγονε καρύπτω καὶ κορύπτω μεταθέσει τοῦ α εἰς ο, οἷον 'τὸν λιβυκὸν καύκωνα (sic) φυλάσσεο μή τι κορύψῃ'. Vulgo κορύξῃ, pro quo κορύψῃ e bonis codd. revocavi iam in proecdosi. Eadem lectionis varietas in poetae anonymi versu apud Hephaest. XIII, 2. Cf. Theognostus Crameri AO. II p. 138, 3.

7. τὸν ἐρωτύλον] Non de parvo Amore hoc intellegendum videtur, sed idem est quod ἐρωτικός, *perdite amans, verliebt.* Similiter apud Bionem Id. V, 10 ἀλλά μοι αὐτὸς ἄειδεν ἐρωτύλα, *carmina amatoria*, et 13 ἐρωτύλα πάντ' ἐδιδάχθην. Obscurum est quo sensu id dixerit poeta anonymus Anthol. Pal. IX, 614 καὶ μεγάλην παρ' ἅμαξαν ἐρωτύλος ἡδὺ φαείνει.

10. δέκα μᾶλα φέρω] Hinc colorem duxit Rufinus Anth. Pal. V, 61 δώδεκά σοι βέβληκα, καὶ αὔριον ἄλλα βαλῶ σοι.

Ibid. τηνῶθε καθεῖλον] Libri quidam, quos Brunckius et Kiesslingius secuti sunt τηνῶ δέ. Retinui τηνῶθε, quod τήνωθεν scriptum ex hoc ipso loco affert Theognostus in Crameri Anecd. Oxon. II p. 157, 12 τὸ τηλῶθεν διὰ τοῦ ω γραφὲν ποιητικῶς ἐκτέταται· — τοιοῦτο δὲ καὶ τὸ τήνωθεν παρὰ Θεοκρίτῳ. Ed. pr.

12. θυμαλγὲς ἐμὸν ἄχος] Pro ἐμόν complures codd. ἐμίν. Cf. Gregorium dial. dor. §. 75. Ferri potest ἐμίν, si distinguas: θᾶσαι μάν, θυμαλγὲς ἐμὶν ἄχος. Cod. h ἐμὸν δ' ἄχος, unde Ahrensius edidit ἐμὸν λάχος, facili coniectura at tamen, si recte dicendi usum observavi, non probanda. Recte dici potest θυμαλγὴς ὀδύνη, θυμαλγὲς ἄχος, θυμαλγὴς πόνος et quae sunt similia, at θυμαλγὲς λάχος, si recte memini, non magis dictum est quam θυμαλγὴς πότμος vel θυμαλγὴς τύχη. Si quid praeter distinctionem mutandum, malim ἐμὸν πάθος.

14. *ἅ τὺ πυκάσδῃ*] Cod. Par. 9 *πυκάσδει*, unde scribendum videtur *ἅ τυ πυκάσδει*.

16. *μασδὸν ἐθήλαζε*] Ridet hoc dicendi genus Lucianus Soloec. 4 p. 558 *ὅταν τι τῶν παιδίων γένη τῶν τὰς τίτθας θηλαζόντων*. Et recte ridet; neque ullus unquam probatus scriptor *θηλάζειν* de lactente puero dixit. Cf. Lobeckium Phryn. p. 468. Quare *μασδὸς* scribendum suspicabar, ordine verborum eodem de quo dixi ad Idyll. XV, 79. Postea hoc ipsum confirmatum vidi a schol. Flor. ad Euripidis Hec. 139 *μαζὸς ἐπὶ θήλεος — καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ ‘ἦ ῥα λεαίνης μαζὸς θῆλασθε’*. Sed editam lectionem in suis codd. repppererunt Stobaeus Flor. LXIV, 23 (ubi *ἐθήλαξεν* libri, praeter Par. B qui *ἐθήλασδε*) Thomas Mag. p. 233, 5 et Eustathius ad Il. p. 1064, 53 *ἐκ τοῦ χόλῳ τραφῆναι τὸν δύσκολον καὶ ἀκράχολον εἴληπται παρὰ τῷ βουκολιάζοντι τὸ μαζῶν λεαίνης θηλάσαι γάλα*. Accedit quod eadem *ἀκυρολογίᾳ* usus est Theocritus Id. XIV, 15 *θηλάζοντά τε χοῖρον*.

Ibid. *νιν*] Ita Stobaeus; libri *μιν*. vide ad I, 48.

17. *ὀστίον*] Ante Bergkium *ὀστέον*.

19. *πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον*] Hoc ineptum esse recte intellexit Valckenarius, sed male vitii sedem in *πρόσπτυξαι* quaesivit. Scribendum videtur *πρόσπτυξαί με τὸν αἱμύλον*, i. e. *τὸν προσηνῆ, τὸν πρᾶον*, ut explicat hanc vocem Arcadius p. 56, 16 et Hesychius v. *αἱμύλοις*. Cf. Favorinus apud Stobaeum Flor. LXV, 7 *ἄν γε ὁ καλὸς καὶ αἱμύλος ᾖ καὶ λεκτικός*. Plutarchus Fragm. vol. V p. 567 *ἔρως ἔχει τι χάριεν καὶ οὐκ ἄμουσον, ἀλλ' αἱμύλον καὶ ἐπιτερπές*. Sequentia verba *ὥς τυ φιλάσω* affert Apollonius Synt. p. 120, 14.

20. Qui hic vulgo legitur versus etiam a Stobaeo Flor. LXIII, 19 tanquam Theocriti allatus, sed iam Valckenario suspectus *ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις*, ex Idyll. XXVII, 6 huc translatus est. Delevi igitur praeeunte Hauptio, qui quem in eius locum suffecit versum *ὤμοι ἐγὼ τί πάθω, τί ὁ δύσσοος; οὐχ ὑπακούεις;* in libris legitur post eum qui nobis nunc est vicesimus tertius. Vide Hauptium ea de re dicentem in

Museo Rhen. nov. 1845 p. 273. Strophicam carminis rationem primus indicavit Hermannus, quem vide etiam in dissertatione de bucolica poesi p. 10. Exhibui autem versum sic ut in codicibus scriptus est, nisi quod pro altero *τί* in K scriptum est *τῦ*, unde olim suspicatus eram Theocritum dedisse *τί πάθω τοι ὁ δύσσοος;* coll. Mnasalca Anth. Pal. IX, 324 *ἁ σῦριγξ τί τοι ὧδε παρ' Ἀφρογένειαν ὄρουσας;* quamquam hoc loco nunc *τί μοι* me probare supra indicavi. Recepit hoc Zieglerus: fortasse recte, praesertim cum plane ut ego conieceram legatur in cod. Voss. Etymol. p. 838 Gaisf. Credo tamen defendi posse librorum scripturam. Cf. Idyll. V, 62 *τίς ἄμμέ, τίς κρινεῖ;* Sophocles *τίς σε τέκνον, τίς σ' ἔτικτε;* et sic saepe in oratione affectus plena. Cf. Bentleius ad Horatii Carm. III, 24, 25. At in Meleagri carmine Anth. Plan. IV, 134 *ἀτὰρ τί τόδ' ἄλλο, τί λεύσσω;* scribendum *ἀτὰρ τί τόδ' ἄλλ' ὅτι λεύσσω;* Multo minus placet quod Ahrensius coniecit *τί πάθω; ἁ δύσσοος, οὐχ ὑπακούεις;* quo convicio vehementer dubito num miser amans puellae, quam toto deperiret animo, se commendaturus fuisset. Se ipsum *δύσσοον* dicere potuit pastor, non item puellam.

21. *τὸν στέφανον τίλαί με καὶ αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς*] Vulgo *καταυτίκα*, quod nihil est nec comparari debebat cum *καταυτόθι*, quod diversi generis est. Libri *κατ' αὐτίκα, καὐτίκα, πραυτίκα.* Ex his *κατ' αὐτίκα* qui adoptavit post Heinsium Valckenarius, praepositionem *κατὰ* cum *τίλαι* coniunxit, cui rationi quid obstet recte exposuit A. F. Naekius de Hecale c. III Opusc. II p. 72, qui ipse *κατ' αὐτίκα λεπτά* coniungit, *ut extemplo fragmenta fiant.* Sed haec iusto artificiosior ratio videtur. Quocirca aut *παραυτίκα* scribendum est, quo ducit cod. h scriptura *πραυτίκα*, aut quod etiam Ahrensio in mentem venisse video *καὶ αὐτίκα.* Ita Aratus Phaen. 634 *καμπαὶ δ' ἂν ποταμοῖο καὶ αὐτίκ' ἐπερχομένοιο σκορπίου ἐμπίπτοιεν.* Euripides Stobaei Flor. CV, 15 *ἢ καὶ παραυτίκ' ἢ χρόνῳ δαίμων βίον ἔσφηλε.*

22. 23. *τόν τοι — κισσοῖο φυλάσσω ἀμπλέξας καλύκεσσι καὶ εὐόδμοισι σελίνοις*] *ἀμπλέξας* ex optimis

libris repositum est pro vulgato olim ἐμπλέξας, quod ferri non posse, cum hederarum nullae sint κάλυκες, vidit Ahrensius, sed male pro κισσοῖο scribendum coniecit κισθοῖο. Sertis nectendis adhibitum esse cisthum effici non potest. Multa ex multis scriptoribus de floribus coronariis composuit Athenaeus; at de cistho nullum vestigium. Plinio NH. XXI, 30 κισσόν et κισθόν ubique confundenti nihil tribuendum esse ipse intellexit Ahrensius. Neque in verborum structura ullam video movendae lectionis necessitatem; nam si recte dicitur ἀναδῆσαί τινα ἄνθεσιν, ἀναδῆσαι στεφάνῳ, ἀναδῆσαι λήροις et similia, recte etiam dicemus κίσσινον στέφανον ἀναπλέξαι κάλυξι καὶ σελίνοις, hederaceae corollae rosas et apium adnectere. Iam vide quanto venustior sit corolla hederacea rosis et apio distincta quam ex cistho et apio nexa.

24. τηνῶ] Ita Brunckius e P, τήνω 9, τῆνα vulgo. Verum videtur τηνῶ *istic*, quamquam alias mihi non lectum; nec spernerem si codices τηνόθ' ἀλεῦμαι suggererent.

26. δὴ 'ποθάνω] Haec Graefii est correctio, libri μὴ ἀποθάνω. Tum in proecdosi praeeunte Bergkio scripseram τό γε μάν τεῷ ἁδὺ τέτυκται. Revocavi nunc librorum scripturam, quae commode ita explicari potest *si obiero, tua tibi voluptas effecta est*. Atque ita etiam scholiasta τὸ τεὸν ἁδὺ interpretatur τὸ πρᾶγμα ὅ σε τέρπει.

27. ὅκ' ἔμοιγε μεμναμένῳ] Exhibui optimorum librorum scripturam quantumvis corruptam, nisi quod μεμναμένῳ scripsi pro μεμναμένω, ut voluere iam alii. Vulgo ὅκα μευ μεμναμένω. Vitium loci in hoc ipso μεμναμένῳ positum est, quod verbum eo qui hic requiritur sensu *quaerendi, explorandi*, neque dictum est unquam neque dici potuit. Fortasse scribendum est quod Hauptius mihi suggessit ὅτ' ἔμοιγε κεχραμένῳ sive κεχρημένῳ.

28. ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα] Hanc meliorum librorum scripturam prae altera ποτιμαξάμενον πλατάγησεν commendavit Ahrensius. Mihi non dubium videtur quin scripserit poeta quod Schneiderus Lex. graec. v. προσμάσσω coniecit ποτι-

μαξαμένῳ πλατάγησεν. Hoc simplex et elegans est, alterum, ποτεμάξατο τὸ πλατάγημα, recte dici non probatur Nicandri et Callimachi locis ab Ahrensio allatis. Προσμάττεσθαι est *inferre, imponere, infligere, impingere,* non ἀποτελεῖν vel ἀποδιδόναι, ut interpretatur Ahrensius. Augmentum si necessarium est, scribi potest ποτιμαξαμένῳ 'πλατάγησεν.

30. εἶπε γὰρ Ἀγροιώ] Ita vulgo legitur, consentientibus fere codd., quorum pauci quidam εἶπε γάρ καὶ Ἀγροιώ. Schol. Ἀγροιώ, ὄνομα κύριον· οὐδέπω (l. οὐδέποτε) γὰρ τὴν γραίαν οὕτω φασίν. Ex quibus Casaubonus lectum olim a quibusdam fuisse conicit ἁ γραιώ, quod rectissime D. Heinsius ex ἁ γραία corruptum esse intellexit.

31. ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις] Haec de spicilega viri docti interpretantur messores subsequente et spicas colligente. At neque ποιολογεῖν idem est quod σταχυολογεῖν*), neque παραιβάτις dici potest quae messores sequitur. Eustathius ad Hom. p. 412, 42 ὅτι δὲ Θεόκριτος τὴν παρ' αὐτῷ ἐριθακίδα ἤτοι μισθώτριαν παραιβάτιν λέγει, ζητητέον ἐκεῖ. Is igitur de etymo securus παραιβάτις intellexit de muliere mercenaria. D. Heinsius denique καταιβάτις legendum coniecit idque de incantatrice interpretatur. Frustra; quid rei esset non dubium est quin dudum viri docti intellecturi fuissent, si Παραιβάτης nomen proprium esse recordati essent Doribus non inusitatum. Ita Spartanus homo apud Herodotum V, 46 dicitur Παραιβάτης, idemque nomen habebat Cyrenaeus philosophus teste Diogene Laertio II, 86. Cf. Keilium in Schneidewini Philol. vol. IV p. 739. Scribendum igitur erat ἁ πρὰν ποιο-

*) Male etiam scholiastes: ποιὰν δὲ ἴσως τὸν πυρὸν κατ' ἐξοχήν, ἀφ' οὗ καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ποιὰν λέγουσι. Poetae si quando ποὰν pro anno dicunt (Anal. Alexandr. p. 193), id proprie de vere intellegendum eodem modo quo latini poetae aristas pro aestate nominant. Vere enim novo, si quis forte hoc nesciat, *redeunt gramina campis arboribusque comae.* Hinc zephyrum Satyrus in Anthol. Pal. X, 6 appellat ποητόχον: sic enim legendum, cum vulgo edatur ἤδη μὲν ζεφύροιο πλοητόχου ὑγρὸν ἄημα ἠρέμα λειμῶνας πιτνεῖ ἐπ' ἀνθοκόμους.

λογεῦσα Παραιβάτις, Paraebatis, quam nuper herbas colligentem vidimus magicis sacris adhibendas. Fuit igitur Paraebatis illa Cotyttari similis, de qua Theocritus VI, 40 *ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυτταρὶς ἐξεδίδαξεν.* Ceterum iam antiquitus fuisse qui *παραιβάτις* pro nomine haberent, docet annotatio scholiastae: *ἢ ὄνομα κύριον, ἢ ἡ ἑπομένη καὶ παρακολουθοῦσα τοῖς θεristαῖς.*

Ibid. *οὕνεκ'*] *ὤνεκ'* Ahrensius.

32. *τὶν ὅλος ἔγκειμαι*] *ἔγκειμαι* non puto recte sollicitari, cui qui *ἄγκειμαι* substituerunt, docere debebant id sic de personis recte dici.

34. *ἁ Μέρμνωνος ἐριθακὶς*] Verissime Eustathius ad Iliad. p. 412, 42 et 1162, 23 *ἰστέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη*, quod qui *'Εριθακίς* scribunt propter adiuncta *ἁ Μέρμνωνος*, ut sit *Erithacis Mermnonis filia*, vehementer meo iudicio falluntur; imo vilis condicionis puellae, Mermnonis mercenariae, se obsecuturum dicit, cum ab Amaryllide se spretum videat. Ceterum duo codices *Μέρμωνος* habent pro *Μέρμνωνος*, quod tuetur grammaticus (Herodianus?) apud Cramerum Anecd. Oxon. I p. 64 *Μέμνων Μέμνονος. τὰ δὲ παρώνυμα ἐφυλαξάμην διὰ τὸ Μέρμνων ὄνομα παρὰ Θεοκρίτῳ· παρὰ γὰρ τὸ μέρμνης*, quod in *μερμνός* mutandum. Ed. pr.

36. *ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός*] Haec Theocrito sublegit Eumathius de amor. Ism. IX p. 322 *ἐπὶ δὴ τούτοις πᾶσιν ὀφθαλμὸς ἥλλετό μου ὁ δεξιός.* Eadem affert Eustathius ad Hom. p. 675, 42 *οἰωνίζετό τι ἀγαθὸν — ὁ παλμὸς τοῦ δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ κατὰ τὸ 'ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός'.* Quae sequuntur verba *ἀρά γ' ἰδησῶ* vehementer bilem moverunt Cobeto Var. L. p. 42 propter futurum *ἰδησῶ*, ab attico dicendi usu sane alienum. Quis vero docuit Cobetum, formam illam Theocritum suo ipsum periculo finxisse, neque e populari Siciliensium sermone adscivisse? *δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσιν.*

40. *μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν*] Non debebant reicere edi-

tores novissimi, quod ego a maiore codd. parte oblatum consulto posueram μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν pro vulgato ἐνὶ χερσίν. Non perinde est utrum ἐν dicatur an ἐνί. In hac quidem forma constanter ἐν dixit Homerus, σκῆπτρ' ἐν χερσὶν ἔχων, φίλων ἐν χερσὶν ἑταίρων, ἐν χερσὶ φόως, ἐν χερσὶ δέπας, δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες, ὄπτ' ἐν χερσὶν ἑλών. Praeterea recte Schaeferus ἔχων maluisse videtur pro ἑλών.

41. ἄλατ' ἔρωτα] Ita Hemsterhusius, ἄλλετ' et ἄλετ' ἔρωτα libri. Cf. Cobetum Var. Lect. p. 206.

44. περίφρονος Ἀλφεσιβοίας] Etymol. M. p. 73, 2 Ἀλφεσίβοιαι, ἔστι δὲ κύριον παρὰ Θεοκρίτῳ.

45. τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν] Nescio an delenda sit particula δέ. Nullo enim vinculo singulas huius cantus partes inter se connecti par est, ut Idyll. X, 44. 46. 48. 50. 52. 54. καλός in thesi produxit Theocritus etiam II, 125 et scriptor Idyll. XX, 30. 33. Cf. Hermannus ad Moschum III, 64.

46. οὑτῶς] Sic Brunckius et Ahrensius, οὕτως libri.

47. ἅτερ μασδοῖο τίθητι] Plerique codd. μαζοῖο, schol. μαστοῖο. Loquitur poeta de Venere tamquam matre puerum lactante, quod ineptum est. Scripsit ni fallor ἅτερ παστοῖο τίθητι, *non removet a lecto geniali*. Ed. pr. Non dubitavi hoc ipsum nunc in textu ponere. Probaverat etiam Ahrensius afferens praeterea glossam Vat. 9 γράφεται ἅτερ μάλοιο· ἅτερ τοῦ συγκαθεύδειν. ex qua Ruhnkenius coniecturam capiebat, variantem lectionem fuisse θαλάμοιο, quam apertum est genuinae lectionis interpretationem esse. Quod nuperrime Ahrensius ad Bionis Epit. Adon. p. 41 coniecit μαροῖο, invenustum est; nec credam μαρός dixisse Dorienses, nisi exemplo contrarium edoctus.

48. Affert h. v. schol. Apollonii Argon. IV, 57 τινὲς δὲ τῷ ὄντι φίλυπνόν τινα γεγονέναι τὸν Ἐνδυμίωνα — καὶ Θεόκριτος μέμνηται ‘ζαλωτὸς μὲν ἔην ὁ τὸν ἀ. ὕπνον ἰαύων Ἐνδυμίων’. Cf. Zenobius Cent. III, 76 Ἐνδυμίωνος γάρ τινος παιδὸς ὁ Ὕπνος ἐρασθείς, ὥς φασι Κᾶρες, ἔτι καὶ νῦν λέγεται αὐτὸν κατέχειν. De Somno Endymionis amatore

aliunde nil constat; at similia ferebantur de Somno et Ganymede, v. Hist. crit. Com. p. 360.

50. *τοσσῆν' ἐκύρησεν*] Hoc ex bonis libri scripsi pro *τόσσων ἐκύρησεν*. Fallitur Valckenarius *κυρεῖν*, pro *adipisci* positum, semper iungi dicens genetivo. Quod redarguit Euripides Hec. 689 *ἐπ' ἀκταῖς νιν κυρῶ*. Oppianus Hal. I, 34 *ἀτερπέα δ' αὖλιν ἔκυρσαν*.

51. *ἀλγέω τὰν κεφαλάν*] Expressit haec Eumathius de amor. Ism. VI p. 197 *ἡ δὲ πρὸς Πανθίαν φησί· μῆτερ, ἀλγέω τὴν κεφαλήν*.

52. *ἔδονται*] Hoc e Gregorio Cor. p. 261 et codd. nonnullis receptum; vulgo *ἔδοντι*.

53. *κατὰ βρόχθοιο*] Etymol. M. p. 215, 52 *βρόχθος — ἡ φάρυγξ δι' ἧς καταπίνομεν. Θεόκριτος 'ὡς μέλι — γένοιτο'*. Sensus loci est *γένοιτό σοι τοῦτο γλυκὺ ὡς μέλι κατὰ βρόχθου*.

IV

8. *βίην καὶ κάρτος*] Brunckius, quem ceteri secuti sunt, *βίαν*. Fortasse recte, quamquam cum homericum sit *κάρτος τε βίη τε* Odyss. *γ*, 370. *δ*, 415, libros sequendos putavi.

10. *τουτόθε*] Hoc uno loco Theocriti lectum praeter Apollonium de Coniunct. p. 574, 5 commemorare videtur Hesychius *Τοῦτο· ἐντεῦθεν, Λάκωνες.* scribendum *τουτόθεν*.

11. *πεῖσαι κεν Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσῆν*] Omnes libri *τοι* praeter K, in quo *κε* legitur, quod habent etiam scholia; *κα* Ahrensius. Gravior de ceteris dubitatio, quae alii coniecturis sanare, alii interpretatione vindicare conati sunt; hi quidem frustra. Videant quibus incorruptum iudicium est, an sic locus probabiliter restitui possit:

πεῖσαι κεν Μίλων καὶ τὼς κύνας αὐτίκα λυσσῆν.

Ita hoc dicit: si Milo Aegoni, homini gregis curae intentissimo et ab athletico furore quam maxime alieno, persuadere potuit, ut

periss. Retinui igitur *στομάλιμνον*, etsi nequaquam a probabilitate abhorret *Μάλιμνον* montis locive nomen fuisse.

Ibid. *ἔς τε τὰ Φύσκω*] Montis hoc nomen esse creditur apud Crotonem siti; neque impedio. At potuit etiam fluminis nomen esse, quemadmodum Physcum Assyriae fluvium memorat Xenophon; neque repugnabo siquis viri nomen esse existimet et *τὰ Φύσκω* appellari fundum cum silva et pascuis a Physco nescio quo olim possessum, postea, ut fit, publici iuris factum. Ita *τὰ Λύκωνος* habes apud Theocritum II, 76, quod non de sola domo accipiendum, *τὰ Εὐαλκίδου* apud Hippocratem Epid. I p. 412, *τὰ Ἀρχελάου* ibid. II p. 439, *τὰ Πιττάλου* apud Aristophanem Vesp. 1432.

24. *καὶ ποτὶ τὸν Νήαιθον*] Alii *Ναύαιθον*. Vide Anal. Alex. p. 76. De *φύοντι* sensu intransitivo vide ad VII, 75.

25. *αἰγίπυρος καὶ κνύζα*] *αἰγίπυρος* male I. H. Vossius vertit *Geisweizen*. Cf. Comic. graec. fragm. II p. 434.

28. *εὐρῶτι παλύνεται*] Etymol. M. p. 397, 50 *εὐρώς, ἡ τοῖς σκεύεσιν ἐπιχεομένη ἐκ τῆς ὑγρότητος ἢ νοτίας λευκή τις ἐπίχυσις, τουτέστιν ὑγρότης σεσηπυῖα. Θεόκριτος ʽχὰ σύριγξ εὐρῶτι παλύνεταιʼ.*

31. *τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι*] Scholiasta: *ἡ Γλαύκα, Χία τὸ γένος, κρουματοποιός· γέγονε δὲ ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, ἧς φησὶν ὁ Θεόφραστος ἐρασθῆναι κριόν.* Ita enim haec correxit Geelius. De Pyrrho poeta Erythraeo, quem dithyramborum scriptorem appellat gl. Vat. apud Wartonum, cf. Anal. Alex. p. 245.

32. *αἰνέω τάν τε Κρότωνα*] Codd. quidam *ἅτε* pro *τάν τε*, unde Ahrensius conicit *αἰνεῖ μ' ἅτε Κρότωνα*, ut *Κρότωνα* alia sit nominis *Κρότων* forma; sed tali paraschematismo si uti voluisset Theocritus, haud dubie *Κροτώνα* dixisset ultima producta. Dicetur de his formis ad Stephanum Byzantium. Itaque si ea, quam Ahrensius iniit, via insistendum est, certe scribendum fuerit *αἰνεῖ θ' ἅ τε Κρότων με.* Non credo tamen meliorum librorum scripturam sollicitandam esse; quod enim nominativi sequuntur *ἅ τε Ζάκυνθος καὶ τὸ Λακίνιον,*

nihil offensionis habere videtur, cum praecedat nominativus πόλις, cui accommodavit poeta structuram sequentium. Nisi forte excidit versus, cuius in initio fuerint verba ἐξ ἐμεῦ ὑμνεῖται vel simile quid. Ac deesse versum in Corydonis sermone docent quae Battus respondet novem versibus inclusa; intellexit hoc Hermannus, qui omissum versum ante 32 excidisse in eoque aliam urbem commemoratam fuisse suspicatur cum particula τε, cui respondeat τάν τε Κρότωνα. Mihi hoc parum probabile videtur, ac dubito num alius urbis nomen in Crotoniatarum ditione reperiri possit. Itaque lacunam indicavi post 32. Recte autem scholiasta: Κρότων καὶ Ζάκυνθος ἡ αὐτή. Nimirum Zacynthus et Lacinium partes erant urbis Crotoniatarum, quod ut de Lacinio etiam aliunde constat, ita de Zacyntho hic ipse Theocriti locus docere videtur. His adde quod Crotoniatae origine fuerunt Achaei Peloponnesii, eiusdemque stirpis fuisse Zacynthi insulae colonos constat e Thucyd. II, 66. Nequaquam igitur improbabile est Zacynthiorum partem nescio quo tempore Crotonem migrasse partemque urbis a patria denominasse. Quod Heynius Opusc. II p. 181 existimat, nonnisi casu Crotonem et Zacynthum in Theocriti versu coniunctas esse, nemo probabit. De Lacinio quod dixi ostendit schol. Dionysii Per. 369 Λακίνιον γὰρ τόπος τῆς Σικελίας (i. e. Ἰταλίας). μέμνηται αὐτοῦ δὲ καὶ Θεόκριτος. καὶ ποταμὸν ὄντα Λακίνιον.

33. 34. ᾇπερ ὁ πύκτας Αἴγων] Scholiasta: ταῦτα οὐκ ἐπ' Αἴγωνι ἱστόρηται, ἀλλ' ἐπὶ Ἀστυάνακτι τῷ Μιλησίῳ. De Astyanacte nobili pancratiasta dixi Exerc. phil. in Athen. I p. 14. Adde Syncellum p. 251 ed. Bonn. Ἀστυάναξ Μιλήσιος τὸ παγκράτιον νικᾷ τρίτον. οὗτος δὲ καὶ ἐξ ἀνδρῶν σιτία κατήσθιεν. Sequitur κατεδαίσατο, pro quo κατεθοίσατο cod. M, unde Ahrensio κατεθώσατο scribendum videtur, quod haud dubie praeferrem, si de illa cod. lectione certo constaret. Editum habet etiam Tzetza ad Lycophr. 856.

35. 36. ἄγε πιάξας τᾶς ὁπλᾶς] Genetivum Valckenarius ab ἄγε suspendit, quod etsi fieri potest, credibilius tamen est

ὁπλᾶς pendere a πιάξας. Ita cepisse videtur Nonnus Dion. XXV, 187 αὐχενίου πλοκάμοιο κεχηνότα θῆρα πιέζων.

39. ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι, ὅσσον ἀπέσβας] Pro ὅσσον bona librorum pars τόσσον. Briggsius tentabat ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλα, ὅσσον ἀπέστας, *o tu tam cara mihi quam sunt caprae, quam procul abes!* Nec satis faciunt quae Doederlinius disseruit.

40. ὅς με λελόγχει] Eustathius ad Hom. p. 790, 17 οἶδε τὴν λέξιν (λέλογχα) καὶ Θεόκριτος. Sequentes tres versus posuit Stobaeus Flor. CX, 15.

44. βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία] I. e. *reice vitulos ab inferiore collis parte.* Ita haec intellegenda esse docet vs. 46 ποτὶ τὸν λόφον. Male interpres latinus *deorsum pelle,* recte Briggsius *sursum.* Vs. 45 τὰ δύσσοα respicit Philemo ed. Os. p. 123. Λέπαργος vaccae nomen habes etiam in cantilena rustica apud Suidam s. ἀνά p. 97 Bekk. ἀνὰ σοὶ τάδε πάντα Λέπαργε.

46. σίτθ' ἁ Κυμαίθα] Hinc σίττα affert Eustathius ad Hom. p. 1963, 43. Pro Κυμαίθα alii codd. Κιναίθα, cui quod Piersonus substitui voluit Κισσαίθα, caprae nomen est non vitulae apud Theocr. I, 151. Diversam a Κιναίθα originem habet Κυναίθα, quod ovis nomen est V, 102. Nominum in αιθος et αιθα exeuntium usus apud Dorienses Siciliae magnaeque Graeciae inprimis frequens fuit; praeter allata ex hoc genere sunt Κάλαιθις viri nomen Idyll. V, 15. Σαβαιθίς feminae nomen Anth. Pal. VII, 354. Σιμαίθα Id. II, 101. 114. Σύμαιθος fluvius Cluver. Sicil. Ant. p. 124. Κύναιθος item fluvii nomen in Anecdoto apud Ritschelium Mus. Rh. 1842 p. 142, nisi id Σύμαιθος scribendum. Etiam apud Aetolos, quibus multa nomina cum Siciliensibus communia fuerunt, reperias Ἄραιθος (ad Scymn. p. 139) et Ὕλαιθος Dionys. descr. Graec. 67 item fluminum nomina. Rara haec apud alios; apud Arcades habemus Ἀρίαιθον scriptorem notissimum, apud Delios Πύραιθον in titulis.

49. αἴθ' ἧς] Ita Toupius; libri fere εἴθ' ἦν vel εἴθ' ἦ, W αἴθ' ἦν. Tum τι volebam cum Hermanno pro τό, quod

ut potuit explicavit schol. *ῥάβδον οὖσαν ὀρθὴν ἐπεύχεται γενέσθαι καμπύλην, ἵνα μὴ ἔγκυον οὖσαν βλάψῃ τὴν βοῦν*, laudandus tamen eo, quod articulo Theocritum aliter ac ceteros graece loquentes uti non credidit. Confirmat Hermanni emendationem Med., ex quo *ῥοικόν τι* edidit Zieglerus. Verba *ὥς τυ πατάξω* Hermannus in schedis ita interpretatur 'debebat esse *πάταξον*. Sed priora dicens *αἴθ' ἧς μοι ῥοικόν τι λαγωβόλον*, circumspicit fustem, quem quasi reperturus recte addit *ὥς τυ πατάξω*'. Ahrensius versum hunc ita corrigi posse sibi persuasit *πεῖ θήν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω*. Augmentum si omitti potest, de quo iustam dubitandi causam non video, coniecerim *ὥς τυ πάταξα*, ut haec iam rediens ad Corydonem dicat: *si pedum mihi praesto esset, quam te feriissem!* Ad *λαγωβόλον* respicit Eustathius Hom. p. 1332, 47 et 1815, 13.

50. *ποττῶ Διός*] Respicit Eustathius Hom. p. 1106, 28 non nominato auctore afferens verba *ποττῶ Διός*.

51. *ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν*] Non temere Briggsius *ἐπάταξε* suspectat, cui *ἔπλαξε* substitui voluit; neque reicerem si haec ita scripta in codice reperirentur *ἁρμοῖ τᾷδέ μ' ἔπλαξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν*.

53. *ἦ ῥά γε λεύσσεις;*] Codd. fluctuant inter *ἦ ῥά γε*, *ἦ ἄρα*, *ἦ ῥά τε*. Quae res Ahrensium movit ut *ἦ ῥά ἑ* coniceret. Si quid novandum, malim *ἦ ῥά τι λεύσσεις; siehst du was? τί* saepissime in Theocriti codicibus abiit in *γέ* et *τέ*.

54. *ἔχω τέ νιν*] Ita codd. omnes praeter marg. Palat., in quo habetur *ἔχω γέ νιν*, receptum a Zieglero, qui interpretatur: non video solum spinam, sed teneo eam etiam manibus. Sed hoc isto modo dici non potuit. Med. pro *ἅδε* habet *ἴδε*. Itaque si praeoptandum est quod sua se simplicitate maxime commendat, scribam cum Hermanno *ἔχω νιν ἴδ'· ἅδε καὶ αὐτά*. Non male tamen Ahrensius *ἔχω ἕ νυν· ἅδε καὶ αὐτά*, nisi quod malim *ἔχω ψέ νυν*, qua forma utitur Theocritus vs. 3, at nusquam dixit *ἕ*.

55. *ὀσσιχόν ἐστι — δαμάζει*] Scribebatur *ὀσσίχον*, ut in

Hesychii glossa ad h. l. referenda Ὀσσίχον· ὅσον, ἥλικον, et apud Theodorum Boissonadi Anecd. II p. 424 δεῖξον ὀσσίχον τὸ τύμμα καὶ λέοντα δαμάζον ἥλικον, φαίη γ' ἂν Θεόκριτος.

56. ἀνάλιπος] Reliqui hoc, quamquam, ut videtur, in scholiis tantum repertum; libri ἀνήλιπος praeter K, ex quo νήλιπος enotatum est. Quod Hesychius habet ἀναίλιπος, aeolicum videtur Guyeto. Verum videtur νήλιπος.

57. ἐν γὰρ ὄρει — κομόωντι] Haec citantur a Suida in Ἀσπάλαθος ut Theocriti: quibus Nicandri nomen male praefigitur in EM. p. 156, 30 ubi κομέονται abest a Ms. Leid. Valckenarius. Pro κομόωντι, quod vulgo legitur, Ahrensius posuit κομέονται ex cod. Colb. qui id supra κομόωντι scriptum habet; sed vide ad I, 30. Duo codd. κομόοντι, i. e. κομέοντι.

58. 59. μύλλει] Eustathius Hom. p. 1885, 22 τὸ μύλλειν παρὰ Θεοκρίτῳ ἐλέχθη ἐπὶ μίξεως οὐ σεμνῆς. Cf. Lobeck. Rhem. p. 114. Tum ἐρωτίδα *meretriculam* dicere videtur, unico quod sciam exemplo. Adiectivum ἐρωτίς habet Nonnus Dion. XXXII, 26 ἀμφὶ δ' ἑοῖς στεφάνοισιν ἐρωτίδα δήσατο ποίην, plantam opinor significans aliis παιδέρως appellatam.

60. 61. ἐπενθὼν καὶ — κατελάμβανον] Eadem structura apud Homerum Il. χ, 247 ὣς φαμένη καὶ κερδοσύνῃ ἡγήσατ' Ἀθήνη.

62. 63. τό τοι γένος — ἐρίσδει] Orion Theb. p. 147 κατωφερὲς τὸ γένος τῶν σατύρων· Θεόκριτος 'τό τοι γένος ἢ σατυρίσκων'. Affert hos versus Etymol. M. p. 531, 23. Pro ἐρίσδει, quod cum ceteris codd. tenet Et. M., ex K scripsi ἐρίσδεις.

V

1. τὸν Συβαρίτα] τὸν Συβαρίταν Casaubonus probante Valckenario, quo nihil proficitur. Laconem Sibyrtae Thurini, Comatam Eumaridae Sybaritae servum esse docet vs. 72. Reposui igitur quod Hermannus reponendum esse intellexit

τόνδε Σιβύρτα. Ita enim, non Συβάρτα, scribere debebat, siquidem vs. 5. 72. 74 optimorum librorum scriptura est Σιβύρτα, non, ut ante nos edebatur, Συβάρτα. Neglexerunt Theocriti carmen ii qui de Sybaritarum rebus scripserunt. Quis enim non miretur Eumaridem Sybaritam dici et a Thurio distingui, cum Sybarin multis ante annis funditus deletam civesque urbis olim potentissimae ad internecionem trucidatos fuisse constet. Verum agro in quo Sybaris steterat, pariter ac fonti (vs. 126. 146), vetus nomen mansit, qui cum summae fertilitatis esset, non mirum est fuisse qui eum incolerent et habitationibus vicisque frequentarent; hos igitur agri olim Sybaritani colonos a vetere urbis nomine Sybaritas vocatos esse ex Theocriti loco intellegitur. Horum unus erat Eumarides, quem rectissime poeta distinguit a Lacone Thurino, quorum civitas ab agro Sybaritano non longe dissita erat.

2. τὸν Λάκωνα] Nominis huius pro Λήκων positi nullum aliud exemplum novi; eidemne mensurae hoc nomen apud Clearchum Athenaei XIII p. 590c, ubi Λάκωνα habemus genere Thebanum, et apud Strabonem XIV p. 658, ubi Λάκων nescio cuius Demetrii cognomen est, subiciendum sit, sciri non potest. Accedit quod in Clearchi loco cod. B pro Λάκωνος habet Λάκκωνος, quae si etiam Veneti scriptura est, id ipsum sine dubio Clearcho restituendum. Ad sequentia respicit schol. Vind. Homeri Od. ξ, 530 νάκην. γράφεται νάκος παρὰ Θεοκρίτῳ.

3. οὐκ ἀπὸ τὰς κράνας σίττ' ἀμνίδες;] Ita vulgo distinguitur, non recte, ut mihi quidem videtur. Ceterum ut σίττα capris et agnis, ita χύρρα suibus acclamabatur. Hesychius Χύρρα, οὕτως εἰώθασι τοῖς ὑσὶν ἐπιφθέγγεσθαι, et ovibus ovili includendis σῆκα, Hesychius Σῆκα, οὕτως ἐπιφθέγγονται οἱ ποιμένες εἰς τὸ συγκλεῖσαι τὰ ποίμνια. His cognata sunt φίττα puellarum vox qua in lusu a Polluce IX, 127 descripto utebantur, et ψύττα quod superest in proverbiali dictione ψύττα κατατείνας ᾤχετο, *heda, wie zog er aus!*

4. πρῴαν] Ita scripsi pro πρώαν et hoc loco et VIII,

23. XIV, 5. XV, 15; nimirum a πρῴ vel πρωί formatur πρώιος vel πρῷος. Corripitur prima syllaba etiam XV, 15, ubi quod libri quidam habent πρόαν, probatum Ahrensio ad Bionis Epit. Adon. p. 69, qua analogia quis tueri possit mihi incompertum est.

5. τὺ γάρ ποκα] Ita scripsi pro τὺ γὰρ πόκα. Tum Συβάρτᾳ (Σιβύρτᾳ) scripsit Hermannus.

7. ἀρκεῖ — ποππύσδεν ἔχοντι] Interpres Veron. ad Virgilii Ecl. III, 27 stipula disperdere carmen] *significanter illud Theocriti translatum locavit* ἀρκεῖ σοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι.

10. οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότᾳ] Mirum est in Eumarae nomine ad εὐμαρής referendo penultimam produci. Fortasse igitur cum hoc loco tum vs. 73 et 119 Εὐμαρίδας scribendum est, quam nominis formam habes in titulis apud Böckhium Corp. Inscr. 1565, 14 et 1730, 3. Ed. pr. Εὐμαρίδᾳ non dubitavi recipere. Cf. ad vs. 73, ubi scholia: Εὐμάρα ἀντὶ τοῦ Εὐμαρίτου, ἵν' ᾖ κύριον ὄνομα, ubi scribendum Εὐμαρίδα ἀντὶ τοῦ Εὐμαρίδου. Probavit eandem scripturam nostrorum ignarus Heckerus Comm. de Anth. I p. 252. Vulgatam lectionem frustra quis tueatur Epicharmi loco apud Athenaeum III p. 85d τὰ διελεῖν μέν ἐστι χαλεπά, καταφαγεῖν δ' εὐμαρέα, ubi non dubitandum videtur quin recte Ahrensius ἐυμαρέα ediderit. Neque obstat nomen εὔμαρις media producta elatum; falluntur enim qui hoc ad εὐμαρής referunt, cum barbarae sit originis, disertim testante Polluce VII, 90.

Ibid. ἧς τοι ἐνεύδεν] Codd. nonnulli ἧς τι ἐνεύδεν, ut scribendum coniecerat Gerhardus Apoll. Quaest. p. 184. Hermannus in schedis ἧς ἐνιαύεν, quod verum videtur.

12. νύμφαις] Scholiastes: ταῖς νηρηίσιν ἢ ταῖς μούσαις. Nereides ab hoc sacrificio prorsus alienae; scripsit opinor κρηνίσιν vel νηίσιν, eodem corruptelae genere, quo apud Zenobium Cent. VI, 21 legitur de Hyla ὅτι ἡρπάγη παρὰ τῶν νηρηίδων διὰ κάλλος, ubi aut cum Valckenario κρηνίδων,

aut *νηίδων* ponendum, quam formam non alienam esse a prosa oratione ostendit Apollodorus Bibl. I, 7, 6.

14. *οὐ μὰν οὐ τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον*] *οὐ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα* ante Valckenarium; Hermannus dubitanter *οὔκ, αὐτὸν τὸν Πᾶνα*. *μὰ* elisum legebatur etiam XXVII, 36 *οὐ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα καὶ ἤν κ' ἐθέλῃς με διῶξαι*, quibus eandem emendationem adhibuit Schaeferus. Respicit locum Etym. M. p. 54, 27 *ἄκτιον τὸν Πᾶνα Θεόκριτος εἴρηκεν*.

15. *ὁ Καλαίθιδος*] Calaethis si feminae nomen esset, legeretur *Καλαιθίδος*, ut *Σαβαιθίς* feminae est nomen apud Nossidem Anth. Pal. VI, 354 in Delectu poetarum AG. p. 96.

γνωτὰ καὶ τηνῶθε Σαβαιθίδος εἴδεται ἔμμεν
ἅδ' εἰκὼν μορφᾷ καὶ μεγαλοφροσύνᾳ.

17. *οὐ ταύτας τὰς λιμνάδας*] Libri *οὔτ' αὐτάς*. Correxit Reiskius. Hermannus dubitanter *οὔκ' αὐτάς*.

19. *οὔ τευ τὰν*] *οὐ τεῦ τὰν* Toupius probante Valckenario. Scholiasta: *οὐκ ἔκλεψεν ὁ Κομάτας τὴν σύριγγά σου λαθών*. Recte; sed *οὐ τεῦ* esset *non tuam, sed alius fistulam*.

22. *ἀλλά γε τοι διαείσομαι*] Recte Ahrensius *ἀλλ' ἄγε*, ut habent codd. nonnulli, non recte tamen particulas illas nusquam coniungi dicens, quod refellit Iulianus Anth. Plan. IV, 107 *ἀλλά γε μὴ πτερὰ πάλλε κατ' ἠέρα*, ubi *ἀλλ' ἄγε* non aptum esset, et scriptor epigr. Cyziceni Anth. Pal. III, 6

σκῦλαι γάρ ῥ' ἐθέλει πινυτὰν θεόν· ἀλλά γε τόξῳ
θῆρα καθαιμάσσει Φοῖβος ἀπὸ σκοπιῆς.

Cf. Heindorf ad Platonis Phaedr. p. 149. Verbis *ἕστε κ' ἀπείπῃς* utitur Eustathius ad Homeri Il. p. 161, 45 *τὸ μέντοι ἕστε ἀντὶ τοῦ ἕως μόνον αὐτὸ καθ' αὑτὸ κείμενον, οἷον παρὰ Θεοκρίτῳ 'ἕστε κ' ἀπείπεν' (sic), ἤγουν μέχρις ἂν ἀπαγορεύσῃς, συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἕως. διὸ καὶ δασύνεται.* Quae quamquam falsa doctrina est, certum tamen est Dorienses *ἕστε* aspirasse. Utitur hac particula Theocritus aliquoties, at nunquam nisi in quinto versus pede. Id. I, 6 *χιμάρῳ δὲ καλὸν κρέας, ἕστε κ' ἀμέλξῃς*. VI, 32 *κλᾳξῶ θύρας, ἕστε*

κ' ὀμόσσῃ. VII, 67 χἁ στιβὰς ἑσσεῖται πεπυκασμένα ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν.

23. ὗς ποκ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν] Valckenarius Ἀθαναίᾳ, quod praeter alios probavit Ahrensius. Recte legi accusativum ostendit Pindarus apud Eustathium Prooem. p. 11 Schneid. οὐ ψεῦδος ἐρίξω, quod Eustathius interpretatur οὐ πρὸς ψεῦδος φιλονεικήσω. Cf. Philonides Stobaei Flor. XXXV, 6 ἅπαντ' ἐρίζεις καὶ συνιεῖς οὐδὲ ἕν. De proverbio ὗς Ἀθηνᾶν satis constat e Cicerone Epist. ad Famil. IX, 18. Cf. Nonnus Dion. XIII, 124 Ὑάμπολιν, ἥνπερ ἀκούω Ἀονίης ὑὸς οὖδας ἐπώνυμον, ἣ περὶ μορφῆς αὐχένα γαῦρον ἄειρε καὶ ἤρισε Τριτογενείῃ.

25. ὦ κιναδεῦ τάδε γ' ἔσσεται] Ita vulgo et cod. K aliique, at maior pars κιναδεῦ τάδ' ἔσσεται vel κιναδ' εὖ τάγ' ἔσσεται. Quod praeclare Wordsworthius scribendum esse intellexit ΚΙΝΑΔ'ΕΥ i. e. ὦ κίναδος σὺ (τὺ) τάδ' ἔσσεται. In hoc acquiescere debebat Ahrensius, cui quod scribendum esse videbatur ὦ κίναιδε τάδ' ἔσσεται, ne metrum quidem admittit. Comicus incertus Fragm. IV p. 611 ὥσπερ ἑτέρους ὁρῶ κιναίδους ἐνθάδε. Ausonius Epist. XIV, 29 σωταδικόν τε κίναιδον, ἰωνικὸν ἀμφοτέρωθεν. Fugerunt haec editores thesauri Parisini. Neque aliter ut par est poetae latini, e. c. Lucilius *stulte saltatum te intervenisse cinaedos*. Catullus *Aureli pathice et cinaede Furi*. Iam apparet etiam Theognidi 1257 aliam quaerendam medelam esse quam quae Ahrensio placuit. Nec ad sententiam loci Theocritei aptum est κίναιδος, quod nomen non de impudentibus dicitur sed de impudicis. Male grammatici hanc vocem, quae peregrinae haud dubie originis est, Graecisque et Atheniensibus post Aristophanis demum aetatem innotuisse videtur, ad κινεῖσθαι τὴν αἰδῶ referunt. Quod Eldikius tentabat, ὦ κυνιδεῦ τάδε γ' ἔσσεται, *o catelle*, blandientis potius esset quam conviciantis.

29. 30. οὔτοι] Vulgo οὔ τοι. Ahrensius οὔ πα edidit ad scholiastam provocans, qui per οὐδαμῶς explicat; poterat lenius οὔτι corrigere, quod ipsum Hesychius aliique grammatici

per οὐδαμῶς explicant. Idem versu sequente ἰσοπαλής τοι· ἴδ' ὁ τράγος οὗτος ἐρίσδει. In quibus displicet τοι, quod cum ἰσοπαλής coniunctum nemo erit qui non *parem Laconi haedum* dici autumet. Exhibui quod a Volgero coniectum nunc e cod. K enotavit Zieglerus, τυίδ' ὁ τράγος οὗτος· ἔρισδε, cum vulgo legatur τύ, ἴδ' ὁ τράγος οὗτος, ἔρισδε. Neque dixerim aeolica forma Theocritum prorsus uti non potuisse; alioqui non male conicias: ὥριφος ἰσοπαλής τις, ὁ δὲ τράγος οὗτος· ἔρισδε. De quo utcunque statuetur, ἔρισδε tamen, i. e. *incipe certamen*, non dubitari posse quin verum sit docent sequentia μὴ σπεῦδ'· οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι, quod ineptum esset, nisi morae impatientem Comata se ostendisset.

32. ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα] Ita libri praeter A, in quo est τά τ' ἄλσεα. Male Valckenarius κἀττάλσεα. Scribendum erat κατὰ τἄλσεα. Infeliciter Wordsworth κἀπ' ἄνθεα.

34. χᾶ στιβὰς ἅδε] Legebatur ᾇδε, quod nihil est. Idem vitium sustuli IV, 48, neque alia correctio adhibenda Dioscoridi Anth. Pal. VII, 430, 3 et 7. Ed. pr.

36. ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι] Hermannus non sine causa articulo offensus maluit ὄμμασι τοῖσδ' ὀρθοῖσι. Videndum potius ne ὄμμασι ex interpretatione irrepserit, Theocritus autem ὀπτίλλοις ὀρθοῖσι scripserit; quamquam possis etiam ὀμματίοις ὀρθοῖσι conicere, quod cave deminutivo tantum sensu dici putes.

37. ἐς τί ποθέρπει] Non dicitur hoc sensu, si recte memini, προσέρπειν vel προσελθεῖν, sed ἐλθεῖν aut προελθεῖν. Itaque malim ἐς τί ποθ' ἕρπει, sive potius ἐς τί ποχ' ἕρπει, quamquam ποτέ libri etiam infra vs. 62. Ed. pr. Secutus est Ahrensius; neque ego nunc dubitavi recipere.

38. θρέψαι τοι] τοι scripsi pro vulgato καί, praeeunte Hermanno nescio nunc quo loco. Aliis placuit ναί vel δή. Maior de reliquis dubitatio, quae sic ut in libris scribuntur prostant etiam in Stobaei App. e cod. Flor. p. 31 Gaisf., nisi quod καί omittit et τε habet pro τύ. Nolo infelices aliorum conatus referre, nisi quod Ahrensius totum versum ita refingi nuper voluit

θρέψαι κα λυκιδεῖς, θρέψαι κυνάς, ὥς ε φάγωντι, quae ratio maximas habet dubitandi causas atque, ut aperte dicam, longissime mihi a veritate remota videtur. Mirum vero nemini criticorum in mentem venisse quod omnium simplicissimum et facillimum erat:

θρέψαι τοι λυκιδεῖς, θρέψαι λύκος, ὥς τυ φάγωντι.

i. e. *ale lupi catulos, ale dum lupi evaserint, ut te dilanient.* Notissimus hic loquendi usus est, quo dicitur e. c. *παιδεύειν τινὰ κακόν, ἄμουσον διδάσκειν ποιητήν, τοὺς ἀξυνέτους παιδεύειν ξυνετούς*; atque ita ad eandem rationem *λυκιδεῖς τρέφεσθαι λύκους, die Wölfchen sich zu Wölfen aufziehen.* Cf. Philippus Anth. Pal. IX, 274 *οὗτος ὁ μόσχος σοὶ τρέφεται δάμαλις.*

39. *παρὰ τεῦς*] Apollonius de pron. p. 356 a *αὕτη* (*ἡ τεῦς*) *σύζυγος τῆς ἐμεῦς* — '*καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ τεῦς τι μαθὼν' Θεόκριτος.*

41. *ἁνίκ' ἐπύγιζόν τυ*] Hinc colorem duxit poeta Anth. Pal. IX, 317 *αἰπόλε, τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα, τοὶ δὲ τραγίσκοι εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἔλεπον.* Ita enim bene correxit haec Heckerus Comment. de Anth. I p. 114.

50. *τεῖδε*] Ita Zieglerus et Ahrensius e libris, vulgo *τᾷδε*, alii codd. *τεῖνδε.*

55. *αἰ δέ κε καὶ τὺ*] Hermannus *αἰ δή κα τύ*, Matthiae *εἰ δέ κε τεῖδε*, Ahrensius *εἰ δέ κέ πᾳ τύ.* Mirum sane in edita scriptura hyperbaton, ferendum tamen.

57. *τᾶν παρὰ τὶν*] Legebatur *τῶν*, illud praebuit K, quo recepto Ahrensius *ἀρνᾶν* recte scripsit pro vulgato *ἀρνῶν.* Nec dubium esse potest, quin *ἀρνῶν* non ad *ἀρνός* revocari debeat sed ad *ἀρνέα.* Intellexit hoc etiam schol. *τῶν ἀρνείων δερμάτων τῶν παρὰ σοὶ καταπολὺ μαλακώτερα.* Ib. *τετράκις* Med. et Callierges, ceteri codd. *πολλάκις*, quod tantum abest ut pro glossemate habendum sit, ut non dubitandum videatur quin id maxime genuinum sit. Ea de re dicam ad Callimachum.

61. *τὰν σαυτῶ πατέων*] Theodorus in Notit. manuscr.

bibl. Paris. vol. VI p. 25 *κατὰ χώραν μενῶ τήν τ' ἐμαυτοῦ πατέων καὶ κοσμῶν σπάρταν ἂν ἔλαχον.*

62. *ποχ'*] Ante Brunckium *ποθ'*.

64. *βωστρήσομες*] Eustathius Hom. p. 1717, 16 *παρὰ Θεοκρίτῳ κεῖται ἡ λέξις (βωστρεῖν) καὶ ἐπὶ τοῦ ψηλαφητικῶς ἐν ἀγυιαῖς ἀναβοᾶσθαί τινα.*

66. *ὦ ξένε μικκὸν ἄκουσον*] Affert haec cod. Voss. Etymol. M. p. 1676 e.

73. *Εὐμαρίδα δὲ*] Vulgo *Εὐμάρα δέ*, Vat. A *Εὐμαρᾶ δέ*, in quo *Εὐμαρίδα δὲ* latere videtur. Vide ad vs. 10.

78. *ἐς πάλιν*] Haec Bergkii est emendatio, libri *ἐς πόλιν*. Ahrensio, qui *ἐκ πάλιν* ediderat, nunc *ἔμπαλιν* praeferendum videtur. Male Piersonus coll. vs. 64 *ἐς πόνον* tentabat. Si recte coniecit Bergkius, comparari possunt quae composui ad Idyll. XX, 39. Similiter *ἐς τότε* dicitur, quod restituendum ex cod. Pal. Mnasalcae Anth. XII, 138 idemque requiro in Diotimi carmine Anth. Pal. VI, 358 *ὄλβιος ἦσθα, κύπασσι, καὶ ἐς τότε καὶ πάλιν*, ubi vulgo legitur *καὶ ὡς τότε.* Fortasse tamen proverbium fuit *ἐς πόλιν ζῶντα ἀφεῖναι.*

85. *αὐτὸς ἀμέλγες;*] Haec *tune solus mulges?* Kiesslingius interpretatur, ut puella se sociam mulgenti offerat. Fortasse recte; nescio tamen an *αὖτις ἀμέλγες* scribere praestet, quod etiam Köhlero in mentem venit, male tamen eo multitudinem ovium indicari suspicanti.

87. *τὸν ἄναβον*] Respicit Eustathius Hom. p. 727, 12 et Schol. Par. apud Cramerum AP. III p. 232, 30 *καὶ εἰς ος (τὰ ἀπὸ τοῦ ἥβη) ὡς δηλοῖ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ ἄναβος παῖς.*

88. *βάλλει καὶ μάλοισι*] Malim *τοὶ* pro *καί*, quarum particularum frequens in codd. Theocriti permutatio.

89. *ποππυλιάσδει*] Eustathius Hom. p. 565, 12 *ποππύζειν καὶ ποππυλιάζειν λέγεται δωρικῶς. Θεόκριτος 'καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει'. τινὲς δὲ αὐτὸ παππυλιάσδει γράφουσι.* Cuius scripturae nullum hodie in libris vestigium est. *ποππυλιάζει* habet etiam Gellius NA. IX, 9.

91. *παρ' αὐχένα*] K mirabili varietate *παρ' αὐτόθι*.

92. *ἀνεμώνα*] *ἀνεμῶναι* plures libri et Procopius Soph. Epist. p. 441. Quod autem anemonas non comparandas esse cum rosis dicit, spectat sine dubio ad floris brevitatem. Ovidius Met. X, 737 *brevis est tamen usus in illis, namque male haerentem et nimia brevitate caducum excutiunt idem qui praestant nomina venti.* Cfr. Nonnus Dion. VIII, 210 *καὶ ῥόδα τίς μετάμειψεν ἐς ὠκυμόρους ἀνεμώνας;* VIII, 237 *ἄνθος ἀνηώρησε ταχυφθιμένης ἀνεμώνης.* Adde Hesychium *Ἀνεμώνη — πᾶν φυτὸν ταχέως ἀπὸ (ὑπὸ) ἀνέμων φθειρόμενον.*

93. *τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει*] Non apparet quo pacto ipsa *ἄνδηρα* i. e. *areolae* *πεφυκέναι* recte dici possint, cuius dicendi generis exemplum unum novi e Libanio apud Boissonadum An. Nov. p. 347 *λειμὼν ἐπεφύκει παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ,* quamquam hoc minus offensionis habet quam Theocriteum. Cod. K pro *πεφύκει* habet *φυλάσσει*, quod cum olim ex Idyll. I, 47 huc illatum existimassem, nunc e *φυλάσσω* corruptum puto; ita dicit se roseta iuxta sepem curare. Vix cuiquam placebit quod Ahrensius coniecit *πρὸς ῥόδα, τῶν ἄνδηρα· τὰ δ' αἱμασιαῖσι πεφύκει.*

94. *οὐδ' ἀκύλοις ὀριμαλίδες*] Ita vulgo, at codd. quidam et Gregorius Cor. dial. dor. 76 *ὀρομαλίδες*, pro quo *ὁμομαλίδες* restituendum esse optime docuit Ahrensius.

95. *λυπρὸν*] *λεπτὸν* libri omnes praeter Call. et cod. Tolet., ex quibus *λεπρὸν* receptum est. Id ferri non posse cum Schreberus monuisset, Ahrensius *λιτὸν* corrigendum arbitratur, in quo dissentio a viro doctissimo; *λιτὸς* enim quamquam recte de tenui et frugali cibo dicitur, hic tamen non recte opponitur *τῷ μελιχρῷ*. Requiritur aliquid, quo austerus glandium ilignarum sapor indicetur, idque fuisse opinor *λυπρόν*.

97. *τηνεῖ γὰρ ἐφίσδει*] De palumba ovis incubante haec intellegenda esse apertum; dubito vero num *ἐφίζειν* eo intellectu dictum esse probari possit. Scribendum videtur *ἐπῴσδει*, quod ΕΠΩΙCΔΕΙ scriptum facillime in ΕΦΙCΔΕΙ abiit.

98. *ὁππόκα πέξω*] Ita iam in proecdosi scripseram, non *πεξῶ*, ut narrat Wordsworthius, Ahrensius *πεξῶ*.

101. *ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον αἵ τε μυρῖκαι*] Hunc versum probabiliter Hermannus ex Id. I, 13 huc illatum esse conicit, postquam is quem poeta scripsit, exciderit; quae etiam Valckenarii suspicio fuisse videtur.

102. *ὁ Κώναρος ἅ τε Κυναίθα*] Haec non hirci et caprae nomina esse possunt, sed agni et agnae. Suum enim uterque pastor gregem compellat, Comatas capras, oves Lacon.

109. *ἔντι γὰρ ἁβαί*] Vulgo legitur *ἔντι γὰρ ἅβαι*, quod ab aliis aliter tentatum ego in *ἁβαί* mutandum putavi, h. e. ut scholiastae verbis utar, *ἡβῶσαι καὶ ἀκμάζουσαι*. Cf. Homeri Od. V, 69 *ἡμερὶς ἡβώωσα*, unde Nonnus Dion. XLII, 296 *ἄμπελος ἡβώωσα* et Paulus Silent. S. Soph. 291 *στάχυν ἡβώοντα* dixerunt. Vocem *ἁβός* recte formatam esse docent adiectiva *ὑβός, οἰφός, κυφός, αἰθός, πηγός, ὁλός* et alia eiusdem generis ab ipsa verborum radice formata. Ed. pr. Quod restitui *ἁβαί* disertim exhibent cum alii codd. tum Canonicianus apud Wordsworthum. Verbum *ἡβᾶν* de floribus pubescentibus Oppianus quoque dixit Cyn. II, 581 *ἄνθεά τ' ἐν λειμῶσι νέον γε μὲν ἡβήσειαν*, ubi scribendum videtur *ἐν λειμῶσιν ἀνοιγόμεν' ἡβήσειαν*. Recte igitur glossa cod. Barocc. *μή μου βλάψητε τὰς ἀμπέλους, εἰσὶ γὰρ νέαι ἔτι*, qua abusus est Wordsworthus ad commendandam coniecturam suam *ἔντι γὰρ ὡμαί*.

114. *μισέω τὼς κανθάρος*] Cantharides vitem infestantes habes etiam apud Geopon. V p. 369. 418. Ineptissime scholiastes, cui Toupius assentitur, *σῦκα* in obscaenam sententiam interpretatur.

118. *ὅκα μάν ποκα τεῖδέ τυ δήσας*] *ποκά* plurimi optimique codd. omittunt, quae res me moverat olim ut lacunam indicandam putarem, quam Lobeckius Prol. Pathol. p. 212 ita supplebat ut *ὅκα μὰν κοτίνοιό τυ* scriberet. Assentior nunc Ahrensio recte suppletum esse *ποκά*. Cf. Glaucus Anth. Pal. XII, 44 *ἦν ὅτε παῖδας ἔπειθε πάλαι ποτὲ δῶρα φιλεῦν-*

τας. Praeterea pro δάσας, quod non Theocriteum videtur, etsi etiam in Moschi Id. I, 24 lectum, iam in proecdosi posui δήσας, nunc Ziegleri codd. firmatum.

119. *καλῶς μάλα τοῦτό γ' ἴσαμι*] Affert haec Etymol. M. p. 476, 29, ubi ἴσαμεν legitur, et Grammaticus Crameri An. Oxon. IV p. 390, ubi scriptum est καλῶς τοῦτό γε μάλα ἴσαμι, ut apud Choeroboscum ed. Gaisf. p. 894, 27.

121. *σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος*] Non recte editores γραίας cum σκίλλας coniungunt, ut aridae scillae intellegantur, quo pacto σᾶμα per se positum et sine genetivo obiecti de tumulo diceretur, quod fieri non potest; nec tamen γραίας σᾶμα de vetulae nescio cuius sepulcro intellegendum existimo, sed ut in Laconis responsione certus quidam locus indicatur ubi frequens cyclamini proventus fuerit, ἐλθὼν ἐς τὸν Ἄλεντα, ita Γραίας σᾶμα loci nomen fuisse probabile est, qualia non pauca commemorantur, ut Γραίας στῆθος, Γραὸς γάλα, Καλογραίας βουνός. Vide adnotata ad Stephanum Byz. p. 601, quibus adde Γραίας γόνυ quod portus nomen est prope Paraetonium apud Ptolemaeum Geogr. IV, 5, 7 et in Stadiasmo Maris M. ed. Gail. §. 12, et Λαμίας μασθοί apud Acras in titulo apud Franzium C. I. 5430. Neque incredibile est dictum ita fuisse Aretae, Alcinoi uxoris, sepulcrum, quod in Crotoniatarum agro ostendebatur. Cf. Etymol. M. p. 138, 22. Ἀρετάν, ποταμὸς Κροτωνιάδος χώρας, παρὰ τὴν Ἀρέταν τὴν γυναῖκα Ἀλκίνου*), ἧς περιρρεῖ τὸ μνῆμα, ὡς μαρτυρεῖ Φιλοστέφανος. Quid autem est quod scillas Comatam afferre iubet? Credo ut rabies adversarii earum contactu sedetur; scillae enim contactu lupus σπᾶται, ut est in Geoponicis XV, 1, 6, ubi v. Niclasium. Alii illud ad verbera Comatae scillis infligenda trahunt coll. VII, 107 fortasse rectius.

---

*) Alcinoi uxor dicebatur Ἀρήτη. Flumen Ἀρετάν (ut Εὐρυτάν, Ἀχαρνάν et similia) non dubium quin ad idem etymon revocandum sit quod fonti Arethusae subiectum est. Cf. Herodianus Mon. p. 38 ed. Lehrs.

123. *τὰν κυκλάμινον*] Schol. *ἡ κυκλάμινος βοτάνιόν ἐστι ποιῶδες, λεπτόρριζον, ὅπερ χλιασθὲν ποιεῖ πρὸς χίμετλα.* Eandem vim cyclamino tribuit Dioscorides II, 194. Nihil tamen haec ad Theocritum, qui cyclaminum fortasse eodem quo scillas consilio commemoravit; certe flexibilem cyclamini naturam ideoque verberibus aptam indicat Nicander Athenaei XIV p. 684 d *εὐτραπέας κυκλαμίνους*, sive potius *εὐστραφέας*, propter descriptionem Dioscoridis l. l. 95 *ἔχουσα καυλοὺς περιελισσομένους τοῖς παρακειμένοις δένδροις ἑλικοειδῶν.* Quod alius scholiasta dicit *κυκλάμινον τὴν κοινῶς λεγομένην καλαμίθραν*, id fortasse *καλάμινθαν* scribendum, quamquam hanc alius generis plantam esse non nescio.

124. *Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα*] Res ipsa docet Himeram hoc loco memoratum non Siciliae fluvium esse, quem quis credat a pastoribus nostris sic, ut factum vides, commemorari potuisse? Quin omnia docent cognominem fluvium fuisse in vicinia Crathidis. Praeterea Siciliae flumen constanter, ni fallit memoria, dicitur *Ἱμέρας*. Etiam Hales in superiore versu memoratus nescio an pro diverso ab Halente Lucaniae fluvio existimandus sit. Sequentia *καὶ τὺ δὲ — πορφύροις* attulit schol. Dionysii Per. 416 *ἔστι καὶ Σικελίας Κρᾶθις ποταμός, ὥς φησι Θεόκριτος 'καὶ τὺ δὲ — πορφύροις'*, Siciliam illius aetatis consuetudine pro Italia dicens.

129. *σχῖνον*] Hoc recte habere videtur. Inter frutices capris gratissimos memoratur *σχῖνος* ab Eupolide fr. Com. gr. vol. II p. 426. Ahrensius ex aliis libris *σχοῖνον*. Tum pro *κέονται* pars codd. *κέχυνται*, Ahrensius eleganter *κέκλινται* suspicatur. Nescio tamen an *κέονται* Theocritus ex Homerico *ἐνὶ μεγάροισι κέονται* assumpserit. Idem voluit K, in quo *κέοντι* scriptum est.

131. *πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κισθὸς ἐπανθεῖ*] Libri *ῥοδόκισσος, ῥοδίκισσος, ῥόδα κισθός*, schol. *ῥοδάκισσος*. Hederae nullus hic locus est; itaque recentiores acquiescunt fere in ea quam in lemmate repraesentavi scriptura. Sed locus nondum persanatus est; *ἐπανθεῖ* necessario sibi poscit dativum

rei cui inflorescit cisthus, isque latet opinor in *καὶ ὡς*, velut dicere potuit poeta: multusque *in areolis* floret cisthus. Hoc si verum est, sequitur scribendum esse *ῥοδόκισθος*. Nam cum duo sint cisthi genera, alterum cum purpureo rosaeque simili, alterum cum albo flore, prius commode *ῥοδόκισθος* a poeta dici potuit, ringentibus licet quotquot sunt botanicis. Dioscorides I, 126 *κίσθος θάμνος ἐστὶν πολύκλαδος, ξυλώδης, φύλλα ἔχων περιφερῆ, ἄρρενος μὲν ὥσπερ ῥοιᾶς, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος λευκά.* Theophrastus HP. VI, 2 *κίσθου δύο γένη διαιροῦσι τὸ μὲν μεῖζον καὶ σκληρότερον εἶναι καὶ τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζον [τὸ δὲ ἔλαττον καὶ λιπαρώτερον καὶ τὸ ἄνθος λευκίζον]· ἄμφω δὲ ὅμοια τοῖς ἀγρίοις ῥόδοις πλὴν ἐλάττω καὶ ἄοσμα.* in quibus quae uncis inclusa sunt e coniectura supplevi et verba *καὶ λιπαρώτερον*, quae vulgo post *σκληρότερον* leguntur, huc retraxi. Quod autem utrumque cisthi genus sine odore esse dicit, ei repugnat Mnesimachus apud Athenaeum IX p. 403d cisthum in suave olentibus fruticibus commemorans. His scriptis video etiam Wordsworthum ad *ἐπανθεῖ* desiderare dativum et pro *καὶ ὡς* conicere *βάτοις*, mutatione leni et probabili, si *βάτοι* in universum de sepimento e spinis aliisque virgultis, in quibus etiam cisthus fuerit, facto intelleguntur; sed male idem *ῥοδόκισσος* probavit.

143. *ὅττι πόκ' ἤδη*] Pro *ὅττι* K habet *ὧδε*, quod probans Ahrensius *ὧδ' ὁπόκ' ἤδη* scribendum suspicatur. Non adducor ut ita poetam scripsisse putem, rectumque sine dubio est *ποκ' ἤδη*, *vix tandem*, *tandem aliquando*, ut apud Polystratum Anth. Pal. XII, 91 *καίεσθε, τρύχεσθε, καταφλέχθητέ ποτ' ἤδη.*

144. *τόνδ' ἀμνόν*] Legebatur *τὰν ἀμνόν* et hoc loco et 149, at codd. *τὸν ἀμνόν* habent. Scripsi igitur *τόνδ' ἀμνόν*, et altero loco *νύμφαισι τὸν ἀμνόν* pro *νύμφαις τὸν ἀμνόν* coll. vs. 24, ubi de eodem habes *τὸν εὔβοτον ἀμνόν*, cui non repugnat vs. 139 *τὰν ἀμνίδα*, quoniam *ὁ ἀμνός* de utroque sexu dici potest.

145. *κερουχίδες*] In hoc consentiunt libri omnes, at ex

scholiis intellegitur alios hic *κερουλίδες*, alios *κερουλκίδες* legisse. Recte opinor Ahrensius *κερούτιδες* restituit.

146. *συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας*] Nescio an praestet *λίμνας* scribere pro *κράνας*, ut habent codd. complures. Ad eundem locum referendae videntur *λιμνάδες νύμφαι* vs. 17 memoratae.

VI

1. *Δαμοίτας καὶ Δάφνις*] Nomen *Δαμοίτας* ex hoc loco attigit Eustathius Hom. p. 395, 19. Respicit locum scholiasta Pindari Olymp. IV, 38 *ἔχει δ' ὁμοίως τῷ 'Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος', πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν τὸ βουκόλος ἀπὸ κοινοῦ λεγόμενον ἀρκοῦν ἦν εὐτελῆ ποιῆσαι τὸν λόγον.*

7. *δυσέρωτα τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα*] Non suspectarem haec, si verba *τὸν αἰπόλον* de alio quam de Polyphemo intellegi possent; nunc, si quid video, ad orationis integritatem requiritur pronomen: te qui caprarius es, *δυσέρωτα* vocitans. Haud incommode igitur conicias *δύσερών τυ τὸν αἰπόλον ἄνδρα καλεῦσα*, coll. grammatico Bekkeri An. p. 1197 *ὁ δύσερως τοῦ δύσερω*. Sed vereor ne altius vitium lateat; nusquam enim, quamquam Homerus etiam capras inter Cyclopum greges numerat, neque reliquorum poetarum quisquam neque Theocritus Polyphemum caprarium inducit, idque hoc loco tanto plus offensionis haberet, cum in praecedentibus dixerit Galateam Polyphemi oves (*τὸ ποίμνιον*) malis petere. Itaque perquam mihi probabile videtur scripsisse poetam quod edidi *δυσέρωτά τυ κἄπορον ἄνδρα καλεῦσα*. Prorsus ita legitur Idyll. I, 85 *ἆ δυσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανός ἐσσι.*

8. *τάλαν τάλαν*] Callimachus Anth. Pal. XII, 71 *Θεσσαλικὲ Κλεόνικε, τάλαν τάλαν.* Machon apud Athenaeum XIII p. 380 b *τάλαν τάλαν, πόθεν ἔχεις ταῦτ', ἔφη, τὰ τραύματα.*

9. 10. *τὰν κύνα βάλλει, ἅ τοι τᾶν οἴων ἕπεται*

σκοπός] Inter quaestiunculas grammaticorum etiam hanc fuisse num canes Polyphemus aluerit, constat e Philippi carmine Anth. Pal. XI, 321 *οἷς τὸ μὲν ἢ σφὶν εὔαδε καὶ ζητεῖν εἰ κύνας εἶχε Κύκλωψ.* Verbum *βαΰζειν* ex Theocriti loco attigit Eustathius Hom. p. 1749, 40.

12. *καχλάζοντος*] Vulgo et interpolatus Servius ad Virg. Ecl. IX, 58 indecoro hiatu *καχλάζοντα,* quem iam a Valckenario ex ed. Flor. sublatum nollem revocasset Ahrensius. Mire locum interpretatur Wordsworthius: pulchri fluctus leniter alluentes ostendunt eam currentem ex alto versus terram.

15. *ὡς ἀπ' ἀκάνθας*] Ex Homeri Od. V, 328 de rate Ulixis *ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης φορέῃσιν ἀκάνθας ἂμ πεδίον, πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται, ὣς τὴν ἂμ πέλαγος ἄνεμος φέρεν ἔνθα καὶ ἔνθα.* Nullo modo *ὡς ἀπ' ἀκάνθας* — *φρύττει* cum praecedentibus coniungi possunt: quare inserendum *δ'*, ut ad sequentia referantur: sed cum ne sic quidem satis apte cum *καὶ φεύγει* etc. iungi possint, omninoque Daphnidis carmen sex versibus brevius sit quam Damoetae, hic sex versus excidisse putandum erit. Dixerat Theocritus, ni fallor, sic illa modo apparet, modo se abscondit, modo ex undis emergit, modo se in profundum recipit omninoque ludos te facit *καὶ φεύγει* etc. Ex schedis Hermanni. Qui in eandem sententiam disputavit in dissertatione de arte poesis bucol. p. 7. Indicavi lacunam.

17. *καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει*] Totum hunc versum in suos usus convertit Macedonius in Brunckii Anal. III p. 114. Ed. pr. Nonnus Dion. XVI, 297 *κτείνεις γὰρ ποθέοντα καὶ οὐ ποθέοντα διώκεις.* Adde Plutarchum apud Stobaeum Flor. LXIV, 31 aenigmata de amore ponentem, *τί μισεῖ καὶ φιλεῖ; τί φεύγει καὶ διώκει;* ipsumque Theocritum XI, 75 *τὰν παρεοῖσαν ἄμελγε. τί τὸν φεύγοντα διώκεις;*

18. *καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον*] Eustathius ad Hom. p. 633, 63: *Θεόκριτος δὲ ἐν τῷ 'καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον' ἰδίως τῇ ἐλλείψει χρῆται, παρα-*

πέμψας, φασίν, ἤγουν σιωπήσας τὸ ἱεράν. Si scripsit poeta, quod praeter librorum consensum absurda imitatio Eumathii Amor. Ism. p. 378 *αἱ δέ γε μητέρες ἡμῶν καὶ λίθον, ὥς φασι, τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινοῦσι πρὸς δάκρυον*, eum scripsisse arguit, non optime scripsisse dicendus est, primum quoniam, quae res iam Eustathium advertit, *ἀπὸ γραμμᾶς* scripsit pro eo quod debebat *ἀφ' ἱερᾶς γραμμᾶς*, nam in linea omnes calculi sunt positi; tum vero quod *τὸν ἀφ' ἱερᾶς κινεῖν* eorum est, qui ad incitas redacti iam extrema periclitantur, quod nostri dicunt *den letzten Trumpf ausspielen*. Id vero nequaquam cadit in Galateam, quae quoquo modo Polyphemum in amorem pellicere conatur et petulanter modo fugit amantem, modo non amantem consectatur. Ex his apertum est Theocritum rectius scripturum fuisse *πάντα τ' ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον.* Non credo tamen aliquid contra libros mutandum esse.

19. *τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται*] Hoc exemplo nuper Cobetus Var. Lect. p. 396 comprobare voluit Theocritum in verborum mensura omnia susque deque habuisse. At si Homero dicere licuit *Ἄρες Ἄρες*, sane iam Martiali IX, 12 irrisum, etiam Theocrito concedemus *τὰ μὴ καλὰ καλά*, ut Callimacho Iov. 55 *καλὰ μὲν ἠέξευ καλὰ δ' ἔτραφες*, et Epigr. XXX, 3 *καλὸς ὁ παῖς Ἀχελῷε λίην καλός.* Non pauca Theocritum licenter et si vis neglegenter locutum esse, compluribus locis adnotavimus; at quae Cobetus ei vitio vertit, in iis fere culpae expertem inveni.

22. *κοὔ μ' ἔλαθ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν*] Haec vehementer dubito an non recte dicta sint. Ex libris nihil varietatis enotatum est, nisi quod K habet *κοὔτ' ἔλαθ'.* Fortasse scriptum fuit *κοὐκ ἔλαθ' ὀφθαλμὸν τὸν ἕνα γλυκύν*, nisi forte *ὄκκον* pro *οὐ τὸν* scribendum. Hesychius *Ὄκκος, ὀφθαλμός.* Ed. pr. Vulgatam lectionem habuit Eustathius Epist. 32 p. 346, 21 *ἐῴκει θρηνεῖν, εἴποι ἂν Θεόκριτος, τὸν ἕνα τὸν γλυκὺν τοῦτον ἀφαιρεθεῖσα.* Cod. Cant. apud Wordsworthium *οὐ τὸν πᾶνα ἕνα γλυκύν.* Non dubito quin verum

sit κοὐκ' ἔλαθ' ὄκκον, quod etiam aliis postea in mentem venisse audio, meorum ignaris.

Ibid. ποθορῷμι] Ita Heinsius, ποθόρημι pauci codd. et grammaticus in Bachmanni Anecd. II p. 370. Ceteri fere ποθορῶμαι, ποθορῆμαι, ποθ' ὅρημαι. Eademque fere varietas vs. 25, ubi Vat. C ποθόρημαι. Rarissima haec forma est, de qua dixit Buttmannus Gramm. I p. 188. Cf. Hesychius a Zieglero allatus: Ὅρημαι, ὁρῶ. Adde Creophylum in Epimer. Hom. p. 327, 14 ὦ γύναι, [ἤτοι] ταῦτά γ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὅρηαι. Sic enim legendum. Neque optativum nunc desidero; confidenter enim Polyphemus loquitur. Quod Ahrensius edidit ποχ' ὁρῷμι, in eo ποκά non satis intellego. Praeterea Theocritus προσορᾶν eodem intellectu quo ceteri ὁρᾶν dixit etiam Idyll. III, 18 ὦ τὸ καλὸν ποθορεῦσα.

24. φέροι ποτὶ οἶκον] Hoc revocavi et rectissime dictum est, quamquam plerique in φέροιτο ποτ' consentiunt; at boni libri, in his K, habent φέρει vel φέρῃ ποτί. Mox recte K aliique codd. φυλάσσοι.

28. οἰστρῇ] Ita in proecdosi scripsi ex optimis libris, laudata Hermanni adnotatione ad Euripidis Iphig. Aul. 77. Vulgo οἰστρεῖ. Imitatur locum Nonnus Dion. XL, 555

ἱμείρει Γαλάτεια μελιζομένου Πολυφήμου
καὶ βυθίη χερσαῖον ἔχει πόσιν· ἐκ δὲ θαλάσσης
πηκτίδι θελγομένη μετανάστιος ἐς χθόνα βαίνει.

29. σίξα] Ruhnkenii est emendatio, qui praeterea τὰν κύνα. Codd. σῖγα, Colb. σιγα, Wordsworthius εἶπα, quod nimiae fere vel in bucolico carmine ἀφελείας esset. Recte sine dubio Ruhnkenius σίξα, at τὰν κύνα non requiro, cum σίζειν τινί recte dici posse videatur, *sibilendo alicui acclamare*, ut θωύξαι κυσὶν apud Euripidem habes.

33. στορεσεῖν καλὰ δέμνια] Ante Zieglerum στορέσειν. Respicit haec Eustathius Hom. p. 30 Θεόκριτος μιμησάμενος (Homericum ἐμὸν λέχος ἀντιόωσα) ἐν τῷ 'αὐτή μοι στορέσει καλὰ δέμνια' σαφέστερον μὲν εἶπε, καθεῖλε δὲ τὴν ἡρωικὴν σεμνότητα.

35. ἐς πόντον ἐσέβλεπον] Servius ad Virgilii Ecl. II, 25 in litore vidi, cum placidum ventis staret mare: *Negatur hoc per rerum naturam fieri posse: sed Theocritum secutus est, qui hoc dicit de Cyclope.*

38. λευκοτέραν — λίθοιο] λευκοτέρων αὐγὰ παρίας ὑπέλαμπε λίθοιο Graefius satis audacter, lenius fuerit λευκοτέρα αὐγὰ παρίας (vel παρίας αὐγὰ) ὑπέφαινε λίθοιο, *dentium nitor pario marmore purior lucebat*; nam ὑπέφαινε frustra suspectari opinor.

39. ἔπτυσα] Respicit Diogenianus Prov. IV, 82 εἰς κόλπον πτύει, ἐπὶ τῶν βασκαινομένων. Θεόκριτος.

40. Qui hic vulgo sequitur versus ἃ πρὰν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποκόωντι (Ἱπποκίωνι) ποταύλει, ex Id. X, 17 huc perinepte translatum esse Piersonus et Valckenarius viderunt; et deest in cod. K. Itaque delere non dubitavi. Nomen Κοτυτταρίς hinc fortasse desumptum legitur apud Lollium Bassum in Anth. Pal. XI, 72 ἡ πολιὴ κροτάφοισι Κοτύτταρις, ἡ πολύμυθος γραῖα.

45. νίκη] νίκα alii; νίκη ex hoc loco affert Gregorius Cor. p. 265. Tum ἀνήσσατοι recte dedit cod. K, vulgo ἀνάσσατοι. Nossis Anth. Pal. VI, 264 ἐμμὶ δ' ἀνήσσατος.

VII

Res in hoc carmine narratas Hermannus Opusc. V p. 79 non in insula Co, quae scholiastarum opinio est, sed in Lucania actas esse demonstrare conatus est. Ibi enim, non in Co insula, esse fluvium Halentem, quem praeter Ciceronem Epist. ad fam. VII, 20 et ad Att. XVI, 7 ipsum memorare Theocritum Id. V, 123, neque longe abesse Buxentum, quam urbem apud Stephanum Πυξίς, a Theocrito autem vs. 130 Πύξα appellari. Redit igitur Hermanni disputatio eo, quoniam in insula Co neque Hales fluvius neque Pyxa locus a geographis commemoretur, eam ob causam scenam rerum in hoc idyllio descriptarum alio transferendam esse. Huic argumento non multum tribuo, cum Strabo,

qui ceteris copiosius de Co dixit, ne Burinam quidem memoret multaque alia quoque omiserit memoratu dignissima. Halentes fluvii praeter eum qui a Cicerone in Lucania memoratur, fuere etiam alibi, ut apud Colophonem*) et, si recte de Theocriti Id. V, 123 statui, etiam in agro Crotoniatarum. Potuit igitur eiusdem nominis seu rivus seu fluvius etiam in Co esse. Ad Buxentum autem quod attinet, constanter hoc nomen Graecis est *Πυξοῦς*. Apud Stephanum quod legitur *Πύξις* (sive potius *Πύξος*) non de Buxento, quam urbem idem *Πυξοῦντος* nomine memorat, intellegi posse ad Stephani locum ostendisse mihi videor. Probabilem tamen Hermanni rationem dicerem, si historico aliquo argumento monstrari posset, quod Hermannus pro certo ponit, Phrasidamum et Antigenem inter eos fuisse, qui Cadmum in Siciliam secuti sunt, atque inde Veliam se contulisse; nunc omnia illa coniecturis nituntur incertissimis. Neque favent Hermanno quae ex antiquis Theocriti commentatoribus ducta scripsit scholiasta ad v. 131 *Πύξα ὄνομα πόλεως, ἀφ' οὗ καὶ Πύξιος Ἀπόλλων καὶ Πάν, ἤγουν Φύξα τις ὤν. ἐντεῦθεν γὰρ ἔφυγεν Ἡρακλῆς ἐπιθεμένων αὐτῷ τῶν Κῴων*, quae ita sunt comparata, ut a scholiasta fingi non potuerint. His si addideris, quae ad v. 21 de Simichidae et ad 125 de Molonis nomine disputavimus, non temere ad pristinam de scena huius idyllii opinionem me redire intelleges.

2. *εἵρπομες*] Fortasse non abiudicandus est Theocrito dorismus, quem praestant plures non malae notae codd. *ἥρπομες* exhibentes. Consimiliter Dores pro *εἵπετο* dicebant *ἥπετο*. Hesychius *Ἥπετο· ἠκολούθει.* Adde Choeroboscum Bekkeri

---

*) Pausanias VIII, 28, 2 *Ἄλεντος δὲ τοῦ ἐν Κολοφῶνι ποταμοῦ καὶ ἐλεγείων ποιηταὶ τὴν ψυχρότητα ᾄδουσιν.* Haec recte viri docti admoverunt Mimnermo apud Strabonem XIV p. 634

κεῖθεν δ' ἀστήεντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο
θεῶν βουλῇ Σμύρνην εἵλομεν Αἰολίδα.

At quomodo corrigenda essent corrupta Mimnermi verba frustra quaesiverunt. Scribendum videtur *κεῖθεν π α χ ν ή ε ν τ ο ς ἀπορνύμενοι ποταμοῖο*, quo adiectivo ab antiquioribus poetis mutuato utitur Nonnus XVIII, 230. XXIII, 88 etc.

Anecd. p. 1198 *παρὰ Θεοκρίτῳ ἧς χρόνος ἀντὶ τοῦ ἦν χρόνος καὶ [παρὰ Εὐκρίτῳ] ἥρπομες ἐκ πόλιος ἀντὶ τοῦ ἕρπομες ἐκ πόλεως.* Ubi quae uncis inclusi praeter mentem scriptoris illata esse iam olim monui. Cf. grammaticus Crameri Anecd. Ox. IV p. 421, 9.

Ibid. *σὺν καὶ τρίτος ἁμίν*] Alii *σὺν δὲ τρίτος*, et *ἄμμιν* ut videtur omnes. At Apollonius Synt. p. 131 *τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ 'σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας' δεόντως ἠξίωσάν τινες ὀρθοτονεῖν.* Idem de Pron. p. 312 *διὸ καὶ τοῖς ἀξιοῦσιν ὀρθοτονεῖν τὸ 'σὺν καὶ τρίτος ἁμὶν Ἀμύντας' παρὰ Θεοκρίτῳ συγκαταθετέον.* Hinc correxi Theocritea in proeclosi; *σὺν καὶ* tuetur item locus Apollonii Rhodii Argon. I, 74 ubi Eribota et Eurythione commemoratis infertur *σὺν καὶ τρίτος ἦεν Ὀιλεύς.*

4. 5. *εἴ τί περ ἐσθλὸν παῶν τῶν ἐπάνωθεν*] Pro *παῶν*, quae Briggsii emendatio est, codd. omnes habent *χαῶν*. Bisyllabae formae *χαός* (*χᾶος*) pro *χάιος* *) exemplum afferri potest nullum et si posset, *χαός* ne ad sententiam quidem aptum esset. Recepit *παῶν* etiam Ahrensius. De dictione *εἴ τί περ ἐσθλόν* et similibus dixit Valckenarius, sed omisit locum simillimum Theocriti Epigr. XVI, 4 de Anacreonte *τῶν πρόσθ' εἴτι περισσὸν ᾠδοποιῶν.*

5. 6. *ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ Χάλκωνος*] Elegans est coniectura Reiskii *κ' ἀγανῶ*. Vulgata tamen *αὐτῶ* hic vi sua non caret. Valckenarius. Vellem dixisset quae nam haec vis esset, quam agnoscerem sane, si Chalco Clytia aetate maior fuisset. Itaque si quis liber praeberet quod Reiskius voluit *ἀπὸ Κλυτίας καὶ ἀγανῶ*, lubenter equidem id amplecterer. Explicari tamen potest edita lectio ex ea figura quam attigi ad XV, 73, ut *ἀπὸ Κλυτίας τε καὶ αὐτῶ Χάλκωνος* idem sit atque *ἀπ' αὐτᾶς Κλυτίας αὐτῶ τε Χάλκωνος.*

---

*) Laconicam hanc vocem vide an recte restituam in versibus apud Plutarchum Pyrrh. 28 de quibus dixi Anal. Alex. p. 338, *μόνον δὲ παῖδας χαΐους Σπάρτᾳ ποίει*, ubi vulgo *ἀγαθούς.*

6. *Βούριναν*] Fontem hunc praeter Eustathium Hom. p. 309, 2 et ad Dion. 511 hunc ipsum Theocriti locum respicientem commemorat laudatus iam ab aliis Andromachus, poeta medicus, apud Galenum de Antid. vol. XIV p. 42 Lips. *ἢ Ῥόδος ἢ Βούριννα καὶ ἀγχιάλη Ἐπίδαυρος.* Reliquias fontis olim celeberrimi accurate descripsit Rossius Reisen auf den Inseln d. ägäischen Meers vol. III p. 131 sqq. De scriptura *Βούριναν* et *Βούριννα* cf. Lobeck. Paral. p. 466. Ceterum minime fictum videtur quod tradit scholiastes, *ὁ Χάλκων οὗτος ἵσταται ἐν Κῷ ἀνδριὰς καὶ ἐκ τοῦ ποδὸς αὐτοῦ ἐκρέει πηγή.*

7. *εὖ ἐνερεισάμενος*] Legebatur *εὖ γ' ἐνερεισάμενος*, quod nemo graecae dictionis gnarus tuebitur. Homerus Il. κ, 436 dixit *χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται*, non *εὖ γ' ἤσκηται*, nec ib. 729 *πολλὰ διακριδὸν εὖ γ' ἐπέπαστο*, sed *εὖ ἐπέπαστο*, nec Apollonius Argon. III, 317 scripsit *αὐτὰρ ὅ εὖ γ' ἐνέδησε λόφους*, sed *εὖ ἐνέδησε*, non reformidans hiatum, quem vitaturi grammatici in Theocriti loco inseruerunt *γέ* particulam, recte deletam etiam ab Hermanno.

8. *ἔφαινον*] Heinsius *ὕφαινον*. Frustra Ernesti ad Callimachi Apoll. 57 pugnat pro vulgato.

9. *χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι*] Apollonius Argon. III, 924 *αἴγειρος φύλλοισιν ἀπειρεσίοις κομόωσα.* Non placent tamen in loco Theocriti *κατηρεφέες* et *κομόωσαι* sic coniuncta. Quare *κομόωσιν* scribendum conicio; nam ipsa etiam folia recte *κομόωντα* i. e. *luxuriantia* dici posse praeter alios docet Oppianus Cyn. III, 27 *καὶ γενύων ἑκάτερθε θοαὶ κομόωσιν ἔθειραι.*

10. *ὁδὸν ἄνυμες*] Scribendum videtur *ἄνομες* et II, 92 *ἄνετο.* Vereor ne non fuerit verbum *ἄνυμι.* *ἄνω* prima longa*)

---

*) Bisyllabae formae prima brevi elatae exemplum novi nullum. Hinc dubito num in Aeschyli loco apud Stobaeum Flor. CXVIII, 1 recte viri docti scripserint *οὔτ' ἄν τι θύων οὔτ' ἐπισπένδων ἄνοις.* Male etiam Passovius in Addaei carmine Anth. Pal. VI, 258 non improbante Heckero Comment. ed. pr. p. 114 scripsit *πᾶν ἔτος εὔκριθον καὶ πολύπυρον ἄνοις*, de quo loco cf. ad Idyll. VII, 155.

ionicum est Il. X, 251 Od. II, 52 significatu medii. Sic recte Il. XVIII, 473 *ἄνοιτο* et apud Oppianum Hal. V, 442 *ἄνηται*. Etsi quum etiam *ἄνυτο* in Il. XVIII, 473 inveniatur, etiam apud Oppianum *ἄνυται* scribi potest, formis ex *ἀνύοιτο ἀνύηται* contractis *). In Oppiani Hal. III, 427 *ἄνεται* scribendum, ut iam Schneiderus coniecerat. Sic V, 528. In Nicandri Alex. 612 scribendum *ῥύσις ἄνεται*. *ἀνύων* media longa apud Nonnum XXI, 16 corruptum. Hermannus in schedis. Recepi *ἄνομες*. Apud Aratum Phaen. 372 recte editur *ἀνομένων*, cum libri habeant *ἀνυμένων*, qui 463 consentiunt in *κατανομένων ἐνιαυτῶν*, ut apud Oppianum Cyn. 110 in *ἤματος ἀνομένοιο*. Apud Nonnum XXI, 16 diu est quod scribendum conieci *πόνου δ' ἀτέλεστος ἀλύω*. Idem vitium tollendum e carmine incerti poetae Anth. Pal. X, 12 ubi *οἶμον ἀνυσάμενοι*, et e Tryphiodoro 126 ubi *ἀοίδιμον ἔργον ἀνῦσαι* editur.

11. *τὸ Φρασίλα*] Codd. fluctuant inter *Βρασίλα* et *Βρασίδα*, quorum alterum critici ideo reiecerunt, quod primam producit apud Aristoph. Vesp. 472 et Pac. 639, quibus locis adde versum proverbialem apud Apostolium Prov. XIII, 35 *καὶ μῦς ἔδηξε Βρασίδαν ἐν ἰσχάσιν*, e Plutarchi Mor. p. 79 e. 219 c effictum. Revocandum autem nomen illud videtur ad *ῥῆσις*, quod laconica dialecto *βρᾶσις* sonabat, ut *βράτρα* habes pro *ῥήτρα* in titulo Olympiae reperto apud Böckhium vol. I no. 11 p. 26. At si *Βρασίδας* primam producit, producit sine dubio etiam *Βρασίλας*, ab eodem illud fonte repetendum. Itaque *Φρασίλας* indigenae illius Coorum herois nomen fuisse mihi persuasi. Nam *Βασίλα*, quod e duobus codd. enotatum video et quod versui ita aptari possit ut scribatur *τῶ Βασίλα* (quemadmodum pro *τὸ* vulgo hic legebatur et in peioribus libris scriptum est), id minus placet, quamquam nominis huius exemplum est in titulo Attico apud Böckhium vol. I p. 370, 52. Nomen *Φρασίλας* legi-

*) Cf. Vindic. Strab. p. 194, ubi allatis exemplis adde ex Geopon. II, 10, 1 *ῥήγνυτο* = *ῥηγνύοιτο*, et XIV, 7, 2 *ῥήγνυται* = *ῥηγνύηται*.

tur in titulo Deliaco vol. II p. 220, 26 et *Φράσις* apud schol. Apollonii Arg. I, 156. Nec repugnem si quis Phrasilam hunc, cuius sepulcrum memorat Theocritus, unum e Phrasidami maioribus fuisse coniciat: notum est eadem in iisdem gentibus nomina redire partim nihil mutata partim leviter deflexa.

12. *κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα*] Duo libri *κυδώνιον*. Illud tuetur Stephanus Byz. s. v. *Κυδωνία* p. 486 *ὁ πολίτης Κυδωνιάτης — καὶ Κυδωνικὸς ἀνήρ*. Ed. pr. Quis fuerit autem Cydonius ille, quem tecto nomine Lycidam poeta vocavit, frustra hodie quis quaesiverit; poetam fuisse et eiusdem poeseos generis cum Theocrito studiosum res ipsa docet.

15. *ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο*] Haec cum sequentibus affert grammaticus Crameri AO. IV p. 409. Respicit item Eustathius Hom. p. 1824, 28 *καὶ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ αἰπόλος γνωστὸς φαίνεται ἀφ' ὧν ἐκεῖνος λέγει αἰπολικῶν σημείων*, et sequentia schol. Nicandri Ther. 577 tria coaguli genera memorans, *τὴν τοῦ νεβροῦ, δευτέραν τὴν τοῦ λαγωοῦ, καὶ τρίτην τὴν τοῦ ἐρίφου, ἧς μέμνηται Θεόκριτος.*

18. 19. *ῥοικὰν — κορύναν*] Affert haec Galenus de Part. vol. XII p. 383 a Chart.

21. *Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις*] Codd. quidam *τὸ μεσαμέριον*, neque aliter Vat. in vita Theocriti quam supra exhibui p. 1. Hoc edito praetulit Schaeferus ad Demosthen. p. 270, 9. Fortasse recte. Quamquam enim Theocritus talia cum articulo coniungere solitus sit (*τὸ μεσαμβρινὸν* I, 15. X, 48. *τὰ ποθέσπερα* IV, 3. V, 113. *τὸ πότορθρον* V, 126. *τὸ ποταῷον* IV, 32, quod cave pro adiectivo habeas, neque repugnat VIII, 16 *τὰ δὲ μᾶλα ποθέσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι*, ubi *ποθέσπερα* adiectivum est), idem tamen sine articulo dixit *δειλινόν* XXI, 39 et *μεσονύκτιον* XIII, 69, nisi his *δειλινοὶ* et *μεσονύκτιοι* substituere malis. Simichidae nomen quid moverit poetam ut in hoc carmine sibi tribueret e scholiasta intellegi potest, qui nisi vehementer fallor quaedam optimae notae e doctis veterum commentariis derivavit; sic au-

tem ille: *φασὶ δὲ τὸν τοιοῦτον ἀπὸ πατρὸς θετοῦ* *) *κληθῆναι Σιμιχίδου τοῦ Περικλέους τῶν Ὀρχομενίων, οἵ τινες πολιτείας παρὰ Κῴοις τετυχήκασιν.* Itaque Pericles Orchomenius post patriae urbis excidium in Con insulam commigravit ibique cum aliis Orchomeniis civitate donatus est. Huius filius Simichidas incertum quibus causis commotus Theocritum patre orbum filii loco habuit, cuius beneficii gratiam adoptivo patri repensurus se ipsum poeta in hoc carmine Simichidam appellavit, eodem patronymicorum usu quem ad vs. 40 illustravi.

23. *οὐδ' ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες*] Affert Galenus de simpl. med. vol. II p. 149 ed. Bas., respicit etiam Thomas Magister p. 214. Pro vulgato *ἠλαίνονται* ex Iunt. scripsi *ἠλαίνοντι.*

24. *μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι*] *κατὰ δαῖτα* Cobetus Var. Lect. p. 110. Nollem relictum *μετά*, quod aut *post coenam* aut *ad dapem petendam* significat.

25. *λανὸν ἐπιθρώσκεις*] *ἔπι θρώσκεις* Ahrensius.

26. *πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει*] Etym. M. p. 135, 14 *ἀρβύλη. λέγει δὲ παρωνύμως Θεόκριτος* '*πᾶσα — ἀείδει*'. Respicit Eustathius Epist. 35 p. 341, 84 *ὁποίας* (*λίθους τοῖς ποσὶν ἐπιτροχαζούσας*) *ὁ Συρακόσιος ποιητὴς ὑπὸ ταῖς ἀρβύλαις ἀείδειν πταιούσας φησίν.* Idem in hoc lapidum quasi cantu bucolicam simplicitatem sibi cernere visus est ad Hom. p. 746, 2 *αἱ δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀείδουσαι λίθοι ἐν τῷ προσπταίειν ἀρβύλαις βουκολικὴν ἔχουσιν ἀφέλειαν.* Durius idem iudicat p. 1236, 4 *Θεόκριτος δὲ θρασέως ἔφη τὸ πᾶσα λίθος ἀείδει.* Quid rei sit docebit Iacobus Grimm in dissertatione 'vom Singen der Schwerter und Pfannen' in Philologo vol. I p. 340.

40. *Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμω*] Recte scholiastes *Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν ἐπιγραμματογράφον· ὥσπερ γὰρ Σιμιχίδαν ἑαυτὸν καλεῖ ὁ Θεόκριτος πατρωνυμικῶς*

---

*) Ita enim scribendum videtur pro edito *πατρίου* sive ut cod. Par. habet *πατρωιοῦ*, quod facillime e *πατρ̄ θετοῦ* corrumpi potuit.

ὡς υἱὸν Σιμιχίδα, καὶ τὸν Εὐμήδην Κρατίδα, οὕτω καὶ νῦν Σικελίδαν ὀνομάζει τὸν Ἀσκληπιάδην τὸν Σάμιον, ὡς υἱὸν Σικελίδα, οὗ δοκεῖ ἀκουστὴς γεγονέναι. Quem patronymicorum usum attigit schol. Pindari Pyth. VI, 4 εἴ τις οὖν τὸν τοῦ Ἡρακλείδου υἱὸν πατρωνυμικῶς βούλοιτο σημῆναι, ὁμωνύμως ἂν πάλιν πατρὸς Ἡρακλείδην καλοίη. Ceterum Sicelidae nomine Asclepiades Samius commemoratur etiam a Meleagro I, 46 et Hedylo Athenaei XI p. 473 a. Ed. pr.

44. ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος] Med. κεκασμένον, unde scribendum putavi ἐπ' ἀλαθείᾳ τι (τὺ) κεκασμένον, ut habetur in Epigr. Cyziceno Anth. Pal. III, 18 οὐ ψευδὴς ὅδε μῦθος, ἀληθείῃ δὲ κέκασται. Homerus Il. XX, 35 Ἑρμείας, ὃς ἐπὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσι κέκασται. Vulgatam scripturam qui tueri volent, docere debebunt quid sit ἐπ' ἀλαθείᾳ πλάττεσθαι, quod qui *ad veritatem fingi* significare arbitrantur, meo iudicio vehementer errant.

51. ἐν ὄρει] Pro hoc Eustathius in suo Theocrito ὥρη repperit ad Hom. p. 125, 18 παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ ὄρη φίλε δ' μελύδριον ὥρῃ ἐξεπόνησα, τουτέστιν τὸ μέλος δ' καθ' ὥραν ἐπονήσαμεν.

54. κύματα χωρίων] Sustuli comma post κύματα et posui post χωρίων. Ita enim procedit oratio: ὅταν νότος καὶ Ὠρίων, ὅτε ἐπ' ὠκεανοῦ πόδας ἴσχει, ὑγρὰ διώκῃ κύματα. Eadem nominum collocatio vs. 131 ἐγών τε καὶ Εὔκριτος ἐς Φρασιδάμω στραφθέντες χὠ καλὸς Ἀμύντιχος.

60. ὅσαις τέ περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα] Frequens est post relativa πέρ τε, raro quod hoc loco legitur τέ περ. Nihil tamen mutandum cum Valckenario et Brunckio: nam praeter Homerum Odyss. φ, 142 ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει, similiter locutus est Aratus Phaen. 557 ὅσον τέ περ ἥμισυ κύκλου, et Apollonius Arg. I, 84 ὅσον τέ περ ἠελίοιο μεσσηγὺς δύσιες. Ed. pr.

62. ὥρια πάντα γένοιτο] Pro ὥρια, ut vulgo parum apte legitur, recte scholiastes ὤρια, i. e. οὔρια, εὐδιεινά. Ita ipse Theocritus Id. XXII, 22 φάτνη σημαίνουσα τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα. Lucianus vol. I p. 20, 28 ed. Bekk. εὔ-

δια πάντα καὶ πλοῦς οὔριος καὶ λειοκύμων ἡ θάλαττα. Tum *εὔπλοον*, quod Schaeferus *εὔπλοος* scribebat, recte Ameisius interpretari videtur de statione navigantibus opportuna.

67. *ἔστ' ἐπὶ πᾶχυν*] Non *ad cubitum usque*, sed *ad cubiti mensuram*, ut Geopon. II, 6, 43; neque enim cubantes manus et brachia in herbis abscondunt.

69. *καὶ πίομαι μαλακῶς μεμνημένος Ἀγεάνακτος*] Nota sunt *μαλακῶς καθεύθειν*, *μαλακῶς κεῖσθαι*, *μαλακῶς φιλεῖν* et quae sunt his similia; at *μαλακῶς πίνειν* quo pacto dici possit mihi incompertum est. Posui igitur *μαλακῷ* coll. vs. 105 *εἴτ' ἔστ' ἄρ' ὁ Φιλῖνος ὁ μαλθακὸς εἴτε τις ἄλλος*. Horatius Epod. XI, 3 *mollibus in pueris aut in puellis urere*.

70. *αὐταῖσιν καλύκεσσι*] Recte ut videtur Schaeferus et Graefius *αὔαις ἐν κυλίκεσσι* correxerunt.

71. 72. *εἷς μὲν Ἀχαρνεύς, εἷς δὲ Λυκωπίτας*] Sub horum gentiliciorum involucris quin duorum nobilium illa aetate tibicinum nomina lateant non dubitandum videtur, quorum alterum Acharnis alterum ex Aetolia oriundum quae vitae rerumque vices in Con insulam deduxerint obscurum est. Acharnenses tibiae cantu excelluisse indicare videtur locus Nonni Dion. XLVII, 22

καὶ φρυγίοις αὐλοῖσιν ἐπέκτυπεν αὐλὸς Ἀθήνης,
καὶ δίδυμον κελάδημα δόναξ ἐλίγαινεν ἀχαρνεύς,
θλιβόμενος παλάμῃσιν.

Lycopen Aetoliae urbem dicit scholiasta, cuius etsi nullus alius scriptor mentionem fecit, res ipsa tamen satis probabilis videbitur reputanti frequens hoc nomen fuisse apud Aetolos. Lycopeus nominatur Tydei avunculus ab Apollodoro Bibl. I, 8. *Λυκώπην* Aetolum habes in titulo Delphico apud Curtium Inscr. Delph. 41, 1. Videtur autem hinc colligi posse fuisse antiquissimis temporibus inter Coos et Aetolos nonnihil commercii. Neque ea res mira videri potest reputantibus, etiam alias Aegaei maris insulas et Asiae civitates sympolitiae vinculo cum Aetolis fuisse coniunctas, ex quo genere praeter alios (Hermann Griech. Staats-

alterth. §. 184, 6) etiam Chios fuisse probabilis est coniectura Rossii de inscript. Locrica p. 22. His addo Milesios, adductus testimonio Aristophanis grammatici apud Eustathium in Hom. p. 279, 39 et 1761, 35.

Ibid. *ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ*] Hoc quoque nomen allegoricum est, et poetam indicare videtur Theocriti aetate celebrem. Ab Aetolorum usu illud nomen non alienum fuisse colligas ex Ptolemaei loco apud Photium Bibl. p. 149, 26, neque incredibile videri potest, Tityri nomine designasse poetam Alexandrum Aetolum, cui suspicioni ex eo nonnihil ponderis accedit, quod Tityrum poeta in sequentibus Daphnidis amores canentem inducit. Alexandrum autem Aetolum Daphnidis fabulam in carmine quodam tractasse constat ex hypothesi Id. VIII p. 10. Eodem argumento etiam Comatae fabulam in sequentibus narratam Alexandrum tractavisse conicias.

73. *τᾶς ξενέας ἠράσσατο*] Nymphae Daphnidi amatae alii aliud, Theocritus fortasse *Ξενίας* nomen indiderat. Certe Xenii nomen haud quaquam infrequens. Vid. schol. Homeri Il. V, 39. Etymol. M. p. 521, 14 coll. Anal. Alexandr. p. 23. Ac confirmare videtur nostram rationem scholiastes Theocriti, qui ad Idyll. VIII, 93 *Δάφνις — νύμφαν ἄκρηβος ἐὼν ἔτι ναΐδα γᾶμεν* haec adscripsit: *νύμφην τὴν ξενίαν λέγει.* Idem ad Idyll. I, 65 *Δάφνις μὴ δυνάμενος φέρειν τὸν τῆς ξενέας τοὔνομα νύμφης ἔρωτα ἀπέλιπε τὸ ζῆν*, ubi recte codices *ξενίας*. Ed. pr. In Theocriti versu *ξενίας* diserte exhibere Medic. 37 et Medic. 16 adnotavit Zieglerus. Non dubitavi igitur reddere poetae quod iam olim volueram. *ὥς ποχ᾽ Ἐρυξινέας*, Buttmanni *Ἐχένας* conicientis vestigia secutus, malebat Lobeckius Paral. p. 220. Appellativum *ξενέας*, ut vulgo legitur, tuetur Wordsworthius, comparans *κενεός* a *κενός* deflexum, cui *ἀδελφεός* addit C. F. Hermannus diss. de Daphnide Theocriteo p. 5, qui suam fabulae Daphnideae interpretationem secutus proprium nomen reicit. Trisyllabam formam qui probant, auctorem afferre poterant iam ab Heinsio adhibitum Hesychium *Ξενεοί· στρατιῶται.* Nihil tamen huic glossae tribuendum videtur, et si a *κενός*

et ἀδελφός oxytonis formantur κενεός et ἀδελφεός, ex eo minime sequitur etiam a ξένος recte deflecti ξένεος. Peregrinam si indicare voluisset poeta, non dubitandum est quin ξείνας probavisset prae altera forma, quam suo iure insolitam dixit Buttmannus, iniuria eam ob causam irrisus ab Hermanno. Ceterum de Daphnide fabula, qualem hoc loco Theocritus Alexandri opinor vestigia secutus adumbrat, eo redit, ut infelix puer Xeniam nympham perdite amaret, eamque immitem expertus tabesceret et misere periret. Operam mihi perdere videntur, qui simplicissimam narrationem alienis immiscendis obscurant.

74. ὄρος ἀμφεπολεῖτο] Ἀμφιπολεῖσθαι qui dixerit pro ἀμφιπολεῖν scio neminem. Meliores libri habent ἀμφεπονεῖτο, quod vide an in ἀμφεδονεῖτο mutandum sit. Ita Idyll. XIII, 64 Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις παῖδα ποθῶν δεδόνητο. Ed. pr. Recepit hoc Ahrensius, qui scripsit ἄμφ' ἐδονεῖτο. Zieglerus edidit ὄρος ἀμφεπόλει χὡς αἱ δρύες, quod probarem si codd. addicerent.

75. αἴτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο] Fuit qui αἱ πεφύαντι scribi vellet; sed recte φύοντι legitur sensu intransitivo. Ita iam Homerus Il. VI, 149 ὡς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει ἡ δ' ἀπολήγει. Neque aliter Alcaeus apud schol. Sophoclis Oed. R. 153 ἐλάφω δὲ βρόμος ἐν στήθεσι φύει φοβερός, et Moschus III, 108 καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι, ubi male alii φύονται. Poeta incertus apud schol. Hephaest. p. 165 Gaisf. βλαστεῖ δ' ἐπὶ γῆς δένδρεα παντοῖα φύοντα. Cfr. Orpheus Argon. 1207 τὰ δὲ καλὰ φύει μενοεικέα δῶρα. Ed. pr. Haec non cognita fuisse videntur C. F. Hermanno diss. de Daphnide p. 1, 2. Alia eiusdem usus exempla habet Sophocles apud schol. Pindari Pyth. IV, 221. Thallus Milesius Anth. Pal. IX, 220. Musaeus apud Clementem Str. VI p. 738 Pott.

76. χιὼν ὥς τις] Hoc mihi quidem permire dictum videtur. Scripserat opinor Theocritus χιὼν ὡς εἰ.

78. Quae de Comata miris modis a mortis periculo, quod ei intenderat domini crudelitas, servato Theocritus narrat, ad loca Thuriis vicina referunt scholiastae; fortasse ta-

men Comatas ille non diversus fuit ab Cretensi illo vate nobilissimo, de quo cf. Clemens Strom. I p. 144 Sylb.

81. *κέδρον ἐς ἁδεῖαν μαλακοῖς ἄνθεσσι μέλισσαι*] Perquam insolenter poeta *ἄνθεα* de melle e floribus collecto posuit; non probaverim tamen quod Heckerus de Anthol. Comm. I p. 191 coniecit *μαλακοῖς* (sic) *σχαδόνεσσι*. Editum habet etiam Servius ad Virgilii Ecl. X, 7.

85. *φερβόμενος ἔτος ὥριον ἐξεπόνασας*] Pro *ἔτος* suspiceris *θέρος*, ut Idyll. XXV, 28 *ὅταν θέρος ὥριον ἔλθῃ*. Sed videtur defendi posse brevis syllabae in arsi productio. Idyll. XV, 90 *πασάμενος ἐπίτασσε· Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;* quamquam ibi Hermannus *ποτίτασσε* et *ποτιτάσσεις* scribendum censuit. Sed omnem emendandi conatum praecidit X, 31 *ἁ αἶξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει* et XI, 46 *ἔστι μέλας κισσός, ἔστ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος*. Minus certum est Idyll. XV, 100 *Ἰδάλιον ἐφίλησας*, ubi *Ἰδαλίαν* maluit Bergkius. Sed quod II, 56 legitur *ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας* et XXII, 86 *ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον*, satis defenditur iis quae dixi ad Menandri Rel. p. 51. Nec corruptum videtur quod habes XVI, 62 *ἢ ὕδατι νίζειν*, quod excusatur Homerico *ὕδατι λιαρῷ*. Denique idoneam excusationem habent I, 115 et XV, 123, de quibus monuit Hermannus Opusc. V p. 105. Quae praeterea legebantur in iis Theocriti carminibus, quae hic in censum veniunt, brevium syllabarum productiones, nunc sublatae sunt omnes. Ed. pr. Non huc pertinent VIII, 14 et 15 in parte carminis Theocrito indigna. Quod eodem versu legitur *ἐξεπόνασας* (*-πόνησας*) praetuli nunc alteri scripturae *ἐξετέλεσσας*.

88. *φωνᾶς εἰσαΐων*] Reiskius *φωνᾶς σᾶς ἀίων*, Kiesslingius *φωνᾶς τεῦς ἀίων*. Quorum neutro opus est, si *φωνᾶς* ita cum *τοί* in praecedente versu coniungas, ut *οἱ* cum *χειρὸς* coniungendum est Idyll. II, 138 *ἐγὼ δέ οἱ ἁ ταχυπειθὴς χειρὸς ἐφαψαμένα μαλακῶν ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων*. Tum vulgo legitur *ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις*. Sustuli putidam distinctionem *πεύκαις* in *πέτραις* mutato. Favet correctioni qui

Theocritea manifesta imitatione expressit Cyrus Anth. Pal. IX, 136 ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος ἢ ὑπὸ πέτρης συρίζων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας. Cf. Idyll. VIII, 55 ἀλλ᾽ ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ᾽ ᾄσομαι.

93. *Ζανὸς ἐπὶ θρόνον*] Reiskius de Ptolemaeo haec intellegit, quam opinionem non reiciam cum Kiesslingio propterea, quod proverbialis illa locutio fuerit. Simili proverbio usus est Horatius Epist. I, 19, 43 *Iovis auribus ista servas,* simul tamen de Caesare Octaviano cogitans.

94. *ἀλλὰ τόγ᾽ ἐκ πάντων*] Scribendum τόδ᾽ ἐκ πάντων cum Hermanno in schedis.

95. *ὑπάκουσον*] Legebatur ὑπάκοισον, quod nec Theocriteum videtur nec doricum; itaque ὑπάκουσον scripsi idemque vitium sustuli Id. XI, 78. Ed. pr.

96. *Σιμιχίδᾳ μὲν ἔρωτες ἐπέπταρον*] Scribendum videtur Σιμιχίδᾳ μέγ᾽ ἔρωτες ἐπέπταρον. Quo acutior enim et clarior sternutationis sonus erat, eo habebatur faustior. Cf. Homerus Odyss. ρ, 541 Τηλέμαχος δὲ μέγ᾽ ἔπταρεν, ἀμφὶ δὲ δῶμα σμερδαλέον κονάβησε. Atque legit ita sine dubio in Theocrito Propertius II, 2, 35 *argutum sternuit omen Amor.*

100. *ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγ᾽ ἄριστος*] Callierges Ἄριστις, quo adscito Briggsius tentabat ἐσθλὸς ἀνὴρ μὲν Ἄριστις. Hoc nomen fuerunt qui suspectum haberent, immemores illi Aristin quendam inter Eratosthenis discipulos commemorari a Suida v. Ἐρατοσθένης, quamquam huius etiam nominis scripturae controversiam, sed frustra, movit Bernhardy Eratosth. p. XIII. Ed. pr. Poetam fuisse Aristin ipsa Theocriti verba indicant; quod autem Aristin scire dicit quanto amore pueri Aratus exarserit, indicio esse videtur, Aristin amores Arati carmine celebrasse.

103. *Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας*] Plerique codd. Ὁμόλου et Ὁμολῶ, sed K aliique Ὁμόλας. Zieglerus Ὁμόλω edidit, quam formam praeter Stephanum Byz. p. 493, 2 commemorat scholiastes, cuius haec verba sunt: Ὅμολος δὲ Θετταλίας ὄρος, ὡς Ἔφορος καὶ Ἀριστόδημος ὁ Θηβαῖος

ἐν οἷς ἱστορεῖ περὶ τῆς ἑορτῆς τῶν Ὁμολωίων, καὶ Πίνδαρος ἐν τοῖς Ὑπορχήμασιν. ἢ Ὅμολος ὄρος Θετταλίας, ἔνθα τιμᾶται ὁ Πάν, in quibus ἢ delendum et sequentia pro alio scholio habenda sunt. Pro primo Ὅμολος Vatt. habent Ὁμόλας. Non memini tamen Panis cultum in Homole Thessaliae monte vel omnino in Thessalia a quoquam commemorari; nam etiam in Castorionis versibus apud Athenaeum X p. 454 f sive apud Bergkium Poet. Lyr. p. 1011

σὲ τὸν βόλοις νιφοκτύποις δυσχείμερον
ναίονθ' ἕδος, θηρονόμε *) Πάν, χθόν' Ἀρκάδων,

non σὲ τὸν Ὁμόλης νιφοκτύπου, sed σὲ τὸν βολαῖς νιφοκτύποις scribendum coll. Euripide Bacch. 661. Quare non dubitavi reponere Μαλέας ἐρατὸν πέδον ὅστε λέλογχας. In Malea enim Peloponnesi promontorio eximia fuit Panis sanctimonia, quemadmodum praeter Callimachi versum a scholiasta Theocriti ad h. l. allatum Πὰν ὁ Μαλειήτης τρύπανον αἰπολικόν, docent ea quae ad Stephanum Byz. p. 43 attulimus. Accedit quod multo credibilius est ex Peloponneso quam aliunde adscisci Pana, cum statim in sequentibus etiam arcadicum dei festum commemoretur. Tenue genuinae scripturae vestigium cernere mihi videor etiam in lectione cod. Urb. ὁμάλου, quod esse potest μαλέου, a Μάλεος, quae serioris aetatis forma fuit pro antiquo Μαλέα vel Μάλεια. Has dubitationes meas de cultu Panis thessalico communicaveram cum Eduardo Gerhardo, a quo postea hanc schedulam accepi: 'In Bezug auf den Pansdienst möchte ich Sie nochmals in Ihrer Beschränkung desselben auf Arkadien unterstützen. Dorther, vom Partheniongebirg, ist nicht nur der marathonische (Herodot 6, 105) und demnächst athenische Pan, sondern vermuthlich wol auch der thebische abzuleiten. In der marathonischen Schlacht Ol. 72, 3 war er zuerst von jenem arkadischen Gebirg her den Athenern kund geworden; kein Wunder, wenn seine Celebrität 4 Olympiaden

*) Ineptum Panis epitheton, quem constat venaticos canes aluisse et feris infestissimum fuisse. Scribendum θηροφόνε.

später (die 3te pythische Ode fällt Ol. 76, 3) dem Flötenspieler Olympichos auf dem thebischen Gebirg imponirte und den thebischen Cultus für Pindar und dessen Landsleute nach sich zog (Pyth. 3, 77. Schol. zu 137. Böckh fragm. Pind. p. 591 ff.). Das thessalische Homole, von welchem Culte des Zeus und der Demeter zu Theben benannt sind, bleibt dagegen für Pan ein so völlig vereinzeltes Zeugniss nordgriechischen Pansdienstes, dass ich es nur sehr gern aus der theokritischen Stelle verschwinden sehen kann'.

107. *πλευράς τε καὶ ὤμους*] Valckenarius, quem reliqui secuti sunt, poetam more suo dedisse dicit *ὤμως*. Vereor ne poeta in homerico hemistichio Il. *ψ*, 7 homericas formas non mutaverit. Cum flagellatione Panis ab Arcadibus peracta, ne Samojedas commemorem, comparare licet Nonnum Dion. 48, 692 ubi Veneris simulacrum flagellatur.

110. *δακνόμενος κνάσαιο*] Falluntur qui *κνάσαιο* passiva significatione dictum statuunt. Verte *unguibus laceratus ulcera scabat et fricet.*

112. *Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτω*] Participium *τετραμμένος* sive cum praecedentibus *Ἕβρον πὰρ ποταμόν*, sive cum *ἐγγύθεν ἄρκτου* coniungas, fateor me non satis intellegere, nec dubito quin id *τετρυμένος* scribendum sit, *cum frigore conflictans.* Verbum *τετρῦσθαι* de frigore dixit etiam Orpheus apud Tzetzen ad Hesiodi Opp. 502 *πηγυλίδες — τρύουσιν καὶ θῆρας ἐν οὔρεσιν*, et si recte conicio Callimachus Epigr. XXIII, 2 *στίβῃ καὶ νιφετῷ τετρυμένος*, ubi vulgo legitur *κεχρημένος*. Pro *τετραμμένος* alii codd. *κεκλιμένος*, quod e *τεθλιμμένος* corruptum videtur. Quod autem Hebrum poeta Edonorum finibus assignat, in eo non magis reprehendendus est quam qui idem fecit Horatius Carm. III, 2, 8.

113. *παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις*] Pana pastorum pecorisque custodem perhiberi notissimum, at greges eum alere pastorisque munus obire ipsum a nemine opinor traditum est; nec dicitur Theocrito *νομεύειν* nisi cum accusativo obiecti. Vide modo exempla I, 109. III, 45. XXVII, 69 *μᾶλα νομεύειν.*

I, 120 *βόας νομεύων.* IV, 17 *ἀλλ' ὀκὰ μέν νιν ἐπ' Αἰσάροιο νομεύω.* VII, 87 *ἐνόμευον τὰς καλὰς αἶγας.* VIII, 2 *μᾶλα νέμων.* 52 *Πρωτεὺς φώκας ἔνεμεν.* At scriptor carminis XX, 35 *φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν,* et Moschus III, 61 *καὶ ἀείδων ἐνόμευεν.* Quare posui *ἐν Αἰθιόπεσσιν ὁδεύοις,* quo ducit etiam cod. K scriptura *ἐν αἰθιόπεσσιν ὁμεύοις.* Hoc plane illud est quod Horatius Carm. I, 22 dicit, *sive per syrtes iter aestuosas sive facturus per inhospitalem Caucasum.*

114. *ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός*] Respicit scholiastes Dionysii Per. 221 *Θεόκριτος δὲ ἕως Βλεμμύων αὐτὸν (Νεῖλον) ὁρᾶσθαι φησί.*

116. *Οἰκεῦντα*] Legebatur *οἰκεῦντες,* quod *Οἰκεῦντα* scribendum esse vidit Alph. Heckerus. Atque habuit hoc ipsum, quod monere neglexit Heckerus, in suo libro scholiastes, sed absurdissime interpretatus est: *οἰκεῦντα ἀντὶ τοῦ οἰκούμενον, ἐνεργητικὸν ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ, καὶ τὸ ἀρσενικὸν ἀντὶ τοῦ οὐδετέρου.* De Oecunte scholiasta Dionysii Per. 825 *Μίλητος δὲ τῶν ἐπιφανῶν τις ἐν Κρήτῃ — ἀπάρας τῆς Κρήτης κατάγεται εἰς Λυδίαν τῆς Ἀσίας, οὗ οἰκήσας Οἰκοῦντα τὸν τόπον ὠνόμασε καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης ἱδρύσατο.* Cf. Stephanus Byz. p. 485.

120. *καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος*] Particulas *δὴ μὰν* coniunxit sane Homerus Il. ρ, 538 *ἦ δὴ μὰν ὀλίγον γε.* At cum optimorum librorum scriptura sit *καὶ δὴ μάλ' ἀπίοιο,* posui *καὶ δὴ μᾶλ' ἀπίοιο πεπαίτερος, ac iam piro molliores genas habet.* Simili imagine Aeschylus apud Athen. II p. 51 c dixit *ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ἦν πεπαίτερος μόρων.*

121. *τό τοι καλὸν ἄνθος ὑπορρεῖ*] Post haec Döderlinius noster Script. min. I p. 168 versiculum excidisse suspicatur, cuius haec ferme sententia fuerit *εἰ δὲ σιδάρειον τῷ παιδὶ μετὰ φρεσὶν ἦτορ.* Talem quidem versum cum trochaica incisione in quarto pede Theocriteum non puto (v. ad VIII, 10), nec particula *τοί* in sequentibus suspicioni illi favet. At desiderari aliquid ad rectum sententiarum progressum mihi quoque certum

videtur, sed non eo quem Döderlinius indicavit loco, sed post vs. 119. Ita enim procedere debet sententia: enimvero operae pretium non est ut superbiam pueri insolentis tanto opere expugnare coneris; habeat suas sibi veneres, quin ne digna quidem tanto tuo labore venustas eius: iam enim marcescunt genae et exolescit qua superbit pulcritudo. His iam recte inferuntur illa *μηκέτι τοι φρουρέωμες, non igitur amplius ad fores eius vigilemus.* Posui igitur lacunae signum post 119.

125. *εἷς δ' ἐπὶ τᾶσδε, φέριστε, Μόλων ἄγχοιτο παλαίστρας*] *Μόλων*, quod aemuli nomen, non suspectum esse debebat Graefio. Nihil hoc nomine frequentius in illis regionibus fuisse docent tituli Rhodiaci vicinorumque oppidorum, Aphrodisii Alabandorum aliorumque. Quod Graefius volebat *τίς δ' ἐπὶ — μολών* etiam scholiastae in mentem venit: *ὁ Μόλων ὀνομαστικῶς* (*ὀνοματικῶς*) *εἴρηται. δύναται δὲ μολών μετοχὴ εἶναι.* Quae revocant in memoriam lusum a Strabone XIV p. 655 memoratum. Quae idem scholiastes dicit *Μόλων καὶ Σίμων Ἀράτου ἀντερασταί*, in iis quo Simonis nomen spectet non apparet, nisi *Σίμων* in aliis libris repertum esse dicas et magistrum scripsisse *Μόλων ἢ Σίμων Ἀράτου ἀντεραστής.* Quod ibidem habes *ἐπὶ τᾶσδε παλαίστρας*, Reiskius de taediis et suppliciis interpretatur spreto amatori tolerandis. Rectius *παλαίστραν* de loco ante fores pueri intellexeris, in quo aemuli amatores de amore Philini contendunt. De verbo *ἄγχειν* e palaestra petito cf. Pausan. VIII, 40 et quae Koechlyus ad Quintum p. 213 collegit.

127. *ἐπιφθύζοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι*] Haec in usum suum convertit poeta christianus Anthol. Pal. I, 30 *ἐσθλὰ δίδου χατέουσι, τὰ δ' οὐ καλὰ νόσφιν ἐρύκοις.* Verbum *ἐπιφθύζειν* hinc attigit Eust. Hom. p. 1482, 43. 1392, 41.

128. 29. Affert hos versus Maximus Planudes apud Bachmannum Anecd. II p. 107.

135. *ἀμὶν*] Vulgo *ἄμμιν*, pro quo scripsi quod disertim ex hoc loco affert Eustathius Hom. p. 1112, 35, *Δωριεῖς δὲ ἀμὶν συστέλλοντες τὸ ι καὶ ὀξύνοντες. Θεόκριτος 'πολλαὶ δ' ἀμὶν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο'.*

146. *βραβύλοισι*] Athenaeus II p. 50 a *Κλέαρχός φησι Ῥοδίους καὶ Σικελιώτας βράβυλα καλεῖν τὰ κοκκύμηλα, ὡς καὶ Θεόκριτος ὁ Συρακόσιος ‘ὄρπηκες βραβύλοισι καταβρίθοντες ἔραζε’*. Etymol. M. p. 211, 4 *Βράβυλα, τὰ καλούμενα δαμασκηνά. Θεόκριτος ‘ὄρπακες — ἔραζε’*.

151. *τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ*] Cyclopem constans totius antiquitatis opinio ad Aetnam ponebat; quo magis mirum est a Theocrito eum ad Anapum longo intervallo ab Aetna dissitum transferri, quod neque alius poeta neque in reliquis carminibus fecit Theocritus, quem scripsisse suspicor *τὸν ποιμένα τὸν ποτ' ἀν' Αἴτνᾳ* vel *ἐν Αἴτνᾳ*, praesertim cum in sequentibus manifesto Euripidis Cycl. 500 respiciat, in qua fabula disertim Polyphemus Aetnae accola vocatur 20. 62. 95. 366. 594. 654.

152. *τὸν κρατερὸν Πολύφαμον, ὃς ὤρεσι νᾶας ἔβαλλεν*] Ita D. Heinsius haec scripsit, cum libri in *λᾶας* consentiant. Portentosum hoc quidem, quod montes in naves iaculatus dicitur, et ex Homeri Od. IX, 481, quem etiam Euripides Cycl. 698 secutus est, miris modis amplificatum, at multum tamen praeferendum exili et puerili ludo, pro quo alii pugnant, *ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλεν*, quo quid aliud indicari dicamus, quam Cyclopem puerorum more in montibus sese lapidibus iaciendis oblectasse? Sed Heinsianum illud praeter eam quam dixi causam etiam eo nomine displicet, quod non additum est quorum naves montibus petierit. Sanior ratio figmenti Nonniani Dion. XXXIX, 218 de Cyclopibus in exercitu Bacchi contra Indorum naves pugnantibus:

Κυκλώπων δὲ φάλαγγες ἐναντίλλοντο θαλάσσῃ
ὁλκάδας ἀγχιάλῃσιν ὀιστεύοντες ἐρίπναις.

Et ne hic quidem eos montes iaculari videmus. Praeterea notamus insignem in Theocriteo versu dicendi infantiam: *der mit bergen in schiffe warf!* Ut verbo dicam quod sentio, expungendum censeo versum ineptum, a nescio quo in margine adscriptum, ne ignoraretur scilicet quis esset ille ad Anapum seu Aetnam pastor. Ac favet huic crisi parilitatis lex, quae vini laudes,

quo Chiron Herculem et Ulixes Cyclopem beaverat, pari versuum numero absolvi postulabat.

154. *διεκρανώσατε*] Etymol. M. p. 273, 38 *διεκρανώσατε σημαίνει τὸ ἀνεῴξατε, παρὰ τὸ κάρα διεκαρανώσατε. δοκεῖ γὰρ τῶν πίθων ἡ ἀλοιφὴ κάρα εἶναι. οὕτως Ἀμάραντος, ὑπομνηματίζων τὸ εἰδύλλιον Θεοκρίτου οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Λυκίδας ἢ Θαλύσια.* Reiecit hanc interpretationem Hermannus Opusc. V p. 82, qui *perficiendi* vim illi verbo tribuit. Rectius gl. P per *ἐβλύσατε* et Lobeckius Pathol. I p. 220 *effudistis* interpretatur. Nisi forte vetus subest vitium et Theocritus *διεκρουνώσατε* scripsit. Ceterum meliores codd. habent *διεκρανάσατε*, receptum ab Ahrensio.

155. *Δάματρος ἀλωίδος*] Ita codd. optimi, vulgo *ἀλωάδος*, qua forma usus est Nonnus Dion. XXX, 68. Recta nominis scriptura est *ἀλῳάς* vel *ἀλωιάς*. Debebam igitur *ἀλῳάδος*. Quod apud Hesychium habes *Εὐαλωσία, ἡ Δημήτηρ, ὅτι μεγάλας τὰς ἅλως ποιεῖ καὶ πληροῖ*, pro *Εὐαλωία* dictum est.

Ibid. *ἇς ἐπὶ σωρῷ*] Hinc Ceres *σωρῖτις* in Orphico hymn. 39, 5 et *πολύσωρος* ab Addaeo dicta in Anthol. Pal. VI, 258 *πολύσωρε, σὺ δὲ Κρήθωνος ἄρουραν* (leg. *ἀρούρᾳ*) *πᾶν ἔτος εὔκριθον καὶ πολύπυρον ἄγοις*. Ed. pr.

VIII

Nota est de hoc carmine Hermanni dissertatio Opusculorum volumini quinto p. 85 inserta, in cuius crisi de compositione carminis acquiescendum existimo, dum probabiliorem allatam videro.

3. *ἀνάβω*] Scholiastes: *ἀμφότεροι οὗτοι ἦσαν πυρρότριχες, ἀμφότεροι δὲ ἄνηβοι, ἤγουν ἀτελεῖς ἔτι τὴν ἡλικίαν. ἔνηβοι γὰρ οἱ πεντεκαιδεκαετεῖς καὶ πορρωτέρω, ἄνηβοι δὲ οἱ δωδεκαετεῖς καὶ κατωτέρω.* De altera scriptura *ἐνάβω* dixit Hermannus. De *πυρροτρίχω* v. ad XV, 130.

6. *λῆς μοι ἀεῖσαι*] Hoc pro *διαεῖσαι* vel *ἀείδων ἐρίσαι* dictum non caret insolentiae vitio, et fortasse corruptum est. Cf. ad Id. I, 136. Suspicari possis *λῇς μοι ἐρεῖσαι* coll. Homero Il. *φ*, 735, vel *λῇς μοι ἐρίξαι*;

10. *εἴ τι πάθοις*] Optimi codd. *εἰ παθέοις*, alius liber *εἰ τι παθέεις*. Si recte habet edita lectio, numerorum insolentia, male a criticis X, 39. XXII, 88. XXV, 180 illata, ita excusanda erit, ut *εἴ τι πάθοις* unius instar vocis habeatur. Reperiuntur tamen etiam alia trochaei in quarto pede exempla in Theocriteis. Idyll. X, 28 *ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον*, sed hoc ab interpunctione quae praecedit excusationem habet. XVIII, 15 *κῆς ἔτος ἐξ ἔτεος Μενέλαε τεὰ νυὸς ἅδε*, ubi legi potest *Μενέλα τεὰ ἁ νυὸς ἅδε*. XXIV, 100 *Τειρεσίας πολλοῖσι βαρύς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς*, ubi *βαρύς περ ἐὼν* unius vocis instar. Minus offensionis propter elisionem habet XXVI, 15 *μαίνετο μέν τ' αὐτά, μαίνοντο δ' ἄρ' εὐθὺ καὶ ἄλλοι*. Mitto nunc alios poetas; sed apud anonymum Anthol. Plan. IV, 174 scribendum *Κύπριν τὰν Κυθέρειαν ἐνόπλιον εἶπεν ἰδοῦσα*, pro *ἔνοπλον ἔειπεν*.

11 — 16. Hoc versus Virgilio certe lectos inclusit Ahrensius; et insunt sane aliquammulta a Theocriti usu prorsus aliena, at sublatis neque 17 *ἀλλὰ τί μὰν θησεῖς* intellego, neque 20 *τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ*. Priorem partem vs. 11 citat cod. Voss. Etym. M. p. 1286, 9.

14. *τὺ δὲ θὲς ἰσομάτορα ἀμνόν*] Hanc meliorum librorum scripturam refert etiam interpres Veron. ad Virgilii Ecl. III, 3 . . . *autem ex illo Theocriti μόσχον ἐγὼ θήσω, σὺ δὲ θὲς ἰσομάρτυρα* (sic) *ἀμνόν et reliqua*. Libri interpolati *γέ* addunt post *θές*, quod me imprudente relictum est; at productio haec brevis syllabae non est Theocritea, neque excusatur exemplis ad VII, 85 allatis. Piersonus tentabat *θὲς λιπομάτορα*, Hermannus in schedis *θέσσ' ἰσομάτορα*. Insolens item et Theocriti usui repugnans est hiatus *ἰσομάτορα ἀμνόν* et 15 *πόκα ἀμνόν*. Ineptiunt enim qui *ἀμνός* digammatum fuisse statuunt.

15. *ἐπεὶ χαλεπός θ' ὁ πατήρ μευ*] Particulam codd. omittunt, omisitque Ahrensius, quem sequi debebam.

18. *ἔχω*] Wartoni est emendatio; *ἐγὼ* libri.

20. *ταύταν κα θείην*] Ita optime correxit Ahrensius librorum scripturam *ταύταν κατθείην*.

24. *κάλαμός με διασχισθεὶς διέτμαξεν*] Codices inter *μέ* et *γέ* fluctuant, quorum prius olim cum Hermanno probavi, nunc nescio an prorsus reiciendum sit. Recte dictum est *κάλαμός με ἔτεμεν*, recte item *κάλαμός με τὸν δάκτυλον ἔτεμεν*. At *κάλαμός με διέτεμεν* non magis graece dici potest quam vel latine dicas *calamus me perscidit*, vel germanice *das rohr hat mich durchschnitten*. Accedit quod parum eleganter coniuncta sunt verba *διασχισθεὶς* et *διέτμαξεν*. Corruptelam loci agnovit Ahrensius, qui scripsit *κάλαμός ἑ διασχισθεὶς διέτμαξεν*. At hac pronominis forma cum Theocritum usum esse demonstrari non possit, et cum ne ita quidem omne incommodum tollatur, scripsi, dum alii meliora reperiant, *ἐπεὶ κάλαμός γε διασχισθεὶς νιν ἔτμαξεν*.

26. *τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες*] Secutus sum Reiskium, qui haec per interrogationem extulit; in vulgata scriptura quid *πώς* significet nemo docuit.

27. *ᾧ ποτὶ ταῖς ἐρίφοις ὁ κύων*] Toupio et Valckenario numerosius poeta scripturus fuisse videtur *ᾧ ποτὶ ταῖς ἐρίφοισι κύων*. Qui si de causis huius iudicii interrogati fuissent, sat scio aut nihil aut falsa respondissent.

29. *χοὶ μὲν παῖδες ἄειδον, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρίνειν*] Magnae offensioni in his verba sunt priora *παῖδες ἄειδον*. Ineptum enim dici pueros cecinisse antequam caprarius se arbitrum certaminis fore dixisset. Intellexerunt hoc etiam Ahrensius et O. Schneiderus Philol. IV p. 561, quorum illi totus versus eliminandus videtur, Schneiderus autem pro *ἄειδον* scribi voluit *ἀείδεν*, ut *ἤθελον* e sequenti *ἤθελεν* assumatur. Superest tertia ratio haec, ut duo hi versus 28 et 29 ex uno amplificati existimentur: *χοὶ μὲν παῖδες ἄνσαν, ὁ δ' αἰπόλος ἤθελε κρίνειν,*

31. 32. Hos versus praeeunte Wordsworthio eliminavi.

33 — 60. Versus hos elegiacos attigit Isacius Tzetzes apud Bachmannum Anecd. II p. 187 ἐποίησε δὲ καὶ ὁ Θεόκριτος ἐν εἰδυλλίῳ τινὶ τοιαύτην ᾠδὴν οὕτως (ἡρωελεγεῖον) ἐπονομαζομένην. Ed. pr.

34. πείποχ'] Vulgo πῆ ποχ', quod in πᾷ ποχ' mutavit Wartonus. Rectius fuerit πᾴποχ', quod etiam XI, 68 reposui. Mirum tamen illud πῆ ποκα legi etiam in epigrammate dorico apud Polluc. IV, 102 ita fortasse scribendo: χίλια βίβατι πλεῖστα δὴ τῶν πᾴποκα. Ed. pr. Ahrensius πείποκα ubique scripsit; idem ego volui, sed operae non paruerunt.

36. Δάφνις ἔχων δαμάλας] Propter antistrophicum versum κῆν τι Μενάλκας τεῖδ' ἀγάγῃ, pro ἔχων fortasse ἄγων scribendum, quod etiam Ahlwardto in mentem venit.

42. οὔθατα πλήθουσιν] Offensioni mihi est pluralis πλήθουσιν, quo hic eo minus poetam usum esse crediderim, cum statim sequatur καὶ τὰ νέα τρέφεται. Cf. ad Idyll. II, 109. Codices habent πλήθουσι, πλήθουσιν et πηδῶσι, in quibus scripturis ΠΛΗΘΥΕΙ latere videtur, quod vides quam facile in ΠΛΗΘΟΥCΙ corrumpi potuerit. Nisi forte in superioribus ποίμναι pro παντᾷ scribendum est coll. 69, quo pacto his ad amussim responderent antistrophica 45 ἔνθα μέλισσαι σμάνεα πληροῦσιν. Ahrensius πιδῶσιν edidit, quod scire cupio quomodo defensurus sit.

44. χαὶ βοτάναι] Parum apte pascentibus armentis (vs. 48) opponuntur gramina. Scripsi igitur καὶ τὰ βοτά. Ita servatur parallelismus per totam hanc carminis partem diligentissime observatus, et exactissime sibi respondent χὠ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι καὶ τὰ βοτά et χὠ τὰς βῶς βόσκων χαὶ βόες αὐότεραι.

45. ἔνθ' ὄις, ἔνθ' αἶγες] Vulgatum ὄις mutavi in οἶς, qua forma Theocritus utitur etiam Idyll. V, 99. Certe ὄις ultima brevi vix tuearis exemplo Parmenionis Anth. Pal. IX, 113, qui bis in plurali κόρις ultimam corripuit, metri ille quidem necessitate coactus, id quod fecit fortasse etiam Nicander apud Ae-

lianum HA. IX, 49 *οὐκ ἔχις οὐδὲ φάλαγγες*, nisi *ἔχις* hoc loco et *ὄις* apud Theocritum singularis est numerus, quem eodem iure plurali postposuerit, quo Callimachus Cer. 29 *ἐν πίτυς, ἐν μεγάλαι πτελέαι ἔσαν*. Ed. pr. Hoc ut unice verum nunc probavi; similiter singularem plurali iunxit Paulus Anth. Pal. IX, 664 *νηιάδες, νηρεῖς, ἀδρυάδες*, ubi nil mutandum. *διδυματόκοι* autem simul ad *ὄις* trahendum, de quo admonuit etiam Hermannus in schedis coll. Callimacho h. in Apoll. 49 sqq.

48. *χαὶ βόες αὐότεραι*] Ita scripsi propter versum oppositum *καὶ τὰ νέα τρέφεται*. Vulgo *καὶ βόες*. Secutus est Ahrensius.

49. *ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ*] Affert haec Servius ad Virg. Ecl. VII, 7.

50. *μυρίον*] Post hanc vocem hypostigmen posui; dum enim caper nuntium ad Milonem perfert, capellas, ne tutore absente in devia ferantur, in fontis ripa, ubi Menalcas consedit, pasci vult.

51. 52. *καὶ λέγε Μίλων' ὡς Πρωτεὺς*] In his pro *Μίλων'* codices habent *Μίλων* et *Μίλῳ*. Scribendum videtur *ἴθ' ὦ κόλε καὶ λέγε· Μίλων, ὁ Πρωτεὺς φώκας καὶ θεὸς ὢν ἔνεμεν*, ubi nihil mutatum vides nisi *ὡς* in *ὁ*, quae confunduntur etiam Id. V, 131. Hermannus locum ita constituit *καὶ λέγε φώκας, Μίλωνι, Πρωτεὺς κτἑ.* verborum collocatione paulo insolentiore. Ed. pr. Non legerat haec Wordsworthius, qui eandem postea emendationem protulit; idem testatur in cod. Barocc. et Cantabrig. se repperisse *Μίλω, ὡς ὁ Πρωτεύς*, quo illa emendatio plane confirmatur. Ahrensius edidit *Μίλων, χὠ Πρωτεὺς —*.

53. *Κροίσοιο τάλαντα*] Libri *χρύσεια τάλαντα*, quod eleganter correxit Piersonus. Ahrensius praeeunte Iortino *κροίσεια* edidit, quod quamquam traditae scripturae vestigia paulo pressius sequitur, longe tamen alteri posthabendum esse docent quae praecedunt verba *μή μοι γᾶν Πέλοπος*. Perpetua verborum *χρυσός* et *Κροῖσος* permutatio. In Hipponactis fr. 29b etiam nunc verum opinor quod olim conieci *τί μ' οὐκ ἔθηκας*

Κροῖσον ἀντ' Ἶρον, pro edito *τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἀργύρου.*

56. *σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα*] Haec ut nunc scripta leguntur etsi ferri possunt, habet tamen illud *ᾄδειν εἰς ἅλα* aliquid quod pungere possit suspicacem. Sensit hoc etiam D. Heinsius, quamquam quod ille reponi voluit *σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελάν τ' ἐς ἅλα*, non placet propter duplicem structuram verbi *ἐσορᾶν*. Nequaquam vero mihi quidem displiceret si plenum tenerrimi affectus distichon ita scriptum esset:

ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι ἀγκὰς ἔχων τυ,
σύννομε κάλ', ἐσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

Sed video etiam Heinsianum probari posse, si verba ita ordinantur *εἰς μᾶλα καὶ Σικελὰν ἅλα εἰσορῶν*, ut novum habeamus exemplum figurae *τῆς ἀπὸ κοινοῦ*, e Theocrito illustratae ad Idyll. XV, 78. Praeterea cum e K *σικελικὰν* enotatum sit, malim *ἐσορῶν σικελικάν τ' ἐς ἅλα.*

57 — 60. Hos versus non posse eiusdem poetae esse, qui ceteros elegos fecit, intellexit Hermannus; itaque in margine posui.

60. *γυναικοφίλας*] Quod Gaisfordus e Polluce huc traxit VI, 168 *ὁ δὲ γυναικοφιλὴς ἐν ταῖς Πολυζήλου Μουσῶν γοναῖς οὐ πάνυ ἀνεκτόν*, nequaquam cadit in Theocritum, qui *γυναικοφίλας* non sane dixit pro *γυναικοφιλής*, sed paronymo usus est adiectivi *γυναικόφιλος*, ut Eratosthenes Anth. Pal. VI, 78 *Δάφνι γυναικοφίλα.* Sic etiam *ἐρημοφίλας* apud Paullum Silent. Anth. Pal. IX, 396 et inc. poetam Plan. IV, 256, *παιδοφίλας* apud Glaucum ibid. XII, 44 et *Ἑρμοφίλας* quod viri nomen est apud poetam Anth. Pal. VI, 55, pro quo in atticis titulis habes *Ἑρμόφιλος*. Contra *γυναικοφιλής* ut *μουσοφιλής* Philodemi in Anth. Pal. XI, 44 a verbis *γυναικοφιλέω* et *μουσοφιλέω* repetenda sunt.

63. 64. Hos versus habet Stobaeus Flor. LXXVIII, 2, ubi legitur *φείδευ τῶν ἀρνῶν, φείδευ λύκε τῶν ἐρίφων μευ.* Ex his *ἀρνῶν* prae edito *ἐρίφων* probandum videtur; Me-

nalcas enim, *εἰροπόκων ὀίων ποιμήν*, in ea carminis parte, quae hexametro versu scripta est, nullas pascit capellas; at in elegis idem et ovium et capellarum pastor est. Vs. 64 *πολλοῖσιν* pro vulgato *πολλαῖσιν* praebuit Stobaeus.

68. *ὅκκα πάλιν ἅδε φύηται*] *Ὄκκα* macroparalectum qui ab *ὄκκα* ultima correpta veteres grammaticos ita distinxisse scribit Hartungus Doctr. partic. II p. 315, ut illud pro *ὅταν*, *ὄκκα* ultima brevi autem pro *ὅτε* dictum sit, multum fallitur. Est ea Bastii ad Gregorium Cor. p. 86 doctrina, hoc uno Theocriti loco nixa, in quo quum duo codices habeant *ὅκκ' ἄν*, erunt fortasse qui hoc ipsum reponendum putent: cf. Hermannus Opusc. IV p. 46. Tutius tamen fuerit scribere *ὅκκ' αὖ*. Ed. pr.

72. *κἠμὲ γὰρ ἐκ τὤντρω*] Vulgo *κἄμ' ἐκ τῶ ἄντρω*, libri *κἄμ' ἐκ τὤντρων* et *τὤντρω*. Correxit Hermannus et ante Hermannum iam Valckenarius. Possis etiam *καὶ γὰρ ἔμ' ἐκ τὤντρω*, ut V, 82 *καὶ γὰρ ἔμ' ὡπόλλων φιλέει μέγα*.

73. *καλὸν καλὸν εἶμεν ἔφασκεν*] De repetito *καλός* dixit Hermannus dissert. de off. interpr. p. 21. Similiter poeta Anth. Pal. XII, 62 *καλὰ μὲν καλὰ τέκνα τέκεσθε*. Alciphro Epist. III, 1 *καλὸς γάρ ἐστι καλός, ὦ μῆτερ*. Etiam in picturis vasorum haud rara sunt verborum *καλὸς καλὸς* exempla. Idem dicendi genus restituendum poetae incerto apud Plutarchum Mor. p. 682 b

καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν καὶ αἱ φόβαι Εὐτελίδαο,
ἀλλ' αὐτὸν βάσκαινεν ἰδὼν ὀλοφώιος ἀνήρ.

ubi pro *καὶ αἱ* scribendum *καλαί*. Ed. pr. Recepit hanc emendationem Duebnerus. Cf. Anal. Alexandr. p. 165.

76. Post hunc versum qui sequitur in libris *ἀδὺ δὲ χὼ μόσχος γαρύεται, ἀδὺ δὲ χά βῶς*, eum ex Id. IX, 7 huc illatum esse primus intellexit Dahlius.

79. 80. Citat hos versus Servius ad Virgilii Ecl. V, 32.

82. *στόμα τοι*] Hermannus *στόμα τεῦ*, cui favet scriptura cod. *στόματοι*.

87. *ἀμολγέα*] Affert Eustathius p. 1018, 24 et 1625, 5.

89. *οὕτως*] Hermannus ad Moschi Id. I, 6 et Ahrensius *οὕτω κ'*. Tum *ἐπὶ ματέρι* Ahrensius ex K.

91. *οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο*] *οὕτω κα* Hermannus in schedis et Ahrensius. Pro *γαμεθεῖσα*, quae vulgata est scriptura etiam a Gregorio dial. dor. 92 reperta, plerique codd. *γαμηθεῖσα* habent; *γαμεθεῖσα* parum firmis argumentis tuetur Hermannus Opusc. vol. III p. 183. Ahrensius *δμηθεῖσα* edidit; mihi *μνασθεῖσα* praestare visum est, quod ipsum illud est quod Hermannus requirebat *nuptum petita*. Moerent autem virgines nuptum expetitae, quod a matris contubernio avelli nolunt.

92. *παρὰ ποιμέσι πρᾶτος*] Respicit Synesius Epist. 127.

93. *ἄκρηβος*] Malim *ἄκραβος* cum Brunckio; *ἄκρηβος* ex h. l. affert Eustathius Hom. p. 1428.

IX

2. *ἐφαψάσθω*] Haec constans fere librorum lectio est, quam revocandam putavi. Plerique Calliergen secuti ediderunt *ἐφεψάσθω*, quod legit etiam Planudes Synt. p. 106 et scholiastes, qui interpretatur *ἐπακολουθησάτω*. Sed haec admodum insolens forma est nec nisi recentioribus cognita. V. Lobeckium ad Phrynichum p. 719. Activae formae vestigium superest apud Suidam p. 38 Bekk. *εἶψα, ἠκολούθησα*, quod non in *εἰψάμην* mutandum, sed cum *ὦψα* i. e. *ὠψάμην* comparandum ab eodem Suida servato. Ed. pr. Praeterea complures libri, in his K, habent *ᾠδᾶς ἄρχεο Δάφνι συναψάσθω δέ*, quod Ahrensius secutus est. Wordsworthius spondeo in quarto pede primi versus offensus hos duo versus in unum contraxit *βουκολιάσδεο Δάφνι, ἐφαψάσθω δὲ Μενάλκας*. Debebat certe *συναψάσθω*. Nec tanto molimine opus erat, cum primo versu scribere posset *βουκολιάσδεο Δάφνι, τὺ δ' ἄρχεο πρῶτος ἀοιδᾶς*. Neque enim necesse est ut in anaphora idem verborum ordo eademque verborum formae serventur.

3. *μόσχους βουσὶν ὑφέντες*] Haec affert Eustathius Hom. p. 892 et 1627, 30. Tum plurimorum scripturam librorum *ὑπὸ* revocavit Ahrensius.

4. *καὶ ἐν φύλλοισι πλανῷντο*] *φύλλα* de fruticetis dici, ut *frondes* apud Ciceronem pro Cael. 42 *via inculta atque interclusa frondibus et virgultis*, alio, si recte memini, exemplo non constat. Quare erunt fortasse qui de graminibus herbisque pratorum intellegere malint, ut *λειμώνια φύλλα* XVIII, 39 legitur et *φύλλα τεθαλότα* XXII, 106 et *ὑακίνθινα φύλλα* de flore hyacinthi XI, 26. Fortasse tamen vitium subest, nec male opinor conicias *ἐν φελλοῖσι*.

6. Hic versus, cuius praeter nomen Menalcae nullum prope verbum est, quod non miris modis in codd. variatur, vel ob hanc causam suspicionem movet gravissimam; his si addideris, quam concinne haec carminis praefatio iisdem in verbis desinat, a quibus orsa erat, non dubitabis opinor quin recte versum in marginem relegarim; eadem Hauptii est opinio.

10. 11. *τάς μοι ἁπάσας λὶψ κόμαρον τραγοίσας ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξεν*] Mirum est nulli criticorum offensioni fuisse quod *omnes* sibi vaccas periisse dicit, quod ut verum fuerit, tamen cur disertim commemoretur nulla causa excogitari potest. Neque legisse illud *ἁπάσας* in libris suis scholiastas, ex eorum ad hunc locum adnotationibus perspicuum est: *ἅστινας, τὰς δαμάλας δηλονότι, ὁ λὶψ ἄνεμος ἀπέρριψεν ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς.* Gen. *τινὰς φησὶ τῶν βοῶν αὐτοῦ κατακρημνισθῆναι ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους.* Denique Vat. *τῶν βοῶν φησὶν αὐτοῦ τινὰς κατακρημνισθῆναι ἀπὸ (ὑπὸ) τοῦ λιβός. ἡ δὲ σύνταξις 'ἀπὸ ἄκρας σκοπιᾶς'.* Quos suspiceris fere in codd. suis hanc habuisse scripturam, malam illam quidem *τὰν τινας ἄκρας λὶψ — ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξεν.* Tale quid etiam in Mediceo legitur, ex quo enotatum est *τάς μοι ἀπ' ἄκρας λὶψ κτέ.* Quod quamquam propter sequens *ἀπὸ σκοπιᾶς* probari non potest, apertum tamen est *ἁπάσας* iam antiquitus vitii suspectum variisque modis emendatum fuisse. Scripsi igitur mutatione lenissima *τάς μοι ἀπώσας λὶψ κόμαρον*

τρωγοίσας ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξεν. Cf. Geopon. XI, 10 ὁ βορρᾶς τὴν κόρην ἐπὶ πέτρας ὠθήσας τῷ θανάτῳ παρέδωκεν, ubi ἀπὸ πέτρας scribendum, ut ἀπὸ σκοπιᾶς ἐτίναξεν legitur apud Theocritum, quod expecto quo pacto emendaturus sit Cobetus, qui Var. Lect. p. 277 ἀπὸ πέτρας ὠθεῖν et similia graeca esse negat eamque ob causam complures Menandri et Luciani locos attentat ubique κατὰ pro ἀπὸ substituens, idemque sine dubio in Euripidis loco facturus apud Stobaeum Flor. XCIX, 4 δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πετρῶν ῥίπτειν multisque eiusdem poetae aliis.

13. ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων ἢ ματρὸς ἀκούειν] Restitui iam olim plurimorum librorum lectionem ἐρῶντι, pro qua probari non debebat quod Toupius coniecit ἐρῶντε. Nec melius alii ἐρῶν τι, quod nollem secutus esset Ahrensius. Quid dici debeat optime intellexit scholiastes ad ἐρῶντι supplens παῖδες. At hoc ipsum παῖδες omitti non potest obtulitque pro μύθων Vat. idem καὶ habet pro ἤ. Eleganter et vere versum Hermannus in schedis correxit ut eum edidi.

19. ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χόρια ζεῖ] πῦρ δρύινον de igne e quernis lignis incenso tam mirifice dictum est, ut vitium subesse suspicer. Ac scripsit fortasse Theocritus ἐν πυρὶ δ' ἐμβρύων χόρια ζεῖ, *novelli pecoris intestina*. ἔμβρυον de tenello pecore dixit Homerus Od. ι', 245

ἑζόμενος δ' ἤμελγεν ὄϊς καὶ μηκάδας αἶγας,
πάντα κατὰ μοῖραν καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.

Fortasse etiam Cratinus a scholiasta allatus: χόρια τ' ἐμβρύων τε πλήθη, ubi in postremis τε πλήθη verbum latere videtur. ζεῖ in hac versus parte ante vocalem, bene Zieglerus tuetur ex Homero Il. λ, 554 et Od. μ, 75.

20. 21. οὐδ' ὅσον — ἤ] Hanc non video cur permiram syntaxin dicat Schaeferus, cum οὐδ' ὅσον idem valeat quod ἧσσον.

24. τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων] Complures codd. οὐδὲν ἴσως, quod ex οὔ κεν ἴσως corruptum videtur: tum pro ἴσως, quod mihi languere videtur, fortasse ἰδὼν scribendum est. Cf. Idyll. VII, 13 ἧς δ' αἰπόλος, οὐδέ κέ τίς

νιν ἠγνοίησεν ἰδών. Homerus Il. XVII, 395 οὐδέ κ᾽ Ἄρης λαοσσόος οὐδέ κ᾽ Ἀθήνη τόν γε ἰδοῦσ᾽ ὀνόσαιτο. et sic saepe omnes; quibus in locis si participio substituas ἴσως, senties quantum ἐνεργείας orationi detrahatur.

26. πέτραισιν ἐν ἰκαρίαισιν] Bona codd. pars καρίαισιν, quod a Brunckio receptum Valckenarius, per risum iocumque opinor, speciosum appellat. Icarias petras qui hic commemorari non posse vidit Bergkius, posuit ὑκκαρικαῖσιν, quod ὑκαρίαισιν scribendum esse ostendi Exercitt. phil. in Athen. I p. 27, ubi allatis exemplis adde Pausaniam II, 2, 4 ἐξ Ὑκκάρων, at duo codd. ἐξ Ὑκάρων.

29. τάν ποκ᾽ ἐγώ] Ita libri: correxi in proecdosi nescius eam iam I. H. Vossii emendationem fuisse.

30. μηκέτ᾽ ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς] Ineptissimae de hoc versu prolatae sunt opiniones, quibus longe praeferenda est eorum ratio qui totum versum deleri voluerunt. Probabile est eum inserendum esse Idyll. X post 21, ubi vide notam. Respicit Hesychii glossa Ὀλοφυγδόνα. φλυκτὶς ἐπὶ τῆς γλώττης. Eustathius Hom. p. 594, 26 ὀλοφύζω ὀλοφυγδών, ὡς τὸ ʽὀλοφυγδόνα φύσεις᾽. Et rursus p. 643, 35 ἐκ τοῦ ὀλοφύζειν ὀλοφυγὼν καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ ὀλοφυγδὼν ἡ παρὰ Θεοκρίτῳ.

33. Acute vidit Wordsworthius, quod nunc sublato vs. 30 etiam impar versuum numerus docet, post ὕπνος aliquid excidisse apteque comparat Virgilii Ecl. V, 45 *tale tuum carmen nobis, divine poeta, quale sopor fessis in gramine.* Supplere possis e. c. χλωραῖς ἐν βοτάναις κεκμακόσιν ἐστὶν ὁδίταις. Cf. Oppianus Cyn. II, 34 οἷος μὲν γλυκὺς ὕπνος ἐν ἄνθεσιν εἴαρος ὥρῃ, οἵη δ᾽ αὖτε θέρευς γλυκερὴ σπήλυγγι χαμεύνη.

34. οὔτ᾽ ἔαρ ἐξαπίνας] Heinsius οὔτ᾽ ἔαρ ἐργατίναις, Valckenarius οὔτ᾽ ἔδαρ ἐργατίναις, in quo ἔδαρ ab Eldickio accepit. Probavit haec etiam Hermannus.

35. οὓς γὰρ] Scribendum erat e codd. ὡς γάρ, ut edidit Ahrensius. Sequentia respicit Eustath. Hom. p. 1656, 57.

X

1. *ἐργατίνα βουκαῖε*] Propter *βουκαῖος* haec affert Eustathius Hom. p. 660, 18. 944, 23 et EM. p. 270, 30.

2. *οὔτε τὸν ὄγμον ἄγειν*] Ita vulgo et codd. plerique; K *οὐτεόν*, alii *οὔθ᾽ ἑόν*, quod a Casaubono commendatum post Zieglerum recepit Ahrensius.

3. *λῳοτομεῖς*] Ante Bergkium *λαιοτομεῖς* et vs. 22, 43 *λαῖον*. Eustath. Hom. p. 193 *λάιον δωρικῶς λέγεται, διὸ συνελὼν λαῖον αὐτὸ λέγει*. Cf. eundem p. 862, 55.

5. *δειλαῖε τύ γ᾽*] Ita Hermannus, *δείλαν τε καὶ* bona codd. pars, alii *δείλαν τυ καὶ* et *δειλάν γε καί*, unus *δειλαῖε καὶ*, in quo *καὶ* non satis intellego, recepit tamen Ahrensius. Equidem nunc praefero *δείλαν τε καὶ*. Recte post *δείλαν* memorari *μέσον ἦμαρ* docet Homerus Il. *φ*, 111 *ἢ ἠὼς ἢ δείλη ἢ μέσον ἦμαρ*. Nonnus Dion. XLII, 165 *δείελος, ἐς μέσον ἦμαρ, ἑώιος, ἕσπερος ἕρπων*. In nostra lectione *τε καὶ* dictum est ut in *χθιζά τε καὶ πρώιζα* similibusque.

7. *ὀψαμάτα*] Ita libri: correxi in proecdosi. Verba *πέτρας ἀπόκομμ᾽ ἀτεράμνω* affert Eustathius Hom. p. 1859, 30. Eadem respicit Opusc. ed. Taf. p. 314, 71 *πέτρας, εἴποι τις ἄν, ἀγελάστου κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπόκομμα*.

11. *χορίω κύνα γεῦσαι*] Quod olim scribendum suspicabar *γεῦσθαι*, ut XIV, 51 *μῦς, φαντί, Θυώνιχε, γεύμεθα πίσσας*, nunc retracto. Cf. Gregorius Cyprius Prov. III, 97, ubi *γεύειν* editur, ut apud Suidam v. *χαλεπόν*.

12. *ἑνδεκαταῖος*] Hoc Moschopulus ap. Boiss. AG. IV p. 375 interpretatur *ἑνδεκάτης σχεδὸν ἐρῶ γυναικός*, idque probavit adeo Boissonado.

13. *ἐκ πίθω ἀντλεῖς*] Iamblichus Stobaei Flor. XLVI, 75 *ἐκ πίθου τὰς χάριτας* (beneficia) *προχέοντες, ὥς οἱ ποιηταὶ λέγουσιν*.

14. *τοιγὰρ τὰ*] Hoc ex optimis libris editum est; vulgo *τοιγάρτοι*, quod revocavit Ahrensius.

21. Versum hunc ex Id. IX, 30 huc transtulit Hermannus μηκέτι mutato in μήποκα.

28. ἁλιόκαυστον] Compares cantilenam popularem politicis versibus scriptam, cuius initium a Niceta Chon. ed. Bonn. p. 115 servatum ita scribendum est:

μέλαινά τ' εἰμὶ καὶ καλή, διὸ προσέβλεψέν με ἥλιος.

Eam respicit etiam Eustathius de vita mon. p. 236 τοιαύτης ἐν σοὶ οὔσης μελάνσεως, ᾀδέτω ἡ κατὰ σε διαρτία τὸ μέλαινα εἶναι καὶ καλή. Sequentia imitatur Nonnus XXXIV, 118 Χαλκομέδην μὲν ἅπαντες, ἐγὼ δέ σε μοῦνος ἐνίψω Χρυσομέδην.

29. καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος] Hinc sua duxit Nonnus Dion. XL, 256 γραπτῆς ὑακίνθου φοιβάδος εἶχε μέταλλα, ubi perinepte ad lapidem relata vides, quae floris propria sunt, quod fecit etiam Dionysius poeta apud Bernhardium vol. II p. 504 ἀμεθύστου πορφυρέοντος ἄγαλμα μελαγγράπτης θ' ὑακίνθου. Ita enim scribendum videtur. At eleganter Nonnus III, 154 πολλὰ δὲ φοιβείοισι σοφοῖς ποικίλλετο φύλλοις γράμματα δενδρήεντα φιλοκλαύτων ὑακίνθων. X, 261 αἴλινον ἐν πετάλοισεν ἐπιγράψας Ὑακίνθῳ. XII, 225 ὡς γραπτοῖσι κορύμβοις, αἴλινον ἀκλαύτοισι τεοῖς ἐχάραξε πετήλοις.

30. ἐς τὼς στεφάνως τὰ πρᾶτα λέγονται] Legebatur ἐν τοῖς στεφάνοις, cuius loco cum codd. quidam habeant ἐν τῷ στεφάνῳ, Hermannus scripsit ἐν τοῖς στεφάνων τὰ πρῶτα. Probabilius mihi visum ἐς τὼς στεφάνως, eodem intellectu, quo Nicander ἐπὶ στεφάνους dixit apud Athenaeum XV p. 683 a ὅσα κῆποι ἀνδράσιν ἐργοπόνοις στεφάνους ἔπι πορσαίνουσιν. Sic enim legendum.

31. ἁ αἶξ τὸν κύτισον] Affert hunc versum Servius ad Virgilii Ecl. II, 63.

35. τὼς τὺ μὲν αὐλὸς ἔχοισα] Hermanni haec est correctio; libri τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα. In fine codd. fere ἢ μᾶλον τύ, quod invito poeta, opinor, revocavit Ahrensius. Duobus spondeis si quando versum claudit Theocritus, non solet in fine

ponere exilem voculam qualis est τύ. Ipse olim hunc versum ita corrigendum putabam. αὐλὼς μὲν τύγ' ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ γλυκύμαλον. Ita apte sibi responderent αὐλὼς μὲν τύ γε et σχῆμα δ' ἐγώ.

36. σχῆμα] Hoc de saltantis gestu interpretatur scholiastes: ὀρχούμενος δὲ ἐγὼ ἐν τῇ εἰκόνι ἐποίουν ἐμαυτὸν ἔχοντα ὑποδήματα, quam interpretationem etiam Hermanno probatam copiose explicat Berglerus ad Alciphr. Epist. I, 34. Ac sane σχήματα de saltationum figuris et σχηματίζειν de saltantibus frequentissime dicitur; apud Theocritum tamen nescio an σχῆμα de vestimenti habitu intellegendum sit, in hanc sententiam: *ego vero novo vestis habitu novisque amyclis indutus.* Itaque ad σχῆμα ex sequentibus καινὰς ἀμύκλας adiectivum καινὸν assumendum est. De ipsa veste σχῆμα dixit Porphyrius Abst. IV, 6 ἀεὶ ἐντὸς τοῦ σχήματος χεῖρες.

37. 38. οἱ μὲν πόδες ἀστράγαλοι τευς, ἁ φωνὰ δὲ τρύχνος] Inepta videtur Boissonado Anecd. gr. IV p. 433 pedum comparatio cum talis. Recte Hermannus in schedis 'pedes intellege bene tornatos, maxime propter talos, similes talis quibus ludebant, quorum quattuor latera plana erant, duo convexa, non notata numeris, ut deessent II et V, in planis autem opposita erant I et VI, III et IV. quod contra κύβος sex plana latera, ideoque etiam opposita inter se II et V habebat. Eustath. p. 1299, 55. Pollux IX, 100 ibique Iungermann'. Ad τρύχνος scholiastes: λέγεται στρύχνος, ὁ δὲ Θεόκριτος ἐξέβαλε τὸ σ διὰ τὸ μέτρον, τρύχνον εἰπών. Hanc nominis formam nusquam se repperisse disertim profitetur Photius Lex. p. 609, 28. Comparationem vocis cum trychno illustrat incerti comici versus ἤδη γάρ εἰμι μουσικώτερος τρύχνου Fragm. Com. IV p. 660, quod de stridula voce interpretatur Lobeckius Path. I p. 130.

39. ἐλελήθη βῶκος] Fort. μωκός, v. Lobeck. Paral. p. 345, sed Eustathius p. 962, 12 βοῦκος ex Theocrito afferens invenerat βῶκος. HERMANNUS IN SCHEDIS. Spondeo in quarto pede merito offensus Wordsworthus ἐλελήθη ὁ βῶκος scribi

voluit; hoc vero est *κακοῖσιν ἰᾶσθαι κακά*. Mihi non prorsus improbabile videtur Theocritum *ἐλελήθεε* scripsisse.

41. *ὂν ἀλιθίως ἀνέφυσα*] Longus II p. 39 Schaef. *εἰ δὲ μὴ μάτην τὰς πολιὰς ἔφυσα, μηδὲ γηράσας ματαιοτέρας τὰς φρένας ἐκτησάμην*. Ridens Battum dicit: quam ego stultus sum, qui non possum tam bella carmina canere. vide iam haec quoque quae Lytiersae sunt. Hermannus in schedis. *Ἀνέφυσα* metri necessitate coactus dixit; rectum est *φύειν τρίχας, φύειν ὀδόντας*, non *ἀναφύειν*, quo usus est etiam XII, 24.

44. *εὔεργόν τ' εἴη*] Inepte interpretantur bene cultum; imo quod bonum et facilem in metendo laborem praebeat. Hermannus in schedis.

48. *οὑτῶς*] Eustathius Hom. p. 630, 29 *Δωριεῖς κατὰ τὸ καλῶς, σοφῶς, δυνατῶς φασὶ καὶ οὑτῶς, οἷον 'πιαίνεται ὁ στάχυς οὑτῶς'*.

49. *φεύγοι τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνος*] Vulgo *φεύγεν* et *ὕπνον*. Correxit Hermannus, cui favet librorum nonnullorum scriptura, in quibus *φεύγει* et *ὕπνος* legitur. Editum servat schol. Vict. ad Il. *γ*, 323 et me invito servarunt nostrae operae.

51. *ἄρχεσθαι δ' ἀμῶντας*] Particulae *δέ* nullum hic locum esse iam Reiskius intellexit, et abest ea a compluribus libris. Emendavit locum Hermannus. Quod enim Zieglerus dicit, Theocritum alibi diphthongum infinitivis non detraxisse, nullius momenti est.

54. *τὸν τὸ πιεῖν*] Omittit *τὸν* Colb., unde Hermannus *τὸν πιέειν* scripsit. Consimili errore legitur apud poetam in Anthol. Pal. XII, 34 *εἶς ἔφερεν τὸ φαγεῖν*, ubi cum Schaefero *ἔφερέν τι φαγεῖν* scribendum.

55. Hunc versum affert schol. rec. ad Aristophanis Plut. 192 et cum sequente Stobaeus Flor. XVI, 9, quorum uterque *ἑψεῖν* (Stob. cod. A *ἑψῆν*, sed Vind. *ἕψειν*) habet, qua forma non usus esse videtur Theocritus. Pro *μὴ 'πιτάμῃς* plures codd. *μή τι τάμῃς*. Vulgatam servat Stobaeus, qui pro *καταπρίων* habet *διαπρίων*.

58. *λιμηρὸν ἔρωτα*] Ita dicit amorem qui segniter opus

agenti nihil mercedis fert. Compares Alciphr. Ep. I, 9 *ἀποδίδοσθαι καὶ ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια λιμηρὰν φέρει τὴν παραμυθίαν*, quod non incommode interpreteris de solamine famem afferente; at alii libri ibi *λυπηράν* habent, quod *λυπρὰν* scribi iussit Cobetus.

XI

2. *οὔτ' ἔγχριστον ἐμὶν δοκεῖ οὔτ' ἐπίπαστον*] Pro *ἐπίπαστον* unus codex, sed notae deterioris, *ἐπίπλαστον*. Theophylactus Epist. IV p. 74 *ἢ ἐγκεράσας ἢ ἐπιχρίσας ἢ ἐπιπλάσας τῷ νοσήματι ἀντιπαλαμήσομαι*. Ed. pr.

4. *ἁδὺ γίνετ' ἐπ' ἀνθρώποις*] Codd. fere *ἐπ' ἀνθρώπους*. Illud tuetur Homerus Od. XIII, 60 *τά τ' ἐπ' ἀνθρώποισι πέλονται*. Simonides Stobaei Flor. XCVIII, 16 *νοῦς οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν*. Ed. pr.

7. *γοῦν*] *γῶν* Ahrensius.

9. *ἄρτι γενειάσδων*] Statilius Flaccus Anth. Pal. XII, 12 *ἄρτι γενειάζων ὁ καλὸς καὶ στερρὸς ἐρασταῖς*. Alciphro Ep. I, 28 *ὥς τις ἄρτι νεάζειν ἀρχόμενος*, ubi recte Nauckius *ἄρτι γενειάζειν* correxit.

10. *οὐδὲ ῥόδῳ οὐδὲ κικίννοις*] Codd. *οὐδ' αὖ ῥόδω, οὐδ' αὖ ῥόδοις, οὐδὲ ῥόδοις*, unde Hermannus in schedis coniecit *οὐδ' αὖ ῥοδέοισι κικίννοις*, *roseis corollis*.

11. *ὀρθαῖς μανίαις*] Vulgo *ὀλοαῖς*. Illud scripsi e Iunt. et K. *ὀρθὰς μανίας* dicit amoris furorem nullis ambagibus utentem. Ed. pr.

16. *Κύπριδος ἐκ μεγάλας τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον*] Non dubitari potest, ut equidem opinor, quin vera huius versus scriptura sit ea quam exhibui. Articulum *τό* refero ad *ἕλκος*, *infestum sub pectore vulnus ferens, quod Veneris telum ei inflixit*. Insolens quidem dicendi genus est *ἕλκος πῆξαι*, nec tamen exemplo destitutum. Syringis scriptor vs. 7 *ὃς Μοίσᾳ λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ ἕλκος*. Similiter Sophocles Antig. 961 *ἕλκος τυφλοῦν* dixit *caecando vulnus infligere*. Ed. pr. Verba

Κύπριδος ἐκ μεγάλας suspensa sunt a *βέλεμνον*, structura Theocrito familiari, ut I, 140 *λίνα πάντα λελοίπει ἐκ μοιρᾶν*. VII, 15 *ἐκ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο κνακὸν δέρμα*. IX, 10 *λευκᾶν ἐν δαμαλᾶν καλὰ δέρματα*. Ita etiam *ἀπό* V, 95 *ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον* et VI, 15 *ἀπ' ἀκάνθας ταὶ κατυραὶ χαῖται*.

18. *ἄειδε τοιαῦτα*] Hephaestio ed. Gaisf. p. 10 *ὅμως μέντοι καὶ ἐν ἔπεσιν εὑρίσκεται* (*οι* correptum) *ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ 'ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα'*. Affert etiam Choeroboscus p. 143, 24.

20. *λευκοτέρα πακτᾶς*] Himerius Or. I, 19 *τὰ ποιητῶν ἀνάγκη φθέγγεσθαι 'ὦ λευκότητος καὶ γάλακτος'. ταῦτα γάρ πού τις ποιμὴν παρ' ἐκείνοις ποθῶν τὴν Γαλάτειαν προσείρηκεν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ποιήσας τέχνης τὸ μέλος*. Nisi potius haec ad Philoxenum referenda sunt. V. Bergk. P. L. p. 993.

21. *φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς*] Male haec intellexit qui hoc carmen pluribus locis expressit Philostratus Im. II, 18 *ἐστὶ δὲ αὐτῷ* (Polyphemo) *ποιμενικὸν ᾆσμα ὡς λευκή τε εἴη καὶ γαῦρος καὶ ἡδίων ὄμφακος*.

22. Hunc versum, qui in libris post 24 legitur, huc transposuit Hermannus in dissert. de arte poesis bucolicae p. 11.

28. *πᾳ νῦν*] Ita Ahrensius e Med. C, complures *τὰ νῦν*, vulgo *πω νῦν*.

29. *τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν*] Haec Iovis obtestandi forma Theocriteis pastoribus non usitata hic tanto maiorem mirationem habet, quod Cyclops Iovi est infensissimus. Homerus Od. IX, 275 *οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν οὐδὲ θεῶν μακάρων, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰμεν*. Euripides Cycl. 320 *Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω, ξένε, οὐδ' οἶδ' ὅτι Ζεύς ἐστ' ἐμοῦ κρείσσων θεός*. Ovidius Metam. XIII, 844 *narrare soletis nescio quem regnare Iovem*. Nisi igitur Theocritus a communi opinione recessit, vel Cyclopi amoris vi victo mitiorem erga Iovem animum affinxit, suspicari possis poetam scripsisse *τὶν δ' οὐ μέλει οὐδαμᾷ οὐδέν*.

30. *οὕνεκα*] *ὥνεκα* K, qui versu sequente *οὕνεκα*, quod habet etiam schol. Homeri ap. Cram. AP. III p. 417. Ahrensius utroque loco *ὥνεκα*.

34. *οὗτος — χίλια βόσκω*] Affert haec Servius ad Virgilii Ecl. II, 23.

39. *τὶν τὸ φίλον γλυκύμαλον*] Accusativo *τίν* mirum est Theocritum in hoc solo carmine usum esse. Cf. 55 et 68.

41. *μαννοφόρως*] *μανοφόρως* (*μηνοφόρως*) Reiskius, ut capreoli lunulas in fronte gerentes intellegantur, quae ratio multum habet quo commendetur. Cf. Hermannus in Wiener Jahrbücher der Literatur vol. 123 p. 216.

43. *ὀρεχθεῖν*] Eustathius Hom. p. 1285 *Θεόκριτος δὲ ἐπὶ θαλάσσης τὴν λέξιν (ὀρεχθεῖν) τίθησι καθ' ὁμοιότητα τοῦ 'ῥοχθεῖ δὲ μέγα κῦμα'*. Eadem schol. Vict. ad Aristoph. Nub. 1368.

47. *πολυδένδρεος*] *πολυνδένδρυος* Med. C, *πολύδενδρος* Colb. Fortasse *πολυδένδριος*.

49. *τίς κεν τῶνδε θάλασσαν*] Ita vulgo: libri *τίς κἄν*, non *τίς κεν*, quod primus invexit H. Stephanus. Recte Brunckius *τίς κα*. Recepit etiam Ahrensius, qui de particula *κά* pluribus locis Theocrito restituenda optime disputavit in Philol. vol. VI p. 425.

51. *ἔντι δρυὸς ξύλα μοι*] Falluntur qui haec in aliam sententiam deflectunt, quam quae a Palmerio Exerc. p. 803 indicata est, qui rectissime intellexit Polyphemum hoc dicere, ligna ignemque sibi esse perpetuum, quo pili Galateae invisi urendo removeri possint. Hunc audire debebat Hemsterhusius, neque vs. 50 in alienam sedem transferre.

54. *ὤμοι ὅτ' οὐκ ἔτεκέν μ' ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχοντα*] Nonnus Dion. II, 304 *ὤμοι ὅτ' οὐκ Ἀίδης πέλεν ἤπιος.* 325 *ὤμοι ὅτ' οὔ με φύτευσε πατὴρ βροτός.* XXVI, 22 *ὤμοι ὅτ' οὐ Λυκόοργος ἀρήιος ἐνθάδε ναίει.* XLVIII, 540 *ὤμοι ὅτ' οὐ βροτὸν ἔσχον ἐγὼ ταχύποτμον ἀκοίτην.*

56. *ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκά*] Ut apud Theocritum Cyclops Galateae terrestria dona pollicetur, ita apud Callima-

chum ipse a Galatea munera expetit quae mare gignit. Ita enim interpretandum videtur unum illud carminis Galateae nomine inscripti fragmentum ab Athenaeo VIII p. 284 servatum:

ἢ μᾶλλον (καλόν?) χρύσειον ἐν ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθύν,
ἢ πέρκας ὅσα τ' ἄλλα φέρει βυθὸς ἄσπετος ἅλμης.

58. *τὰ μὲν — χειμῶνι*] Haec affert Athenaeus I p. 5a.

60. *κόριον*] Ex hoc loco affert schol. Dionysii Thracis p. 856, 23. Sequuntur verba *νῦν αὐτόθι νεῖν γε μαθεῦμαι*. Haec vulgata olim horum verborum lectio erat, quam qui genuinam sibi videri dicit Valckenarius, vellem quem sensum istis subiceret cum lectoribus communicasset. Profecto ineptissimum est Cyclopem dicere, nandi artem se ab advenis nautis discere velle. Pro *αὐτόθι* codd. *αὐτόγε*, *αὐτίγε* et *αὐτόγα*, quod arripuit Zieglerus Hesychium afferens *Αὐτόγε, ἐπ' ἐκεῖνον τὸν τόπον*, quod ex *αὐτόσε* corruptum esse apertum est videruntque iam alii; *νεῖν*, cui Med. 16 *πλεῖν* superscriptum est, et ipse intactum reliquit et Ahrensius qui *αὐτῶ* edidit pro *αὐτόθι*, quo nil proficitur. Conieceram *νῦν αὐτοπλοεῖν*, sed praestat sine dubio quod ex Hermanni emendatione posui *νῦν αὖ δύπτειν*. De sequentibus verbis *γε μαθεῦμαι* haec scripsit Cobetus Var. Lect. p. 42 *nunquam efficiet Theocritus ut μαθεῦμαι pro μαθήσομαι graecum esse videatur, neque ut γε non videatur πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ perinepte insertum.* At antequam reprehenderetur poeta, constare debebat scripsisse eum quod vulgo editur. Particulam *γέ* codd. optimi et plurimi omittunt; quare non dubitandum quin scripserit poeta quod ex Vat. edidi *μεμαθεῦμαι*. Quam formam ut eiusdem generis alias utrum ipse finxerit Theocritus an ex populari sermone receperit incertum est; hoc scio, ad eandem rationem *ἀπεροῦμαι* pro *ἀπερήσομαι* dixisse supparem aetate poetam Posidippum Anth. Pal. XII, 120 *εὐοπλῶ καὶ πρὸς σὲ μαχήσομαι, οὐδ' ἀπεροῦμαι θνητὸς ἐών*. Futurum *μαθοῦμαι* etiam Moscho I, 6 restituendum videtur.

63. *ἐξένθοις — καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο*] Affert haec Servius ad Virgilii Ecl. IX, 39.

68. *πείποχ'*] Hoc restituit Ahrensius, *πήποχ'* libri, *πάποχ'* vulgo.

69. *ὀρεῦσά με λεπτὸν ἐόντα*] Vix aptum videtur *λεπτὸν ἐόντα*, pro quo, si sensum spectas, potius *λεπτυνόμενον* requiras. Sensit hoc Reiskius, *λεπτυνέοντα* coniciens, quae si vera est emendatio, commode comparari possunt quae scripsimus ad Idyll. II, 2. Dubitare tamen licet an non potius *λεπτύνοντα* scribendum sit. Ed. pr. Hermannus et Ahrensius *λεπτυνθέντα*, sed ne aoristus quidem aptus est.

74. *τάχα καὶ*] Ita libri, ut videtur, omnes, *τάχα κεν* vulgo, *τάχα κα* Ahrensius. Tum *νῶν* ex bonis codd. scripsi pro *νοῦν*; fecit etiam Ahrensius.

78. *ὑπακούσω*] Hoc iam olim pro *ὑπακοίσω* restitui, legiturque in optimis codd. Vide ad Id. VII, 95.

80. *ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα*] Verbo *ποιμαίνειν* i. e. *βουκολεῖν*, *consopire*, ita nullus alius usus est. Nec facit huc Orpheus p. 507 Herm. *ποιμαίνειν πραπίδεσσιν ἀνόμματον ὠκὺν ἔρωτα*. Versu sequente assentior iis, qui *εἰ* post *ἤ* excidisse coniciunt. Neque enim recte Seidlerum ad Euripidis Electr. p. 125 negasse *ἤ εἰ* in unam syllabam coalescere, docet Alexidis locus apud Athenaeum VI p. 244e *ἢ τοῖς Βορεάδαις ἢ εἴ τι θᾶττον ἔτι τρέχει*. Ed. pr. Ita etiam Ariphron apud Athenaeum XV p. 702a in Bergkii Poet. lyr. p. 992 *ἢ εἴ τις ἄλλα θεόθεν ἀνθρώποισι τέρψις*, et Sophocles Epig. fr. 195 Dind. *κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν — γυναικὸς ἢ εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς*. ita enim codd. habent, sed locus est corruptissimus. Recte Is. Vossium *εἰ* addidisse, docet nunc K, in quo liquido scriptum est *ἢ εἰ χρυσὸν ἔδωκεν*, *quam si aurum medico pro mercede dedisset*. Ita enim recte haec interpretatur scholiastes.

XII

2. *οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν*] Hinc Ausonius Epist. XII, 3 *τί κεναῖσιν ἐπ' ἐλπίσιν αὔτως* ludimus

ἀφραδίῃσιν ἐπ' ἤματι γηράσκοντες. Affert hunc versum etiam Simplicius ad Aristotelis Phys. p. 167 Ald. ubi ποθοῦντες scriptum est; respicit eodem praeter Eustathium ad Odyss. p. 1679, 20 et 1867, 61 etiam Firmus Caesariensis in Muratorii Anecd. p. 310 ἐπειδὴ τοὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν ὁ παλαιὸς κατέχει λόγος, et Mazares apud Boissonadium Anecd. gr. vol. III p. 148 τοῖς γὰρ πόθῳ κάμνουσιν, κατὰ τὸν εἰπόντα, βίος ὅλος ἡμέρα μία.

3. 4. ὅσον μῆλον βραβύλοιο ἥδιον] Affert haec Athenaeus I p. 50 a.

9. φρύγοντος] Vulgo φρύττοντος, qua forma cum non usus esse videatur Theocritus, restitui quod libri optimi et plurimi cum hoc loco tum VI, 16 dederunt φρύγοντος. Ed. pr. Tum ἔδραμεν cod. K. De structura loci v. Hauptium in Praef. ind. lectt. aest. 1855 p. 11.

11. ἐπεσσομένοις δὲ γενοίμεθα πᾶσιν ἀοιδή] Plane sic Homerus Od. VIII, 580 ἵνα ᾖσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή. Quae proxime sequuntur ipsam esse quam optat sibi amator posterorum cantilenam, cum orationis series et progressus docet, tum vero intellegitur ex adnotatione scholiastae: ἵνα οἱ μεταγενέστεροι τῆς φιλίας ἡμῶν μνησθέντες λέγωσιν ὅτι δύο πρὸ ἡμῶν ἐγένοντο ἄνθρωποι etc. Ed. pr.

12. οἵω δή τινε τώδε] Scripsi οἵω, *quale illud fuit amicorum par!* pro vulgato δοιώ, quod non videtur ferri posse. Tum mirum est neminem haesisse in verbis μετ' ἀμφοτέροισι, quae sic intellegi video quasi scriptum esset μετ' ἀλλήλοισι, quod recte fieri docere neglexerunt: neque huc pertinet Sophocles OC. 1427. Itaque non dubitavi recipere quod iam olim (ed. 1825) proposui μετὰ προτέροισι, quemadmodum scholiastam legisse haec eius verba docent δύο πρὸ ἡμῶν ἐγένοντο. Ed. pr. In eandem emendationem incidit Briggsius. Ahrensius edidit θείω δή τινε τώδε.

13. φαίη χ' ὡμυκλαΐζων] Ita vulgo; scripsi χ' ὡμυκλαϊάζων, secutus cod. K, in quo χώμυκλαϊάσδων legitur. Cui formae quod metrum obesse scribit Zieglerus, non recte scriptum esse

multa docent exempla, ut *Κρηταέες* = *Κρηταιεῖς* apud Callimachum Dian. 205 *Κρηταέες καλέουσιν ἐπωνυμίην*. *Νικαέες* = *Νικαιεῖς* ap. incertum Anth. Plan. IV, 291 *καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος* (leg. *Ἀλεξαμενὸς*) *Νικαέων ἱερεύς*. Ipsum *Ἀμυκλαΐδαι* media brevi certa coniectura restitui poetae anonymo in Delectu Anth. p. 238. De formis qualis est *ἀμυκλαϊάζειν* pro *ἀμυκλαΐζειν* disseruit Lobeckius Proleg. Path. p. 481 sqq.

14. *τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὥς κεν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἀίταν*] Frustra haec variis coniecturis viri docti tentarunt. Commixtae sunt duae constructurae: *τὸν δ' ἕτερον ὁ Θεσσαλὸς εἴποι ἂν ἀίταν* et *ὁ δ' ἕτερος, ὡς ἂν ὁ Θεσσαλὸς εἴποι, ἀίτας*. Plane sic Aeschylus Pers. 187 *τούτω στάσιν τιν' ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν, τεύχειν ἐν ἀλλήλοισιν*. Quo loco cum aliis usus est Erfurdtius ad Sophoclis Ant. 736. Immemores fuerunt eius rei interpretes Ciceronis Reip. I, 37 *si ut Graeci dicunt, omnes aut Graios esse aut barbaros, vereor ne barbarorum rex fuerit*. Cf. idem Offic. I, 6, 22. Ed. pr. Apparet haec et quae his sunt similia ad attractionis usum latissime in antiquis linguis patentem referenda esse.

15. 16. *ἦ ῥα τότ' ἔσσαν χρύσειοι πάλαι ἄνδρες*] Inexplicabile est et variis coniecturis tentatum *πάλαι*, elegans contra et sensui aptissimum quod ex optimis libris restitui *πάλιν*. Rediisse illo tempore dicit aetatem auream. Similiter Acusilaus de Cratete et Polemone amicis coniunctissimis dicebat *ὡς εἶεν θεοί τινες ἢ λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους* apud Laertium Diogenem IV, 21. Ed. pr. Pro *ἔσσαν*, quod etiam Ahrensius recepit, nunc *ἦσαν* ex optimis libris revocavi: alterius formae nullum certum exemplum est, nec potest esse; tales enim formae cum metri causa inventae sint, apertum est poetas, ubi longa syllaba requirebatur, nullam legitimae formae *ἦσαν* mutandae necessitatem habuisse. In epigrammate Anthol. Pal. XIV, 147 *ἕπτ' ἔσσαν μαλεροῦ πυρὸς ἐσχάραι*, cod. habet *ἔσαν*, itaque scribendum *ἑπτὰ ἔσαν* hiatu excusabili, aut *ἕπτ' ἦσαν*.

22. *τούτων μὲν ὑπέρτεροι*] Ingeniose nuper N. Piccolos Supplém. à l'Anth. grecque p. 301 coniecit *ἀλλ' ἤτοι τού-*

των μὲν ὕπερ θεοὶ οὐρανίωνες θήσονθ᾽ ὡς ἐθέλουσιν, nisi quod pro *θήσονται* ad linguae usum rectius esset *φράσσονται* vel *γνώσονται*. Nihil tamen mutandum videtur; *τούτων ὑπέρτεροι* nove, si quis ita velit, dixit poeta pro *κύριοι τούτων ἔσονται*, *liberam de his, prout volunt, statuendi potestatem habent*. Male Toupius comparat Apollonium Argon. III, 987, ubi *στονόεντος ὑπέρτερος ἔσσομ᾽ ἀέθλου* significat *laborem hunc vincam et superabo*, ut *ὑπερτέραν χεῖρα* Sophocles de manu victrice dixit. Graefius, qui post *οὐρανιώνων* distinxit et reliqua sic scribi posse putavit *ἔσσοιθ᾽ ὡς ἐθέλουσι*, strenue *βαρβαρίζει*. Tale quid si voluisset poeta, scripsisset *ἔσσεται ὡς ἐθέλουσι*, vel *ἔστω ὅπως ἐθέλουσι*.

24. *ἀραιῆς*] *ἀκραίης* tentabat Köhlerus coll. IX, 30 (X, 21) *μήποτ᾽ ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς*. Ferendum hoc esset si pro *ὕπερθε* legeretur *ἐπί*; nunc aut alia emendatio quaerenda est aut relinquendum poetae ineptum nasi epitheton.

29. *Διοκλέα*] Schol. Aristoph. Acharn. 774 *Διοκλῆς τις ἥρως ἐτιμᾶτο παρὰ Μεγαρεῦσιν, ᾧ καὶ ἀγῶνα τελοῦσι τὰ Διόκλεια, οὗ καὶ Θεόκριτος μέμνηται*.

32. *γλυκερώτερα χείλεσι χείλη*] Respicit Iulianus Misop. p. 338 d *ὁ πώγων — οὐκ ἐπιτρέπων καθαρὰ λείοις καὶ διὰ τοῦτο οἶμαι γλυκερωτέροις* (fort. *γλυκερώτερα*) *χείλεσι χείλη προσμάττειν, ὅπερ ἤδη τις ἔφη τῶν ἐργασαμένων σὺν τῷ Πανὶ καὶ τῇ Καλλιόπῃ εἰς τὸν Δάφνιν ποιήματα*.

35. *ἤ που*] *ἤ πῃ* Ahrensius e codd. Tum *ἐπιβωστρεῖ* vulgo, codd. optimi *ἐπιβωτρᾷ*, alius *ἐπιβῶνται*, ex quo recte Ahrensius restituit *ἐπιβῶται*.

37. *μὴ φαῦλον ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί*] Haec plurimorum librorum scriptura est, quam Wordsworthius correxisse sibi visus est est scribendo *μὴ φαῦλον ἔχῃ τύπον*. At lydio lapide non typus auri exploratur, sed aurum. Recte Schaeferus *φαῦλος* scripsit; habetque id ipsum K. Sed *ἐτήτυμον* non suo loco positum videtur, ac fortasse *ἐτήτυμοι* scribendum est, i. e. *erroris immunes*.

XIII

4. *τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες*] Scio hoc defendi posse ex ipso Theocrito, qui *εἰσορᾶν* pro *ὁρᾶν* dixit I, 87. V, 3. VI, 31 aliisque locis; nihilominus poetam scripsisse suspicor *οὐκέθ' ὁρῶμες*.

5. *Ἀμφιτρύωνος ὁ χαλκεοκάρδιος υἱὸς*] K repetito articulo *ὠμφιτρύωνος*, cui tuendo in proecdosi praeter alia *ἀπροσδιόνυσα* attuleram Idyll. IV, 21 *τοὶ τῶ Λαμπριάδα τοὶ δαμόται*, et 33 *καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον*. Sed in primo Theocriti loco *τοὶ δαμόται* explicationis causa post *τοὶ τῶ Λαμπριάδα* illatum est, in altero *τὸ ποταῷον* adverbiascit et est *versus orientem*. Nihilo certiora sunt exempla a Bernhardio ad Eratosth. p. 55 allata. In nostro loco servata optimorum codicum scriptura *ὠμφιτρύωνος* facili emendatione scribi potest *ὠμφιτρύωνος ὁ χαλκεοκάρδιος ἥρως*. Interim revocavi vulgatam.

8. 9. Hos versus cum magna veritatis specie Valckenarius post 13 transponendos suasit.

10. *οὔτ' εἰ μέσον ἆμαρ*] Libri *οὐδ' εἰ*, correxit Sauppius Epist. crit. ad Hermannum p. 109.

11. *ὁππόχ' ἁ*] Ita Graefius, libri *ὄχα ἁ*, vulgo *ὄχχ' ἁ*. Tum *ἀνατρέχοι* Schaeferus. Optativus recte haberet, si aoristus legeretur et vs. sequente *ποτὶ κοῖτον ἴδοιεν*. Ita haec optime responderent optativo *ὄροιτο* vs. 10. Ut nunc res est, vereor ne *ἀνατρέχει* servandum et pro *ὁρῷεν* scribendum sit *ὁρῶσιν*, i. e. ΟΡΩCIN pro ΟΡΩΙΕΝ, *nunquam ab eius latere discedebat, neque si medius dies surgeret, neque eo tempore, quo Aurora adscendit, nec quo pulli gallinarum nidum expetunt*. Indicativum manifesto habuit schol. Laur. qui *ὁρῷεν* explicat per *βλέπουσιν, ἤγουν πρὸς κοίτην ἔρχονται*.

13. *σεισαμένας πτερὰ ματρὸς*] Haec obversabantur Nonno Dion. III, 102 *καὶ πτερὰ σεισαμένη φιλοκέρτομον ἴαχε φωνήν*.

15. *αὐτῷ δ' εὖ ἕλκων*] Haec Toupio ex Homeri loco

Il. ν, 703 explicanda videntur: *ἀλλ' ὥστ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον ἶσον θυμὸν ἔχοντε τιταίνετον· — ὡς τῷ παρβεβαῶτε μάλ' ἕστασαν ἀλλήλοιιν.* Quod probarem equidem, si *αὐτῷ ἁμᾷ δ' ἕλκων* vel simile quid scriptum esset, quamquam vel sic iusto brevius vel obscurius poetam locutum esse dicerem. Cod. Tolet. *ἐξέλκων*, unde ridicule Wordsworthius *ἐξ αἴκλων* exsculpsit. Propius vero D. Heinsius coniecit *αὐτῷ δ' εὖ ἥκων*. Scribendum videtur *αὑτῶ δ' εὖ ἐλθών* i. e. *ἑαυτοῦ εὖ ἔχων*. Pro edito *αὐτῷ* scholiastam legisse *αὑτῶ* ex eius adnotatione intellegitur; nec desunt vestigia participii *ἐλθών*: *καλῶς διερχόμενος καὶ διαβιβάζων τὸν ἑαυτοῦ βίον.*

21. *εὔεδρον ἐς ἀργώ*] Eustathius Hom. p. 192, 12 *ναῦς δὲ εὔσελμος ἡ εὔζυγος καὶ εὐκάθεδρος, καθὸ εὔεδρον ἀργὼ φησί που Θεόκριτος.* Male: sed tamen Valckenarius aliique probarunt; significat firmam, ut sequentia docent. Aeschylus S. c. Th. 301 *εὔεδροί τε στάθητε.* Hermannus in schedis.

24. *ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν*] In his, cum *ἀφ' ὧ* vix aliud significare possit quam *ab quo inde tempore*, inest aliquid inepti, quod facile tolli potest si scribas *ἄφνω δέ τε χοιράδες ἔσταν.* Sed offendit etiam *μέγα λαῖτμα*, quod de angusto inter Symplegadas mari dici non potest; multu minus de Phaside, quod verissime negat Lobeckius ad Aiacem p. 269. Itaque in eam opinionem inclinat animus, nt hunc versum ad sententiam superfluum ab alia manu accessisse credam. Ed. pr. Versum hunc eliminandum esse fortasse recte olim statui, nec de *ἄφνω δέ τε* dubitandum videtur. Potest vero difficultas etiam ita expediri, ut duo hemistichia *βαθὺν δ' εἰσέδραμε Φᾶσιν* et *αἰετὸς ὣς μέγα λαῖτμα* ab interpolatrice manu accessisse statuantur et poeta ita haec scripsisse existimetur:

ἅτις κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς,
ἀλλὰ διεξάιξεν, ἄφνω δέ τε χοιράδες ἔσταν.

Si tamen genuinus est versus, vitium in *μέγα λαῖτμα* inesse crediderim, quae etiam Reiskii sententia fuit, male tamen *μεγάλαιχμος* conicientis, pro quo tolerabilius esset *μεγάλαιμος.*

Ahrensium nunc omnes hos versus 22—24 damnasse video, iudicio ut equidem opinor iusto severiore.

25. *ἆμος δ' ἀντέλλοντι πελειάδες*] Affert haec Eustathius Hom. p. 1713, 7 propter *πελειάδες* pro *πλειάδες* dictum.

26. *τετραμμένω εἴαρος ἤδη*] Idem tempus navigationis Argonautarum indicatur in carmine XXII, 43 *ἔαρος λήγοντος*.

27. *θεῖος ἄωτος*] Eustathius Hom. p. 1429, 14 *καί τις τῶν συγγραφέων ἄκρον ἄωτον ἐν λογίοις φησὶ τοὺς ἐν λόγοις οἷον ἀνθοῦντας, καὶ Θεόκριτος τοὺς Ἀργοναύτας ʽθεῖον ἄωτον ἡρώων᾽ φησί.*

29. *νότῳ — ἀέντι*] Valckenarius dativum ex more Theocriti positum esse dicens, qui sit ille mos non docuit. Male etiam Kiesslingius dativum pro genetivo positum statuit; comparandum potius Sophocleum illud Antig. 332 *χειμερίῳ νότῳ περῶν* et quae huic similia leguntur plurima.

30. *εἴσω δ' ὅρμον ἔθεντο*] Non recte Valckenarius scribi quoque potuisse dicit *εἴσω δ' ὅρμῳ ἔθεντο*, quo modo nemo unquam locutus est; *ὅρμον θέσθαι* idem est quod *ὁρμίζεσθαι*, ut *οἰκία θέσθαι* pro *οἰκεῖν* dicitur et *αὖλιν θέσθαι* pro *αὐλίζεσθαι* apud Quintum VI, 161. Paulo aliter Dionysius Per. 516 *Σηστὸς ὅπῃ καὶ Ἄβυδος ἐναντίον ὅρμον ἔθεντο.*

31. *αὔλακας εὐρύνοντι*] I. e. *εὐρείας αὔλακας ἕλκουσι.* Heinsius *εὐθύνοντι*, Med. *εὐρύοντι*. In seqq. *τρίβοντες ἄροτρα* iam olim posui ex optimis codd. pro *ἄροτρον*, quod *ἀρότρῳ* scribi voluit Hemsterhusius. Mihi non incredibile videtur poetam scripsisse *τείνοντες ἄροτρα*, quod fortasse glossator M legit, qui *τρίβοντες* interpretatur per *ἕλκοντες*.

36. *ὕδωρ ἐπιδόρπιον*] Hinc sumpsit Nonnus Dion. X, 227 *ὅπως ἐπιδόρπιον εἴη αὐτὸς ἐῷ βασιλῆι φέρων γλυκερώτερον ὕδωρ.* XXII, 128 *γείτονος ἐκ ποταμοῖο πιεῖν ἐπιδόρπιον ὕδωρ.*

38. *οἱ μίαν ἄμφω*] Schol. Apollonii Arg. I, 1289 de Telamonis et Herculis amicitia agens multosque coniunctis viri-

bus labores sustinuisse dicens: *καὶ ὁ Πίνδαρος ἱστορεῖ, ὁ δὲ βουκόλος ἁπλῶς αὐτοὺς ἔφη φίλους εἶναι 'οἳ μίαν — τράπεζαν'*. Firmat librorum lectionem *ἄμφω*, pro qua Hemsterhusii coniecturam *ἀμφὶ* qui fere necessariam esse dicit Valckenarius, neque turpem hiatum reformidavit neque meminerat rectissime dictum esse *δαίνυσθαι τράπεζαν*, ad exemplum locutionis *δαίνυσθαι γάμον*. Haec enim his similia comparari debebant, non *δραμεῖν ὕλην, πηδᾶν πεδία* et quae praeterea minus apta allata sunt.

40. *ἡμένῳ ἐν χόρτῳ*] Multi libri *εἱμένῳ*. Depressa loca *καθήμενα* vel *καθειμένα* dicuntur: fluctuat enim scriptura, v. Iacobs. ad Aelian. H. A. XVI, 12 p. 538; *ἥμενος* vereor ut recte dicatur *χῶρος*. Suspicor scripsisse Theocritum *εἱαμένᾳ χόρτω*, ut *ἐν εἱαμενῇ ἕλεος* Il. IV, 483. XV, 603, de qua voce Buttmannus in Lexil. II p. 24. Hermannus in schedis. De voce *εἱαμενή*, cuius difficillima est explicatio, ingeniose nuper disputavit Iohannes Classen in dissertatione secunda de sermone homerico p. 10, non tamen ut persuaserit. In Theocriti loco nihil mutandum videtur. Pro *χόρτῳ*, quod a magna codicum parte oblatum iam olim recepi, vulgo editur *χώρῳ*.

42. *εἰλιτενὴς ἄγρωστις*] Etymol. M. p. 299, 18 *Εἰλιτενὴς ἄγρωστις. Θεόκριτος· ἡ ἐν τοῖς ἕλεσι γινομένη, ῥιζοβόλος γὰρ καὶ ἐπιπολὺ διικνουμένη.* Ex quibus verbis Hemsterhusius Etymologum apud Theocritum *εἰλιγενής* legisse suspicabatur: non ita legisse postrema grammatici verba dilucide ostendunt, quae aperte docent glossae auctorem *εἰλιτενής* explicare de planta, cuius radices in paludosis locis late serpunt; pro *γινομένη* fort. scrib. *τεινομένη*. Eodem intellectu *σκολιή* dicitur in versu proverbiali Geopon. XV, 1, 19 *ἐν κορυδοῦ κοίτῃ σκολιὴ κέκρυπται ἄγρωστις.*

45. *Εὐνείκα*] Pauci libri *Εὐνίκα*, quod fortasse recte praefert Hermannus Opusc. VI p. 167. Tum *Νύχεια* edidi pro *Νυχεία*, ut recte hoc nomen scriptum est Anthol. Pal. IX, 684.

46. *ἐπεῖχε ποτῷ*] Frustra hoc suspectum visum est etiam Valckenario. Alii praetulerunt *ποτῶ*, quod cum *κρωσσὸν*

7. *ἤρατο μὰν καὶ τῆνος — ἀλεύρω*] Haec Doederlinius ita distinguit, ut Aeschinae tribuantur per interrogationem elata *ἤρατο μὰν καὶ τῆνος;* quibus respondeat Thyonichus *ἐμὶν δοκεῖ, ὀπτῶ ἀλεύρω.* Quae ratio vereor ut ferri possit; *μήν* in tali orationis structura non est *obsecro*, sed *tandem*, nec ponitur in interrogationibus nisi rectis *τί μήν; πῶς μήν;*

8. *παίσδεις ὠγάθ' ἔχων*] Respicere videtur Hesychius, *Παῖς δή, παιδαριεύῃ.* Ita codex, scribendum *παίσδεις.*

9. *θρὶξ ἀνὰ μέσσον*] Respicit Eustathius Opusc. p. 292, 48 et ad Hom. p. 795, 59.

10. *ἀσυχᾷ*] Hoc posui praeeunte Ahrensio; vulgo *ἄσυχος*, codd. fere *ἄσυχα.* Nescio tamen an non recte Aeschines *aliquantulum acer* dicatur, cui adversantur sequentia.

11. *παρὰ καιρόν*] Ita scripsi pro eo quod vulgo legitur *κατὰ καιρόν*, nisi interpretandum *omnia tibi ad libitum, pro ut tibi ipsi καίριον videtur, cedere volens.*

12. 13. *ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας Ἆπις*] Perrarum hoc nomen in Graecia, sed notus est Apis fabulosus Arcadiae rex; nec inepte compares compositum *Περίαπις*, qui Pheretis Thessali filius fuit, apud Apollodorum Bibl. III, 13, 5. Ac Theocriteus quoque Apis Thessalus est, ut nomen hoc in Thessalia haud infrequens fuisse suspiceris. Praeterea *Ἆπις* pugil memoratur a Macedonio Anth. Pal. XI, 80. Alioqui *Ἆγις* suspicari possis. In iis quae statim sequuntur *Κλεύνικος ὁ στρατιώτας*, cum ceteri convivae a patria designentur, videndum erit ne *Στρατιώτας* scribendum sit. Stephanus Byz. p. 586, 13 *Στράτιον, πόλις Ἀκαρνανίας, ὁ πολίτης Στρατιώτης καὶ Στράτιος.* Vocem *ἱπποδιώκτας* Hesychius hunc ipsum, opinor, Theocriti locum respiciens, interpretatur per *ἡνίοχος*, cum potius de *κέλητι* intellegenda sit.

15. *βύβλινον*] De biblino vino unus omnium doctissime egit Mazochius ad Tabb. Heracl. p. 200. Quod Athenaeus I p. 31 a scripsit, *Ἐπίχαρμος δὲ ἀπό τινων ὀρῶν Βιβλίνων φησὶν αὐτὸν ὠνομάσθαι*, in eo Epicharmi nomen mihi quidem

vitii suspectum est, eique *Ἐπαρχίδης* substituendum conicio, de quo scriptore vide Athenaeum I p. 30 b. d.

16. *ευώδη — ὡς ἀπὸ λανῶ*] Nonnus Dion. XIX, 131 *ληνὸν ἔτι πνείοντα νεώτερον ὄγκον ὀπώρης*.

17. *βολβός τις κοχλίας ἐξηρέθη*] Non male Hermannus *βολβός τις* interpretatur *aliquam multus*. Recepi tamen elegantem coniecturam Wordsworthii, *βολβὸς κτεὶς κοχλίας*. Eandem vocem desidero apud Machonem Athenaei XIII p. 579 f *πέμψαντος αὐτῇ χιόνα σαπέρδην θ' ἕνα*, ubi olim *θ' ἅμα*, nunc *κτένα* scribendum puto.

21. *γοῦν*] Ahrensius e duobus codd. praeeunte Brunckio *νῶν*.

22. *'λύκον εἶδες' ἔπαιξέ τις. 'ὡς σοφός' εἶπεν*] Verba postrema temere a criticis tentata optime interpretatur scholiastes: *ἡ Κυνίσκα φησὶ πρὸς τὸν εἰς αὐτὴν παίξαντα, ὡς σοφός τις, καὶ ἅμα ταῦτα εἰποῦσα καὶ μνησθεῖσα τοῦ Λύκου οὕτως ἐφλέγετο κτἑ.* Ed. pr. Pro *λύκον εἶδες* Schaeferus memor Virgiliani *lupi Moerin videre priores*, conicit *λύκος εἶδέ σ'*. Ac favent huic quae leguntur in Geoponicis XV p. 1038 *ὁ λύκος προορῶν τὸν ἄνθρωπον ἀσθενέστερον αὐτὸν ποιεῖ καὶ ἄφωνον, ὡς ὁ Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις αὐτοῦ φησίν, ὀφθεὶς δὲ πρότερον ὁ λύκος αὐτὸς ἀσθενέστερος γίνεται.* Platonis quem respicit locus est in Rep. X p. 336 d, ubi ipsum quidem proverbium non memoratur, at respicitur aperte: *καί μοι δοκῶ, εἰ μὴ πρότερος ἑωράκειν αὐτὸν ἢ ἐκεῖνος ἐμέ, ἄφωνος ἂν γενέσθαι.* Atque ita etiam Servius ad Virgilii Ecl. IX 54 *hoc etiam physici confirmant, quod voce deseratur quem prior viderit lupus*, et Themistius Or. XXI p. 253 *φασὶ τοὺς ὑπὸ λύκου ὀφθέντας γίνεσθαι ἀναύδους.* At editum servat praeter anonymum apud Suidam v. *λύκον* p. 632 *σὺ δ' οὐκ ἂν δύναιο πρὸς αὐτὸν ἀντιβλέπειν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον 'οὐ φθέγξῃ; λύκον εἶδες', εἴπερ ἄλλοθι που, κἀνταῦθα δόξει κυρίως εἰρῆσθαι,* Donatus ad Terentii Adelph. IV, 1, 22 *evenit iis, quos prior viderit lupus, ut cum cogitatione in qua fuerint etiam voce et verbis careant; sic Theocritus 'οὐ φθέγξῃ;*

λύκον εἶδες. Quem mirum est non vidisse Theocritea contraria esse ei quod demonstraturus erat.

23. *κῆφᾶπτ'*] Ita Hermannus: libri fere *κῆφατ'* vel *κήφατ' ἔτ'*. Inde a Stephano *χῆφθα.*

26. *τούτω τὸν κλύμενον*] Hoc per antiptosin dictum videtur Doederlinio pro *τούτω τῶ κλυμένω — ἔρωτα.* Non credo; *τὸν κλύμενον ἔρωτα* ironice dicit nobilem illum et praeclarum amorem.

27. *ἀσυχᾷ*] Codd. *ἄσυχα, ἄσυχον, ἄσυχος,* Ahrensius *ἁσυχᾷ.*

30. *Λαρισσαῖος*] Hic quoque optimus liber rectam formam *Λαρισαῖος* obtulit pro vulgato *Λαρισσαῖος,* quae forma optandum est ut tandem aliquando e graecis latinisque scriptoribus tollatur.

30. 31. *ᾆδεν ἀπ' ἀρχᾶς, θεσσαλικόν τι μέλισμα*] Inepti sunt qui hic de thessalica cantilena cogitant, de quo recte admonuit Kiesslingius. Sed *μέλισμα* corruptum videtur scribendumque puto *πάλαισμα* coll. Athenaeo VII p. 308 b *σὺ δέ μοι εἰπέ, ὦ θετταλὸν πάλαισμα Μυρτίλε.* Idque confirmat etiam sequens *κακαὶ φρένες* de homine malitiae pleno dictum, ut apud Moschum I, 8. Cf. *κακὸν κέαρ* apud Callimachum Anth. Pal. VII, 318. Ac similiter correxit iam Heinsius *σόφισμα,* quod ipsum pro *πάλαισμα* Athenaeo restitui voluit Porsonus; frustra. Verte igitur locum Theocriti *iterum iterumque decantabat Lycum meum, Thessalus veterator.*

32. *ἔκλαεν ἐξαπίνας*] Ita libri, nisi quod Vat. B habet *ἔκλαεν.* Non credibile est *ἔκλαεν* secunda brevi poetam dixisse; multo facilius ferrem *ἔκλαιεν,* ut *Ἀθηναῖος Πειραιεύς* et alia id genus penultima correpta efferuntur. Si aeolicam formam Theocrito concedere liceret, commode scribi posset *κλάιεν ἐξαπίνας.* Et quidni liceat? praesertim testante grammatico in Prolegg. ad Theocritum p. 5, 21 *οὐ μὴν ἀπολιμπάνεται καὶ αἰολίδος.* Qui suo arbitratu dialectos miscuit et ionicas atticasque formas prout ipsi libuit cum doricis coniunxit, potuit etiam *κλαΐω* scribere pro *κλαίω.* Aeolicum est et semel a Theo-

crito usurpatum, sed Apollonii testimonio firmatum, τέ pro σέ Idyll. I, 5. Neque incredibile est eundem XVII, 58 νεόγιλλος et XXII, 8 ῥοδόμαλλον, quorum utrumque codd. habent, cum Aeolensibus scripsisse pro νεόγιλος et ῥοδόμαλον, et V, 30 τυῖδε. Eadem prorsus Callimachi fuit licentia, in cuius hymno in Cererem, qui dorica dialecto scriptus est, cum v. 95 hodie legatur:

κλαῖε μὲν ἁ μάτηρ, βαρὺ δ' ἔστενον αἱ δύ' ἀδελφεαί,
χὼ μαστὸς τὸν ἔπινε καὶ αἱ δέκα πολλάκι δῶλαι *),

nemo sane suspicaretur pro ἔπινε aeolicum ἔπωνε scripsisse poetam, nisi id liquido, sed ab interpretibus non intellectum, legeretur in Ambr. lateretque etiam in scriptura Voss. ἔπυνε.

33. ἐξαέτις] ἐξαέτης e bonis codd. enotavit Gaisfordus: nec male ita legeretur, ut docet Asclepiades Anth. Pal. VII, 11 παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς.

34. ἴσᾳς] Libri ἴσαις et ἴσας, vulgo ἴσης, Zieglerus ἴσᾳς.

35. ἀνειρύσσασα] Ita pro ἀνειρύσασα scripsi ad Moschi Id. IV, 116. Idem vitium tollendum e Nonni Dion. XXX, 2. XXXV, 325 aliisque locis.

36. ἐμὸν κακόν] Hoc praecedentibus iunxit Doederlinius, ut appositio sit; vereor ut recte.

38. τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι] σὰ om. K, unde Ahrensius τεὰ scripsit pro τὰ σὰ et δάκρυσι pro δάκρυα ex coniectura Wordsworthii. Notum est hunc versum multis coniecturis locum dedisse; quod mihi olim scribendum videbatur τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα λαβρεύονται, ne nunc quidem displicet; ac respexit fortasse ad hunc ipsum Theocriti locum Hesychius Λαβρεύονται· ῥέουσι. Quod Hermanno ad Moschi IV, 58 videbatur, vulgatae scripturae hanc sententiam subiectam

---

*) Ὁδοῦ πάρεργον moneo, quoniam editores non monuisse video, perinepte in hoc versu nutricem sic commemorari, quasi adhuc Erysichthoni, minimum viginti annorum adolescenti, ubera praeberet. Voss. χὼ omittit, unde haec nascitur scriptura μαστός θ', ὃν ποκ' ἔπωνε, καὶ αἱ δέκα πολλάκι δῶλαι.

esse: *illi lacrimae tuae manant pro pomis, quae pignora sint amoris*, id nemini opinor probabitur.

39. *μάσταχα δοῖσα*] Wakkeri haec emendatio est, cuius ignarus Lobeckius ad Aiac. p. 241 tentabat *μάσταχα δ' οἷα τέκνοισιν ἐπεὶ προφέρῃσι χελιδών* coll. Homero Il. IX, 324. Libri *μάσταχα δ' οἷα*. Manifesto *δοῖσα* in suo codice habuit scholiasta: *χελιδὼν τροφὴν δοῦσα τοῖς νεοσσοῖς*.

43. *ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν*] Libri fere *ἔβακεν ταῦρος*, unde fuerunt qui scriberent *ἔβα Κένταυρος*. At Centauro vel maxime in silvis degenti nullus hic esse locus videtur. Posui quod omnium aptissimum videtur, *ἔβα ποκὰ ταῦρος ἀν' ὕλαν*. Nimirum extrita, ut fit, prima syllaba, quod reliquum erat *κα* ab aliis in *καὶ* ab aliis in *κεν* mutabatur.

47. *οἷ δὲ Λύκος*] Ita Toupius, *οἶδε Λύκος* K et Flor. *ἁ δὲ Λύκω* vulgo, *ἡ δὲ Λύκου* Medic. Non acquievit in Toupii emendatione Doederlinius, qui edidit *ἁ δὲ Λύκω νῦν πάντα*, *Lycus besitzt sie nun ganz*. Id graece dicendum erat *ἃ δὲ Λύκω νῦν πᾶσα*. Quodsi *οἷ* in ipso enunciationis initio ferri non potest, quod facile credo affirmanti Doederlinio, scribere licebit *τᾷ δὲ Λύκος νῦν πάντα*, ut habent codices quidam correcti.

51. *νῦν δὲ πόθεν; μῦς, φαντί, Θυώνιχε, γεύμεθα πίσσας*] Ita recte orationem distinxit Hermannus, cum optimi libri habeant *νῦν δὲ πόθεν μῦς φαντί*. Vulgo manifesta interpolatione *νῦν δέ ποθ' ὡς μῦς φαντί*, quod tenens Doederlinius coniecit *νῦν δὲ ποθῶ· ὡς μῦς φαντί*. Quam crasin, ut cetera omittam, non tuetur Homericum illud *υἱεῖ ἐμῷ ὠκυμόρῳ δόμεν ἀσπίδα*, quod ab illo diversum est. *Νῦν πόθεν* hinc sumpsisse videtur Nonnus Dion. VIII, 78. Cf. Ruhnkenium ad Longin. XXII p. 400. Apud Iulianum Orat. VI p. 203 c scribendum *ἀλλ' οὐκ ἔστι σοι τούτων οὐδὲν σπουδαῖον· πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ*. Perfecti formam *γεύμεθα*, quam acerbe taxat Cobetus Var. Lect. p. 42, si poeta e plebeio Siciliensium sermone adscivit, nihil habet quod iure reprehendas. Non minus mirabile est quod Etym. M. p. 458, 40 ex nescio quo scriptore attulit participium *θύμμενον* (hoc accentu) a verbo *τύφειν*, vel quod

metri necessitate coactus Timon Phliasius apud Diogenem Laertium II, 126 dixit *λῆρον ἀναστήσας ὀφρυωμένος ἀφροσιβόμβαξ*, quibuscum comparari possunt serioribus usurpata *ἀπάμειπτο* Nonn. Dion. VII, 165. Anth. Pal. XIV, 4. *ἐποχήμενος* vel *ἐποχημένος* (variat enim accentus) apud Nonn. VIII, 229. IX, 191 (ubi Graefius male *ἐποχούμενος*) XI, 69. pluraque apud Lobeckium ad Buttmanni Gr. II, 17. Alia grammaticorum erroribus debentur, e. c. *φλασμένος* pro *πεφλασμένος* ab Hesychio memoratum. De proverbio *μῦς πίσσας* cf. Photium Epist. 171 et interpr. Diogen. Cent. II, 64.

56. *ὁ στρατιώτας*] Similiter articulum posuit Id. XV, 129 *ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός*, *er der bräutigam*, quod cum emphasi dictum est, ut illud apud Nonnum Dion. VII, 197 *Ζεὺς δὲ πατὴρ σκοπὸς ἦεν ὁ τηλίκος*. Sed emphasi vix hic locus est. Nec male Koehlerus *ἐν στρατιώταις*, quamquam mihi quidem magis placeret *ἀσπιδιώτας*. Olim tentaveram *ὁμαλὸς δέ τις ὢν στρατιώτας*. Wordsworthius vitiato metro *ὁμαλὸς δέ τίς οἱ στρατιώτας*, quod secutus est Doederlinius.

57. *νοῦν*] Ahrensius *νῶν*.

59. Post hunc versum vulgo sequuntur haec: *τὰ δ' ἄλλ' ἀνὴρ ποῖός τις; ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος*. Quae etiam Valckenario suspecta cum iam in proecdosi non Theocriti esse iudicassem, quamquam reperta in suo codice a Stobaeo Flor. XLVIII, 11, nunc delere non dubitavi; nec leguntur in quattuor bonae notae codicibus. Deleverunt etiam Zieglerus et Ahrensius, frustra revocavit Boissonadius Anecd. gr. IV p. 403 mutata in hunc modum personarum distinctione: ΑΙΣΧ. *ἐλευθέρῳ οἷος;* ΘΥΩΝ. *ἄριστος*. ΑΙΣΧ. *τἆλλα δ' ἀνὴρ ποῖός τις, ἐλευθέρῳ ὅστις ἄριστος;*

60. *ἐρωτικός*] Imitatur Agathias Anth. Pal. V, 216 *κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος, ἐρωτικός*. Hoc de Ptolemaeo Philadelpho dictum quam vere dictum sit ostendit Valckenarius Diss. de Aristobulo p. 53.

63. *βασιλέα*] *βασιλῆ'* vulgo, *βασιλῆα* fere codd. *βα-*

σιλέα C et apud Stobaeum Voss. Trinc. Pro *δεῖ* Stob. habet *χρή*. Versus nondum emendatus non displiceret ita scriptus *οἷα χρή· βασιλέα δ' αἰτεῖν χρεὼν οὐκ ἐπὶ παντί.*

67 — 69. *ἀπὸ κροτάφων — λευκαίνων ὁ χρόνος*] Affert haec schol. Homeri apud Cramerum AP. III p. 204 et 233 Eustathius in Hom. p. 492, 41. 727, 26. 877, 10.

69. *ποιεῖ τί δεῖ ἇς γόνυ χλωρόν*] Schol. Aristophanis Acharn. 215 *στερρὸν ἀντὶ τοῦ γεγηρακός, καὶ αὖον, ὥσπερ κατ' ἀντίθεσιν ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων χλωρόν. Θεόκριτος 'ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν'.* Quae ad hunc locum pertinere vidit Valckenarius. Cf. Suidas v. *στερρόν*. Eustathius Praef. comm. Pind. p. 57, 21 *τὸ ἇς ἀντὶ τοῦ ἕως, οὗ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ εἰπόντι 'ἇς γόνυ χλωρόν'*. Cf. idem in Hom. p. 812, 49. 1237, 21. 1615, 25.

XV

1. *Ἔνδοῖ Πραξινόα*] Etymol. M. p. 663, 23 *οἱ Συρακόσιοι — τὸ ἔνδον ἐνδοῖ λέγουσιν ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ 'ἐνδοῖ Πραξινόα'*. Affert eadem Gregorius Cor. ed. Lips. p. 367, respicit Eustathius Hom. p. 140, 13. gramm. Crameri An. Oxon. III p. 397, 10. Cf. Iohannes de Acc. p. 36, 11. qui *ἔνδοι* scribit.

2. *αὐτᾷ*] Ita Wartonus, libri et Gregorius Cor. p. 370 *αὐτῇ*, quod Ahrensius *αὐτεῖ* i. e. *αὐτοῦ* scripsit in hunc modum: *ὅρη δίφρον Εὐνόα· αὐτεῖ.*

3. *ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον*] Huc referenda glossa Hesychii *Ποτίκρανον, πρόσκρανον, προσκεφάλαιον.*

4. *ὦ τᾶς ἀλεμάτω ψυχᾶς*] Gregorius Cor. p. 370 *ἀδέματον ψυχὴν τὴν νεκράν*. Vulgo *ἀδεμάτου*, codices fere *ἀδεμάτω* et *ἀδαμάτω*, unde *ἀλεμάτω* effinxerunt Scaliger et Stephanus. V. Hermannum Opusc. V p. 97, qui etiam de sequentium versuum inter colloquentes personas distributione admonuit. Ed. pr.

5. *πολλῶ μὲν ὄχλω*] Ante Wartonum *πολλοῦ μὲν ὄχλου.*

Non recte haec alios a superioribus seiunxisse puto, ut sint genetivi admirantis; vix e tanto hominum et quadrigarum tumultu animam suam se servasse dicit.

7. *τὺ δ' ἑκαστέρω ὦ μέλ' ἀποικεῖς*] Locus criticorum naufragiis infamis vulgo ita scriptus est *τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς.* Pro *ἑκαστοτέρω* K habet *ἑκαστέρω.* Valckenarius tentabat *τὺ δ' ἑκαστέρω ἄμμιν ἀποικεῖς.* Hermannus *τὺ δ' ἑκαστατέρω μευ ἀποικεῖς*, comparativo ab *ἑκάστατος* formato. Mihi scripsisse videbatur Theocritus quod exhibui *τὺ δ' ἑκαστέρω ὦ μέλ' ἀποικεῖς*, coniectura facili et ad sensum commoda. Dictione *ὦ μέλε, o bona*, in feminae compellatione usus est Aristophanes Lys. 157 aliisque locis. Eiusdem generis sunt *ὦ οὗτος, ὦ τᾶν, ὦ τάλαν*, de quibus dixerunt Lobeckius Rhem. p. 332 et Lehrsius ad Herodianum p. 336. Quorum exemplis adde Machonem Athenaei XIII p. 578 e. Quod alias Theocritus hac formula non usus esse reperitur, nullius momenti est.

8. 9. *ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος — οἴκησιν*] In his *ταῦτα* interpretantur *propterea, gerade deshalb*, quo sensu si *ταῦτα* ponitur, particulam *ἄρα* vel *δή* vel *τοί* comitem habet, ut XIV, 3 *ταῦτ' ἄρα λεπτός.* Aeschylus Pers. 164 *ταῦτα δὴ λιποῦσ' ἱκάνω.* Musonius Stobaei Flor. LVII, 20 *ταῦτά τοι νομίζουσι.* Eam ob causam ante *ἐπ' ἔσχατα* orationem incidi, ut huius rei culpam totam marito imputandam esse dicat. Quae non inusitata est dicendi ratio, ut apud Sophoclem Oed. Tyr. 1326 *τάδ' ἦν Ἀπόλλων*, et apud Alexin Athenaei XIII p. 610 e *τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδήμεια, τοῦτο Ξενοκράτης.* Vocem *πάραρος* ex hoc loco affert schol. Homeri apud Cramerum AP. III p. 225, 25 et Eustathius in Hom. p. 672, 60 et 1319, 12. Ceterum verba *ἔσχατα γᾶς* de extremo urbis vico intellegenda sunt cum H. Stephano. Habitabat fortasse Praxinoe in mapalibus istis quae in urbis Alexandriae descriptione commemorat Strabo XVII p. 795 *εἶθ' ἱππόδρομος ἔστι καὶ αἱ παρακείμεναι καλιαὶ μέχρι τῆς διώρυγος.* Ita enim haec correxi Vindic. Strabon. p. 244. Reiecit interpretationem Stephani Valckenarius; qui quod unius saltem idonei scriptoris exemplo istam dictionem

σιλέα C et apud Stobaeum Voss. Trinc. Pro *δεῖ* Stob. habet *χρή*. Versus nondum emendatus non displiceret ita scriptus *οἷα χρή· βασιλέα δ' αἰτεῖν χρεὼν οὐκ ἐπὶ παντί*.

67 — 69. *ἀπὸ κροτάφων — λευκαίνων ὁ χρόνος*] Affert haec schol. Homeri apud Cramerum AP. III p. 204 et 233 Eustathius in Hom. p. 492, 41. 727, 26. 877, 10.

69. *ποιεῖ τί δεῖ ἇς γόνυ χλωρὸν*] Schol. Aristophanis Acharn. 215 *στερρὸν ἀντὶ τοῦ γεγηρακός, καὶ αὖον, ὥσπερ κατ' ἀντίθεσιν ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων χλωρόν. Θεόκριτος 'ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν'*. Quae ad hunc locum pertinere vidit Valckenarius. Cf. Suidas v. *στερρόν*. Eustathius Praef. comm. Pind. p. 57, 21 *τὸ ἇς ἀντὶ τοῦ ἕως, οὗ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ εἰπόντι 'ἇς γόνυ χλωρόν'*. Cf. idem in Hom. p. 812, 49. 1237, 21. 1615, 25.

XV

1. *Ἔνδοῖ Πραξινόα*] Etymol. M. p. 663, 23 *οἱ Συρακόσιοι — τὸ ἔνδον ἐνδοῖ λέγουσιν ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ 'ἐνδοῖ Πραξινόα'*. Affert eadem Gregorius Cor. ed. Lips. p. 367, respicit Eustathius Hom. p. 140, 13. gramm. Crameri An. Oxon. III p. 397, 10. Cf. Iohannes de Acc. p. 36, 11. qui *ἔνδοι* scribit.

2. *αὐτᾷ*] Ita Wartonus, libri et Gregorius Cor. p. 370 *αὐτῇ*, quod Ahrensius *αὐτεῖ* i. e. *αὐτοῦ* scripsit in hunc modum: *ὅρη δίφρον Εὐνόα· αὐτεῖ*.

3. *ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον*] Huc referenda glossa Hesychii *Ποτίκρανον, πρόσκρανον, προσκεφάλαιον*.

4. *ὦ τᾶς ἀλεμάτω ψυχᾶς*] Gregorius Cor. p. 370 *ἀδέματον ψυχὴν τὴν νεκράν*. Vulgo *ἀδεμάτου*, codices fere *ἀδεμάτω* et *ἀδαμάτω*, unde *ἀλεμάτω* effinxerunt Scaliger et Stephanus. V. Hermannum Opusc. V p. 97, qui etiam de sequentium versuum inter colloquentes personas distributione admonuit. Ed. pr.

5. *πολλῶ μὲν ὄχλω*] Ante Wartonum *πολλοῦ μὲν ὄχλου*.

Non recte haec alios a superioribus seiunxisse puto, ut sint genetivi admirantis; vix e tanto hominum et quadrigarum tumultu animam suam se servasse dicit.

7. τὺ δ' ἑκαστέρω ὦ μέλ' ἀποικεῖς] Locus criticorum naufragiis infamis vulgo ita scriptus est τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἔμ' ἀποικεῖς. Pro ἑκαστοτέρω K habet ἑκαστέρω. Valckenarius tentabat τὺ δ' ἑκαστέρω ἄμμιν ἀποικεῖς. Hermannus τὺ δ' ἑκαστατέρω μευ ἀποικεῖς, comparativo ab ἑκάστατος formato. Mihi scripsisse videbatur Theocritus quod exhibui τὺ δ' ἑκαστέρω ὦ μέλ' ἀποικεῖς, coniectura facili et ad sensum commoda. Dictione ὦ μέλε, *o bona*, in feminae compellatione usus est Aristophanes Lys. 157 aliisque locis. Eiusdem generis sunt ὦ οὗτος, ὦ τᾶν, ὦ τάλαν, de quibus dixerunt Lobeckius Rhem. p. 332 et Lehrsius ad Herodianum p. 336. Quorum exemplis adde Machonem Athenaei XIII p. 578 e. Quod alias Theocritus hac formula non usus esse reperitur, nullius momenti est.

8. 9. ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος — οἴκησιν] In his ταῦτα interpretantur *propterea, gerade deshalb*, quo sensu si ταῦτα ponitur, particulam ἄρα vel δή vel τοί comitem habet, ut XIV, 3 ταῦτ' ἄρα λεπτός. Aeschylus Pers. 164 ταῦτα δὴ λιποῦσ' ἱκάνω. Musonius Stobaei Flor. LVII, 20 ταῦτά τοι νομίζουσι. Eam ob causam ante ἐπ' ἔσχατα orationem incidi, ut huius rei culpam totam marito imputandam esse dicat. Quae non inusitata est dicendi ratio, ut apud Sophoclem Oed. Tyr. 1326 τάδ' ἦν Ἀπόλλων, et apud Alexin Athenaei XIII p. 610e τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδήμεια, τοῦτο Ξενοκράτης. Vocem πάραρος ex hoc loco affert schol. Homeri apud Cramerum AP. III p. 225, 25 et Eustathius in Hom. p. 672, 60 et 1319, 12. Ceterum verba ἔσχατα γᾶς de extremo urbis vico intellegenda sunt cum H. Stephano. Habitabat fortasse Praxinoe in mapalibus istis quae in urbis Alexandriae descriptione commemorat Strabo XVII p. 795 εἶθ' ἱππόδρομος ἔστι καὶ αἱ παρακείμεναι καλιαὶ μέχρι τῆς διώρυγος. Ita enim haec correxi Vindic. Strabon. p. 244. Reiecit interpretationem Stephani Valckenarius; qui quod unius saltem idonei scriptoris exemplo istam dictionem

confirmari debuisse dicit, non cogitavit nullis indigere exemplis quae in omni sermone rectissime dicuntur.

11. *Δείνωνα*] Hoc posui Brunckium et Valckenarium secutus; codd. *Δίνωνα*, *Δίδωμα*, *Δίκωνα*, *Δίχωνα*. Probavi olim *Δίνωνα*, quod ad *δῖνος* revocandum esset; sed exemplo caret. Frequens contra apud Dorienses *Δείνων*. Vulgata olim scriptura erat *τοιαῦτα Διώνα*, fortasse e codd. ducta; nec male legeretur *τοιαῦτα Δίκωνα*, quod nomen Syracusanum est apud incertum poetam Anthol. Pal. XIV, 15.

15. *ἀπφὺς μὰν τῆνος*] Vocem *ἀπφύς* ex hoc loco affert Eustathius Hom. p. 565, 27. 886, 36. 971, 31. 1048, 28.

15. 16. *λέγομες δὲ προαθρῆν πάντα*] Ita Seidlerus haec conformavit; libri fere *λέγομες δὲ πρόαν θήν πάντα*, quod intellegi non potest. Pro *λέγομες* percommodum esset si cod. aliquis praeberet *ἔλεγον*.

16. *νίτρον καὶ φῦκος*] *νίτρον* est quod chemici nostri appellant *feuerfestes laugensalz*, de quo dixit Beckmann Beiträge zur Gesch. der Erfind. vol. IV p. 12 et Creuzerus in Comment. Herod. p. 42. Saponi apparando adhibitum fuisse praeter alios docet Hesychii glossa a Musuro omissa *Νίτρον, σαπῶν (σάπων) καὶ εἶδος ἰατρικόν*. In seqq. adverte participium praesentis *ἀγοράσδων ἦνθε*. Emerat homo, ut illa quidem putabat, *νίτρον καὶ φῦκος*, at rediit *ἅλας* afferens. Cf. Mimnermus Strabonis XIV p. 634 *ἔνθεν παχνήεντος ἀπορνύμενος ποταμοῖο θεῶν βουλῇ Σμύρνην εἵλομεν Αἰολίδα*. Nicander Athenaei XV p. 683 b *πρῶτα μὲν Ὠδονίηθε Μίδης ἅπερ Ἀσίδος ἀρχὴν λείπων ἐν κλήροισιν ἀνέτρεφεν Ἠμαθίοισιν*. Simonides Anth. Pal. VII, 25 *ὅτι λείπων ἠέλιον Λήθης ἐνθάδ' ἔκυρσε δόμων*.

18. *ταυτᾷ ἔχει*] Ita Reiskius, vulgo *ταῦτά γ' ἔχει*, at codd. meliores *ταῦτ' ἔχει*, quod ego *ταῦτ' ἄρ' ἔχει* scribendum putaveram.

19. 20. *ἑπταδράχμως, κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν, πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές*] Res ipsa postulare videtur ut primo loco commemorentur quos emere iussus erat

πέντε πόκοι. Quare non dubitandum videtur quin transpositis verbis scribendum sit:

πέντε πόκως, κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,
ἑπταδράχμως ἔλαβ' ἐχθές, ἅπαν ῥύπον, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

Magna tamen difficultas expedienda restat in voce *κυνάδες*, qua pilos caninos significari credunt. Quod quo iure fiat cum frustra indagare studuerim, nescio an lanam hispidam poeta comparaverit cum *cynara* planta, quam his verbis descripsit Columella Hort. 237:

Haec modo purpureo surgit glomerata corymbo,
murteolo modo crine viret, deflexaque collo
nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pungit,
nunc similis calatho spinisque minantibus horret,
pallida nonnumquam tortos imitatur acanthos.

Est igitur cinara e genere *ἀκάνθων*, carduorum, quibuscum lana dura et hirsuta et *τριβόλων* quos Aristophanes Lys. 576 dicit plena satis commode comparari potuit. Scribendum igitur suspicabar *κυνάρας* pro *κυνάδας*, et cum vetustus cod. Mediol. A pariter ac Tzetzes ad Hermog. apud Koenium ad Gregorium Cor. p. 309 Lips. pro *γραιᾶν* habeant *γραίας*, vide ne rectius coniungantur verba in hunc modum *κυνάρας γραίας, ἀποτίλματα πηρᾶν*, quod iam simillimum est Sophocleo fr. 748 *γραίας ἀκάνθης πάππος ὥς φυσώμενος*. Accedit quod Pollux VI, 46 doricos poetas *κυνάραν* de *ἀκάνθῃ* dixisse disertim testatur. Ad *ἅπαν ῥύπον* respicit Eustathius Hom. p. 108, 19. 1553, 42.

25. *ὧν ἴδες ὧν εἴπαις κεν*] Vulgo *ὧν εἶδες χὤν εἶπας*, codd. fere *ὧν ἴδες ὧν εἶπες* (*εἶπας*) *καί*. Hermannus *ὧν ἴδες, ὧν εἰπάς κεν*, Toupius *ὧν ἴδες ὧν εἴπαις ἄν*.

27. *αἶρε τὸ νᾶμα*] Vocem *νᾶμα* de aqua intellegi non posse dudum intellectum est; itaque alteram interpretationem, qua de filis capitur, probarem, nisi id *νῆμα* dicendum fuisset, ut recte legitur nunc Id. XXIV, 75 et in dorico carmine Antipatri Anthol. Pal. VII, 14. Nec obloquar ita corrigentibus, quamquam praestat fortasse *βᾶμα* corrigere: tolle scabellum et cave iterum posthac in medio colloces; feles enim incubant. Sic enim verba

ista καὶ ἐς μέσον θὲς πάλιν interpretanda esse intellexit I. H. Vossius; βῆμα idem est quod βάθρον, et de scabello dici potuisse non dubium videtur.

30. ἅδ' ὡς νᾶμα φέρει] Haec vulgata olim lectio erat; libri meliores ἅδ' ἐς νᾶμα φέρει. Recepi egregiam emendationem Hermanni. Post ἄπληστε distinguendum putavi, ut πουλὺ referatur ad σμᾶμα, non vero ad ὕδωρ. Cum enim largius praeberet ancilla saponem, ob hoc ipsum increpans eam Praxinoe, μὴ πουλὺ ἄπληστε inquit, aquam sequenti demum versu sibi affundi rursus postulans. Ed. pr. Quod Wordsworthius Hermanni emendationem reiecit, quoniam σμᾶμα Atticorum tantum fuisse videatur, nihil est. In fine dedi codd. scripturam quamvis corruptam: neque enim quisquam synecphonesi locum concedere volet, ut in oraculo apud Herod. VII, 220 ἄστυ ἐρικυδές. Vulgo μὴ πουλὺ ἄπληστε, Hermannus μὴ πουλὺ δ' ἄπληστε.

32. παῦε· ὁποῖα θεοῖς ἐδόκει τοιαῦτα νένιμμαι] παύε' operarum error est, volui παῦε, ut habent codd. optimi; vulgo παῦσαι. Ahrensius παῦέ ποχ', οἷα θεοῖς, credo propter Medic. qui habet παύε ὀχοῖα. Nec hiatui timendum, cum sequatur distinctio. Cf. Mnasalcas Anth. Pal. IX, 70 παῦε, ἐπεί σε μένει καὶ κατόπιν δάκρυα. Homerus Il. I, 276 παῦε, ἔα δὲ χόλον θυμαλγέα. Ita enim recte legebatur ante Wolfium, qui παύε', ἔα δὲ edidit, hiatu offensus, quo ante ἔα poeta usus est Il. XXII, 339. Od. XIX, 420 aliisque locis. Omnino vix ullum certum talis elisionis exemplum afferas. In epigrammate nostri poetae IV, 14 εὔχε' ἀποστέρξαι, recte Pal. εὔχου exhibet. In Bianoris loco Anth. Pal. X, 101 Iacobsius edidit ἴσχε' ἀροτροδίαυλε, codex ἴσχες, quod aut ἴσχου aut ἴσχε scribendum.

36. 37. πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν ἢ δύο] Non pleonastice hic positum est ἤ, ut existimabat Kiesslingius, sed μνᾶν δύο genetivi sunt pretii, plus quam duabus minis constitit. καθαρὸν ἀργύριον dicit argentum οὐδέν τι βασάνου δεόμενον, ut Eustathius de obed. p. 18, 72. In Pindari loco Athen. XIII 474 διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ, scribendum καθαρόν.

37. *ποτέθηκα*] Ante Valckenarium *προτέθηκα*.

38. *ναὶ καλὸν εἶπας*] Servavi vulgatam scripturam, cuius incertum remedium. Libri fere *τοῦτο κα εἶπες, τοῦτο καλὸν εἶπες, τοῦ τόκα εἶπες, τοῦτο κἄεπας*. Eldickius tentabat *πᾷ ποκ' ἔλειπες τὠμπέχονον* a Valckenario receptum, cui bene adversatur Kiesslingius. Nec probari potest quod aliis in mentem venit *τοῦτο κάλ' εἶπες*. Ego dubitanter conicio *τοῦτό κεν εἴπαις*, *hoc recte dixeris*.

40. *μορμὼ δάκνει ἵππος*] Schol. Aristidis p. 42, 19 Dind. *ἡ δὲ Μορμὼ Κορινθία ἦν, ἣ καταφαγοῦσα αὐτῆς τὰ παιδία ἐν ἑσπέρᾳ ἀνέπτη κατά τινα πρόνοιαν· καὶ τοίνυν ὅτε βούλονται τὰ σφῶν παιδία αἱ γυναῖκες φοβῆσαι, ἐπιβοῶσι μορμώ. φησὶ δὲ καὶ Θεόκριτος 'μορμὼ δάκνει'.*

44. *πῶς καί ποκα*] Ante Wordsworthium *πῶς καὶ πόκα*. Cf. Euripides Stob. Flor. 38, 8 *ποῦ καί ποτ' οἰκεῖ;*

48. *παρέρπων αἰγυπτιστί*] Afferunt h. v. schol. Aristoph. Nub. 1128 et Eustathius ad Dionysium Per. 232.

49. *οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας — ἔπαισδον*] Verbo *παίζειν* similiter de malis artibus thessalicarum mulierum poeta Anthol. Pal. XIV, 110 *Ζεῦ μάκαρ, ἦ ῥά τοι ἦ ῥα* (leg. *ἔργα*) *τάδ' εὔαδεν, οἷα γυναῖκες Θεσσαλικαὶ παίζουσιν*. Tum *κεκροτημένοι* scribendum erat e codd. cum Zieglero et Ahrensio, qui praeterea *ἐξαπάτας* edidit, non recte, ut mihi videtur.

50. *κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί*] Totus versus habet aliquid similitudinis cum illo Epimenidis *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί*, itemque Hesiodi Theog. 21 *ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον*. Ad *κακὰ παίγνια*, quod sunt qui cum *ἔπαισδον* coniungunt, compara Anthol. Pal. XI, 275 *Καλλίμαχος — τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς*. Sed illud *ἐρειοί* vel *ἐριοί*, ut in codd. scriptum est, multis multorum coniecturis tentatum, ex quibus *ἐλειοί* commendavit nuper Goettlingius iam a Valckenario coniectum, sed ab hoc loco prorsus alienum; *πάντες Ἐπειοί* ingeniose Seidlerus et Wordsworthius, non sine causa tamen improbatum Hermanno, *ἐρωοί* scribendum suspicanti ex Hesychio *Ἔριοι· και-*

νοί, ubi corrigit *Ἔροιοί· κενοί*, quod etiam nomini attici demi *Ἐροιάδαι* subesse putat. Sed Eroeadarum nomen vix dubitari potest quin aut ad *ῥοιά* aut ad *ῥέω* revocandum sit, praefixa *ε*, ut in aliis verbis et nominibus, de quibus v. Lobeckius Pathol. I p. 53 sq.

51. *τί γενώμεθα*] Ante Schaeferum *τί γενοίμεθα*. Sequuntur verba *τοὶ πολεμισταὶ ἵπποι τῶ βασιλῆος* in quibus *ἵπποι πολεμισταί* non sunt, ut Hermannus existimabat, qui nostris dicuntur *paradepferde*, sed quibus Ptolemaeus in certaminibus curulibus utebatur, quae *πολεμιστήρια* appellata fuisse docet schol. Aristophanis Nub. 28 *πολεμιστήρια—κατά τινας ἀγὼν Ἀθήνησιν ἱππικοῦ δρόμου.* Eodem spectat *ἅρμα πολεμιστήριον* in atticis titulis memoratum. Cf. Hesychius *Πολεμιστήρια· ἐν τοῖς ἀγῶσι λέγεταί τις ἵππος πολεμιστής.* Quae glossa ita fere redintegranda est, *Πολεμιστήρια* [*ἀγῶνές τινες ἱππικοί, καὶ τὰ ἅρματα τὰ*] *ἐν τοῖς ἀγῶσιν. λέγεται* [*καί*] *τις ἵππος πολεμιστής.* Causam nominis explicat Photius Lex. p. 438, 16 *πολεμιστὴς ἵππος οὐχ ὡς ἄν τις οἰηθείη ὁ εἰς τοὺς πολέμους ἐπιτήδειος, ἀλλ' ὁ ἐν τοῖς ἀγῶσι σχῆμα φέρων ὡς εἰς πόλεμον εὐτρεπισμένος· ἦν γὰρ τοιοῦτον ἀγώνισμα.* Patet igitur hoc certaminum genus non Athenis tantum in ludis Panathenaicis, verum etiam Alexandriae in Adoniorum celebritate actum esse.

53. *ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πύρρος*] Non attenderunt critici ad accentum vocabuli *πύρρος*, qui indicio est id *κυρίως* esse accipiendum.

59. *ὄχλος πολὺς*] Ita recte et Medic., *ὅσος ὄχλος* ceteri, unde Hermannus *ὅσος δ' ὄχλος*, quod minus aptum hoc loco; nec dixerim frigere *πολύς*. Festinandum nobis est, inquit, si intrare in aulam volumus, magna enim hominum turba affluit.

60. *ἐγὼν ὦ τέκνα*] Malim *ἔγωγ' ὦ τέκνα.* Tum codd. quidam non optimae notae *εἶτα* ante *παρενθεῖν* addunt, unde Hermannus *ἐγών, τέκνον· εἶτα παρενθεῖν εὐμαρές;*

72. *ἀθρόος ὄχλος*] Servavi hoc, quamquam aliud scripsisse poetam optimorum scripturae codicum docent, *ὄχλος*

ἀθρόος et *ὄχλος ἄθρως*. Non male Zieglerus dedit *φυλαξοῦμαι· ὄχλος ἄθρως*. Ahrensius *ὄχλος ἀθαρέως ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὕες* edidit, confisus opinor glossa Hesychii *Ἀθαρέως· ἀκριβῶς*, quae incertissimae fidei est; nec sententia placet *accurate ut sues*.

75. *κῳκτίρμονος*] Legebatur *κ' οἰκτίρμονος*.

77. *ἔνδοῖ πᾶσαι*] Virgines opinor dicit hymenaeum cantaturas, quas pater aliusve, inclusa in thalamo nupta, omnes iam adesse dicebat, ut canendi initium fieri posset.

79. *λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα*] Porsonus scribi voluit *ὡς λέφθ', ὡς χαρίεντα*. Sed cf. Id. I, 95. X, 35. XI, 58. XVII, 93. XXII, 25. 68. 192. XXIII, 6. Fortasse etiam III, 16. VII, 5, ubi vide adnotationem. Etiam apud alios poetas hoc dicendi genus criticos passim fefellit, velut in Dioscoridis carmine Anth. Pal. VII, 31

Σμερδίῃ ὦ ἐπὶ Θρῃκὶ τακεὶς καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν,
κώμου καὶ πάσης κοίρανε παννυχίδος,

i. e. *κώμου παντὸς καὶ πάσης παννυχίδος*, quod fugit Heckerum Comment. I p. 266. Antiphilus ibidem IX, 306 *γόμφος δ' οὐδ' ἔτι χαλκὸς ἐν ὁλκάσιν, οὐδὲ σίδηρος*, i. e. *οὐ γόμφος ἔτι οὐδὲ χαλκός*. Sic enim scribendum pro vulgato *οὐκέτι*. Multum negotii facessit viris doctis, quod in anonymi poeta carmine legitur Anth. Plan. IV, 183 *τῇ γὰρ ἄκοντες καὶ πόλεμοι, παρὰ σοὶ δ' εὔαδον εἰλαπίναι*. Scribendum

καὶ πόλεμοι, πέρι σοὶ δ' εὔαδον εἰλαπίναι,

ut hic sit sensus *τῇ γὰρ ἄκοντες καὶ πόλεμοι περισσῶς εὔαδον, σοὶ δὲ εἰλαπίναι*. Apud Callimachum ceterosque Alexandrinos nihil hoc usu frequentius. Cf. Naekium Opusc. II p. 72.

Ibid. *θεῶν περονάματα φασεῖς*] Medic. *περνεύματα*, unde Hermannus *χερνάματα* vel *χερονάματα* coniciebat, in quod postea etiam Wordsworthus incidit; at *νάθω* et *νᾶμα* pro *νήθω* et *νῆμα* dorica esse probari non potest. Cf. ad V, 27. Fortasse *περονάματα* nihil est nisi mala evanidae vocis a poeta scriptae, quam *ποικίλματα* vel *δαιδάλματα* vel *τεχνάματα* fuisse suspicari licet, correctio.

80. *ἐπόνασαν*] Rectius fortasse *ἐπόνησαν*. Sed Id. VII, 51 et Epigr. XX, 5 libri omnes consentiunt in altera forma, at Id. XIII, 14 pro *πεποναμένος* Vatt. habent *πεπονημένος*. Quod XXIX, 34 legebatur *ἐξεπόνασε* cessit meliori scripturae *ἐξ ἐποίησε*, et VII, 85 alii *ἐξεπόνησας* alii *ἐξετέλεσσας* habent; denique XXVI, 7 *ποπανεύματα* nunc legitur pro *πεποναμένα*.

81. *ποῖοι ζωογράφοι — ἔγραψαν*] Affert h. v. Etymol. M. p. 411, 51.

83. *σοφόν τοι χρῆμ' ὤνθρωπος*] Ita Gerhardus Apollon. Lect. 151, confirmante Schol. SophoclisAnt. 349, ubi *ἄνθρωπος* scribitur; *σοφόν τι* libri et Eustathius de Implac. p. 98, 15.

86. *ὁ τριφίλητος Ἄδωνις, ὁ κὴν Ἀχέροντι φιλητός*] Vulgo *ὃ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται*, quod etsi ferri potest, Theocriteus tamen usus Reiskii emendationem commendat. Cf. Id. I, 124 *τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγητόν*. 139 *τὸν μοίσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ νύμφαισιν ἀπεχθῆ*. XIII, 7 *τῶ χαρίεντος Ὕλα, τῶ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος*.

88. *ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα*] Hermogenes de Id. I, 6 *ὁ Θεόκριτος ἀχθόμενόν τινα πεποίηκε δωριζούσαις γυναιξὶ διὰ τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν τῷ α τὰ πλεῖστα χρωμέναις*. Cf. Tzetzes apud Koenium ad Gregorium p. 329.

89. *μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος*] Schol. Par. *Συρακόσιον τὸ μᾶ ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον*. Cf. Eustathius Hom. p. 428, 52. 855, 24.

90. *πασάμενος ἐπίτασσε· Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;*] Affert haec Etymol. M. p. 681, 54, ubi *ποτίτασσε* legitur, quod probavit Hermannus, sed ut etiam *ποτιτάσσεις* scriberet. Cf. ad Idyll. VII, 85. Ad hunc locum referenda Hesychii glossa *Πασάμενος, κτησάμενος*.

92. *Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες*] Gregorii de dial. dor. §. 144 scripturam *Πελοποννανσιστὶ* ingeniose tuetur Buttmannus in Friedemanni Miscell. II, 1 p. 42.

94. *μὴ φύη, Μελιτῶδες*] De Proserpina *μελιτώδης* dicta praeter Porphyrium A. N. cap. 18 iam ab aliis allatum cf.

Cocondrium in Boissonadi An. Gr. III p. 292 *κατ' ἀντίφρασιν λέγεσθαι μελιτώνην* (leg. *μελιτώδη*) *τὴν Περσεφόνην.*

96. *σίγα*] Zieglerus et Ahrensius *σιγᾷ*, quod non meminì sic dici, ut respondeat nostro *still!* Si quid mutandum, e K, qui *σιγῇ* habet, scribendum *σίγη*.

98. *Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον*] Praeclare Reiskius, quem etiam Ahrensius secutus est, *πέρυσιν* scripsit pro *Σπέρχιν*, firmante quodammodo cod. K, in quo *πέρχην* scriptum est. Nihil sani inest in vulgata scriptura.

101. *αἰπεινάν τ' Ἔρυκα*] Wintertonus aliique *αἰπεινόν* propter Stephanum Byz. p. 281 *Ἔρυξ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς.* Cui non tantum tribuerim ut mutandum dicam quod codd. habent. Ahrensius *αἰπεινάν τ' Ἐρύκαν* ex K. In seqq. *χρυσῷ παίζοισ' Ἀφροδίτα*, perelegans est Bergkii coniectura *χρυσωπὶς δῖ' Ἀφροδίτα*, cui praelusit Scaligeranum *χρυσωπίσδοισ' Ἀφροδίτα.* Editum tenet Eustathius Hom. p. 384, 22. Requiro aliquid in hanc sententiam dictum *χρυσῷ κομόωσ' Ἀφροδίτα.* Neque male opinor legeretur *χρυσῷ χαίροισ' Ἀφροδίτα*, quod ab edito non multum distat.

103. *ἄγαγον ὧραι*] Post *ὧραι* hypostigme ponenda.

105. *φορεῦσαι*] Libri *φοροῖσαι*, correxit Hermannus, *φέροισαι* Hemsterhusius.

112. *πὰρ μέν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρονται*] Metricum vitium facile tolli potest scribendo *πὰρ μὲν ὀπώρα κεῖται.* At acute Hermannus in dissertatione de arte poeseos bucolicae p. 10 observavit Argivae carmen inde a vs. 100 — 130 ex quattuor strophis compositum esse his numeris versuum, 6. 6. 4. 4. 6. 6, deesse igitur ad tertiae strophae integritatem unum versum et errorem ex pari duorum versuum initio natum esse

πὰρ μὲν . . . .
πὰρ δέ οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.

Pro *φέροντι* plurimi optimique codices *φέρονται*, quorum illud ferri potest, si *δρυὸς ἄκρα* de arboribus intelleguntur, ut intellexit Eustathius Hom. p. 481, 7 *παρὰ Θεοκρίτῳ τὸ δρυὸς*

ἄκρα ἤτοι ἀκρόδρυα. At cum optimi libri passivam formam habeant, videndum ne φέρονται e λέγονται corruptum sit, i. e. colliguntur, decerpuntur. Hoc pacto δρυὸς ἄκρα de fructibus capiendum, ut in Geopon. X, 66. 78. Cf. Maximus περὶ καταρχῶν 490 ἔν τε βόθροισι βάλλειν ἔρνεα πάντα τά τε δρυὸς ἄκρα λέγονται, ubi tamen δρυὸς ἄκρα arbores sunt et λέγονται alio sensu capiendum.

115. εἴδατα] Pro hoc εἴδεα, *pistorii operis figuras*, insciens opinor posuit Lobeckius Aglaoph. p. 1080.

116. παντοῖα μαλεύρῳ] Ita Bergkius emendavit librorum scripturam παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ.

117. τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ] Ahrensius τά τ' ἐνύγρω ἐλαίω e sententia Reiskii. Frequens est ὑγρὸν ἔλαιον, ut apud Homerum Il. ψ 281. Od. ζ 79. 215. η 107. at ἔνυγρον qui dixerit scio neminem. Neque ἐν non recte dictum est.

119. βρίθοντες] Hanc optimorum librorum scripturam recte revocavit Zieglerus; vulgo βρίθουσαι, quod Brunckius βρίθοισαι scripsit. V. Bernhardy ad Dionysium vol. II p. 504.

122. πωτῶνται — ὄζον ἀπ' ὄζω] Poeta incertus Anthol. Pal. IX, 209 τίπτε μετοκλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου; Nonnus Dion. 39, 352 ἀφ' ὁλκάδος ὁλκάδα βαίνων.

124. αἰετῶ — φέροντος] Ita Eldickius correxit vulgatum αἰετὼ — φέροντες, in quibus αἰετοὶ scriptum est in cod. K, idque secutus est Ahrensius. Pluralis non video quo pacto ferri possit, nisi raptum Ganymedis pluries repraesentatum fuisse dicas. De coniunctione interiectionum cum diversis casibus v. Lobeckium ad Aiac. p. 418.

125. μαλακώτεροι ὕπνω] Schol. Homeri apud Cramerum An. Par. III p. 77 τὸ μαλακὸν οἱ ῥήτορες ἐπὶ βλακείας τιθέασιν, ὅθεν λαβὼν Θεόκριτος λέγει τάπητας ὕπνου μαλακωτέρους. Clemens. Alex. Paed. II, 9 τὰς ὕπνου μαλακωτέρας εὐνὰς παραπεμπόμενοι.

126. ὁ τὰν Σαμίαν κάτα βόσκων] Schol. ἡ δὲ κατὰ ἀναστρεπτέον, ut apud Homerum Il. V, 162 πόρτιος ἠὲ βοὸς ξύλοχον κάτα βοσκομενάων. Vulgo καταβόσκων. Etiam in

oraculo apud Pausaniam IX, 18, 5 scribendum: *Θηβαῖοι Κάδμοιο πόλιν κάτα ναιετάοντες.* Polycratem Milesias oves in Samum transtulisse ex Athenaeo XII p. 540 d adnotavit Hermannus. Sententiam autem esse hanc puto: praestantissima esse tapetia Milesii testabuntur et Samii, iudices harum rerum peritissimi.

129. *ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεχ' ὁ γαμβρός*] Nil novandum esse Valckenarium vel Homericum illud docere poterat *οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα* Il. XXII, 349. Similiter, si locus sanus est, Idyll. XXVI, 29 *εἴη δ' ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι.* Ed. pr.

130. *ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυρρά*] Ferri haec non posse intellexit praeter alios Ruhnkenius. Scribendum *πυρραί*, eadem brevitate sermonis, qua *αἱ λευκαί, αἱ πολιαί* et alia dicuntur. Apertum est describi puerum cui prima lanugo flavescit. Cf. Id. VI, 3 *ἦς δ' ὃ μὲν αὐτῶν πυρρὸς ὃ δ' ἡμιγένειος.* Atque in eandem sententiam dictum est etiam quod legitur Id. VIII, 3 *ἄμφω τώγ' ἤστην πυρροτρίχω*, ubi ne quis *τρίχες* de lanugine dictum miretur, cavebunt Homeri *καλλίτριχα μῆλα* et Bacchylidis *τανύτριχα μῆλα.*

134. *ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι*] Manifestum est poetae obversatum esse Homericum Il. χ 80 *κόλπον ἀνιεμένη*, quod rectissime dictum est, *relaxans* sinum vestis, ut ubera nudaret. At Theocritus corrupit dictionis sanitatem adiciens *ἐπὶ σφυρά*, quibus additis iam non *κόλπον ἀνεῖσαι* scribere debebat, sed *πέπλον καθεῖσαι.*

135. *ἀρξεύμεθα*] Legebatur *ἀρξώμεθα*, correxit Kiesslingius. Futurum requiri ostendit vs. 133.

142. *Πελοπηιαδᾶν*] Ita Hermannus Peloponnesios intellegens: vulgo *Πελοπηιάδαι*, quod retinens Ahrensius edidit *Πελασγῶ.* Particulam *τέ* omittunt pauci codices, unde suspicari possis *καὶ τὤργεος.*

143. *καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις*] K *ἐς νέον.*

145. *Πραξινόα — ἢ θήλεια*] Versum hunc codices ita scriptum exhibent: *Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον ἁ*

θήλεια. Eius emendandi alii aliam viam ingressi sunt, pessimam haud dubie ii qui *ἁ θήλεια* ad sequentem versum traxerunt. Quid scripserit poeta, non dubium est quin intellecturi fuissent critici, nisi *θήλεια* eodem quo *γυνή* significatu dici posse sibi persuasissent; at *θήλεια* pariter atque *ἄρσην* nusquam ponitur, nisi ubi sexus accurate distinguendus est. Scripsi igitur *Πραξινόα, τί χρῆμα σοφώτερον ἢ θήλεια;* Qua emendatione simul ceterae difficultates tolluntur omnes. Suum Gorgo sexum laudat nihilque feminis esse dicit sapientius.

146. *ὀλβία ὅσσα ἴσατι*] Hanc formam iniqua censura perstrinxit Cobetus Var. Lect. p. 42: *Theocritus quum ex forma ἴσασι (ἴσαντι) deceptus fallaci analogia ἴσαμι* V, 119, *ἴσης* XIV, 34 *et ἴσατι* XV, 146 *ausus est formare, certum est graecitatem sic graviter corrupisse.* Non gravius, opinor, quam omnes poetae graecitatem corruperunt, qui patria dialecto scripserunt formisque usi sunt ab attica dicendi consuetudine alienis. Verbum *ἴσαμι* non ipsum finxisse Theocritum, sed ex dialecto syracusana repetiisse ostendit Hesychius *Ἴσαμι, ἐπίσταμαι· Συρακόσιοι.* Quamquam tali testimonio ne opus quidem est. V. Ahrensius dial. dor. p. 345.

149. *χαῖρε Ἄδων' ἀγαπατέ*] Fortasse *Ἄδων ἀγαπατέ.* Ea forma usa est Nossis Anthol. Pal. VI, 275. Cf. Hesychius *Ἄδωνα· τὸν Ἄδωνιν.* Adde Athenaeum XIV p. 624. Ed. pr. Hoc nunc recepi, scribendumque ita esse viderat etiam Graefius, ut indicavit Zieglerus. Tum *ἀφίκευ* Zieglerus et Ahrensius, ut legitur in schol. et Mediceo; alii codd. *ἀφικεῦ*, vulgo *ἀφικνεῦ.*

XVI

12. *αἰεὶ σφίσιν ἕδρα*] Ita scripsi pro edito *αὔη σφίσιν ἕδρα* ex optimis et plurimis codicibus; neque aliter legit scholiastes: *ὅπου αὐτῶν ἐστὶν ἡ συνήθης καθέδρα.* Tum pro *ἐπάν*, qua forma non usus esse videtur Theocritus, hic et 28

malim *ἐπήν*. Ed. pr. Valckenario *αὔη* genuinum videtur, non explicuit tamen; *ἐπὴν* nunc recepi.

24. *τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν*] Incertus apud Eustathium Hom. p. 310, 15 *χρὴ καί τι δῶρον λαμβάνειν τοὺς μουσικούς*, quem olim Mariani versum esse putabam, quem constat Theocriti carmina paraphrasi iambica donasse. V. Suidas v. *Μαριανός*. Sed ipsum illud *ἀοιδῶν* in Theocrito versu vix immune labis est, ac valde placet quod Bergkius coniecit *δοῦν αἰδοίων*, coll. Homero Od. *ο* 373 *τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα*. Ed. pr. Passovius coniecit *ἀιτῶν* (*ἀιτέων*), Hermannus *ἀόζων*, Wordsworthius *ὀπαδῶν*.

28. *ἐπὴν ἐθέλωντι νέεσθαι*] De *ἐπὴν* quod hoc loco plures codd. habent, v. ad vs. 12. Pro *ἐθέλωντι*, quod Brunckius ex ed. Flor. restituit, vulgo *ἐθέλητι*, ut scripserat Reiskius; codd. fere *ἐθέλοντι*. Cf. Eustathius ad Hom. p. 566, 10 *Ἡρόδοτος ἔγραψε τὸ τραπέζῃ μειλίξαντα ἀποπέμψαι ἐπὰν ἐθέλωσι νέεσθαι.* ubi Herodotum nominari pro Theocrito adnotavit Koppiersius Observ. p. 66, eundem errorem iterari monens ad Il. *η* p. 564, 47.

33. *ἀχὴν ἐκ πατέρων*] Vocem *ἀχήν* recte primam producere docet glossa Hesychii, *Ἠχῆνες — πένητες*. Idem *κτεανήχης* interpretatur *πένης*. Verbum *ἠχάνω* sive potius *ἠχαίνω* servavit Suidas. Qui eandem syllabam corripuit Aeschylus Agam. 408 aliam fortasse secutus est etymologiam. Obiter corrige Proculi verba apud Bekkerum Anecd. p. 1163 *λέγει γάρ τις αὐτῶν ἀχύνας* (leg. *ἀχῆνας*) *τοὺς πένητας*. Ed. pr.

34. *ἐν Ἀντιόχοιο δόμοις*] In Antiochi nomine nihil mutandum est. Antiochus Thessalus commemoratur ab Aeschine Socratico apud Philostratum Epist. XIII p. 920 *Θαργηλία ἐλθοῦσα εἰς Θεσσαλίαν ξυνῆν Ἀντιόχῳ Θεσσαλῷ βασιλεύοντι πάντων Θεσσαλῶν.* Aequalis fuit Simonidis Cei, a quo illum carmine celebratum fuisse constat testimonio schol. ad h. l. Eundem memorat Aristides Or. XI p. 127 Dind. Cf. quae attuli Miscell. comment. I p. 55. Ed. pr. Adde anonymum in Heerenii Bibl. litt. VI p. 22 *ταύτην* (*Θαργηλίαν*) *φασὶν Ἀντιό-*

χου βασιλεύοντος τῶν Θεσσαλῶν ἀφικομένην εἰς Θεσσαλίαν γήμασθαι Ἀντιόχῳ. Idem nomen fortasse Hippocrati reddendum Epid. II, 1, 10, ubi vulgo legitur *Ἀντίλοχος καὶ Ἀλεύας*. Cf. Comment. nostram de Epidem. Hippocr. p. 16.

38. 39. *ἐνδιάασκον ποιμένες ἔκκριτα μῆλα*] Verbum hoc activa potestate dictum esse aliunde non constat. Cf. Buttmannus Mythol. II p. 248. Scripsit sine dubio Theocritus *ἔνδι' ἔλασκον*. Adiectivum *ἔνδιος*, quod fere media producta syllaba dicitur, correpta praeter alios dixit Apollonius Argon. IV, 1312.

41. *στυγνοῦ Ἀχέροντος*] Frustra Valckenarius Toupii coniecturam *στυγνοῖο γέροντος* commendat a Brunckio adeo in textum receptam.

44. *δεινὸς ἀοιδὸς*] Codices *κεῖνος* et *θεῖος*. Vulgatam tuetur Hermogenes de Id. II p. 355 Walz. *ἐπεὶ καὶ* (leg. *κἂν*) *δεινὸν εἴποι τις ποιητήν, ὥσπερ ὁ Θεόκριτος εἶπεν ἐν Χάρισιν ἢ Ἱέρωνι τὸν Σιμωνίδην ʻεἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς — θῆκ' ὀνομαστούς'.*

49. *θῆλυς ἀπὸ χροιᾶς*] Eustathius Hom. p. 455, 38 *θηλυπρεπὲς ἐν ἥρωσιν ἡ λευκότης, διὸ καὶ τὸν τρωικὸν Κύκνον τοιοῦτον ὄντα Θεόκριτος θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς ἔφη.* Praepositionis *ἀπό* idem usus est XXIV, 78 *ἀπὸ στέρνων πλατὺς ἥρως*, et apud Christodorum Ecphr. 79 *ἀπὸ στέρνοιο δὲ γυμνή.* Alius generis sunt quae attuli ad Id. XXIV, 111.

60. *ἀλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος*] Hic unus omnium locus est apud Theocritum, in pro prima vocis *ἴσος* syllaba in thesi producitur: itaque nescio an scripserit poeta *ἀλλὰ γὰρ ἴσος ὁ μόχθος*. Sequuntur verba *ἐπ' ᾀόνι κύματα μετρεῖν.* Hoc verbum non raro legi ubi *ἀριθμεῖν* expectes, nemo nescit. V. Sophocles Oed. Tyr. 561 et Iacobsius ad Anth. Pal. III p. 47. Hinc ipse Theocritus Id. XV, 45 *ἀνάριθμος καὶ ἄμετρος* tamquam synonyma coniunxit, nec Nonnus Dion. III, 294 *ἰσόμετρον ἀριθμὸν* dicere dubitavit. Sed *κύματα μετρεῖν* non puto alio sensu dictum fuisse ac quo legitur *ἅλα μετρήσασθαι, πέλαγος μετρεῖν*, et ipsum illud *κύματα μετρεῖν* apud poetam incertum in Anth. Pal. XII, 156. Itaque assentior Wartono *κύ-*

ματ' ἀριθμεῖν corrigenti, nisi quod lenius poterat *κύματ' ἀμιθρεῖν*, quod frequens huius aetatis poetis illustravit Ruhnkenius Epist. crit. p. 172. Ed. pr. Verbum *ἀμιθρεῖν* Theocrito restitui etiam Id. XIII, 72. Editam lectionem nec *μέτρα θαλάσσης* in oraculo apud Herod. I, 47 tuentur, nec anonymus apud Boissonadum Anecd. gr. vol. I p. 395, qui proverbium *κύματα μετρεῖν*, ex ipso fortasse Theocrito, commemorat.

62. *ὕδατι νίζειν θολερὰν διαειδέι πλίνθον*] Ita ex optimis libris scribendum putavi pro *ἰοειδέι*, quod hoc quidem loco sententiae minime aptum est. Ed. pr. Bergkius *ἰοειδέα* mavult cum Wartono.

63. *βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθεῖν*] Vat. A *βεβλημένον*, pro *βεβιημένον*, ut videtur. Pro *παρελθεῖν* probandum videtur quod libri quidam deteriores habent *παρειπεῖν*, quae mihi paullo probabilior videtur emendatio esse quam *παραινεῖν*, quod Bergkius proposuit. Hesychius *Παρειπεῖν· παραινέσαι, παραπεῖσαι.*

68. *δίζημαι δ' ὅτινι*] Hoc e Iunt. revocavit Ahrensius, *δ' ᾧ τινι* codd. potiores, *δὲ τίνι* Flor., *δ' ᾧ κεν* Wartonus e codd. peioribus.

70. *Διὸς μέγα βουλεύοντος*] Haec affert Eustathius Hom. p. 75, 38.

73. *ἐμεῦ κεχρήσετ' ἀοιδῆς*] Codd. fluctuant inter *ἐμοῦ ἐμεῦ*, *ἀοιδοῦ ἀοιδῇ ἀοιδῆς*. Ahrensius *ἐμεῦ κεχρήσετ' ἀοιδῆς*, quod ego quoque volui, sed male operae *ἀοιδῇ* dederunt. Nunc aut vulgatam *ἐμοῦ* (vel *ἐμεῦ*) *κεχρήσετ' ἀοιδοῦ* revocandum puto, aut scribendum *ὅς μεν κεχρήσετ' ἀοιδῆς*. Bergkius *ἐμεῦ κεχαρήσετ' ἀοιδῇ*.

76. Quae abhinc commemorat poeta, ostendere videntur carmen hoc eo tempore scriptum esse, cum Syracusani et civilibus discordiis iam diu perturbati et Carthaginiensium bellis confecti Hieronem, Hieroclis filium, devictis Mamertinis, regem nuncupassent, novaque fortunae conversione elati meliora iam sperare coepissent. Sed hanc quidem beatiorum temporum opinionem irritam fecit eventus, et ingruentibus mox novis turbis

ne Musarum quidem alumnis multum videtur honoris tributum fuisse. Quod aegre ferens Theocritus, cum in splendida Ptolemaeorum aula honestissimum doctis hominibus perfugium paratum videret, hortantibus fortasse etiam amicis, quos plurimos cum alibi tum in ipso Alexandrino Museo habuit *), et ipso Ptolemaeo, in Aegyptum profectus est.

81. *ἵππειαι — ἔθειραι*] Affert haec Eustathius Hom. p. 421, 44.

99. *πόντου σκυθικοῖο πέραν*] Bergkius *λιβυκοῖο*, quo nomine cum ea pars maris designetur quae ab Aegypti finibus ad Carthaginem usque pertinet, melius fortasse *δυτικοῖο* corri-

---

*) Theocritum cum plerisque eorum, qui illa aetate literarum et poesios laude florerent, sodalitii iure coniunctum fuisse facile crederemus, etiamsi a nullo traditum esset. Nunc diserta habemus ipsius poetae testimonia. Aratum Solensem et Niciam Milesium, medicum poesios studiosissimum, eiusque uxorem Eugenidem, mulierem ornatissimam, quanto amore complexus sit ostendunt carmina VI, VII 98 — 122, XI, XXVII et epigramma VII. Philetam Coum, quem fuerunt adeo qui Theocriti praeceptorem extitisse dicerent, et Asclepiadem Samium praeclaro encomio celebravit Idyll. VII, 40. Glaucam Chiam et Pyrrhum Erythraeum, illam nobilem citharoedam, hunc poetam melicum, Idyll. IV, 31 sic commemorat, ut certissima inde coniectura capi possit, cum utroque familiariter eum vixisse. Sub Tityri nomine Id. VII, 72 latere Alexandrum Aetolum non sine aliqua veritatis specie ad illum locum coniecisse mihi videor. Aristin quoque et Lycidam in eodem carmine vs. 13 — 55 et 100 cum magna laude commemoratos in poetarum numero habendos esse, vel latere sub eorum nominibus alios quosdam eiusdem aetatis poetas, certissimum videtur: nec dubium est quin illa Argivae filia, quam Idyll. XV mellitissimo carmine Adonidem celebrantem inducit, nobilis illa aetate poetria fuerit. Etiam Praxitelis, summi artificis, memoria Id. V, 105 quamvis obiter iniecta hanc apud me vim habet, ut eum cum Theocrito fuisse arbitrer. Diophantum, cui unum et vicesimum idyllium inscripsit, item in poetarum numero habendum esse fortasse non iniuria ex hac ipsa re, quod nomen eius illi carmini praescripsit, conicias. At eximendi ex hoc numero Xenocles et Damomenes, Epigr. X et XII commemorati, quorum alterum ambigue *μουσικόν*, alterum *σοφιστήν* vocat, quod de poeta male interpretati sunt. In simultatibus quae Callimacho cum Apollonio fuerunt, utrius partes secutus sit non dubium esset, si recte VII, 45. 48 Apollonium carpi statuisset Gerhardus Lectt. Apoll. p. 5, contra quem vide quae disputavit Merkelius Proleg. Apoll. p. XXV.

gas. Sic enim appellant mare a Sicilia in occidentem vergens, ut cum aliunde constat tum e Nonno Dion. XXV, 100 *ὑπὲρ δυτικοῖο δὲ κόλπου ἑσπερίη Περσῆα τανύπτερον εἶδε σελήνη*, aliisque locis. Non credo tamen quidquam mutandum esse; neque exigenda est a poeta accurata oppositio, qua nec Horatius usus est Carm. III, 3, 46

Horrenda late nomen in ultimas
extendat oras, qua medius liquor
secernit Europen ab Afro,
qua tumidus rigat arva Nilus.

100. *ἀσφάλτῳ*] Eustathius ad Dionys. 1005 *Θεόκριτος ἀσφάλτῳ δείμασθαι τὴν Σεμίραμιν τὸ τῆς Βαβυλῶνος τεῖχος φησίν.*

103. *ὑμνεῖν σὺν λαοῖσι*] Bergkius *σὺν ναοῖσι* coll. Cicerone Verr. II, 4, 53. Probarem, si pro Arethusa Ortygiam poeta nominasset. Itaque *ὑμνῆσαι λαοῖσι* Theocritum scripsisse conieci, sive malis *ὑμνείειν λαοῖσι*, qua forma Nonnus Dion. I, 479 usus est.

108. 9. *τί γὰρ χαρίτων ἀπάνευθεν ἀνθρώποις ἀγαπατόν;*] Legebatur *τί γὰρ χαρίτων ἀγαπατὸν ἀνθρώποις ἀπάνευθεν;* Emendavit Wyngarten Act. Soc. Trai. I p. 188, idemque coniecit Bergkius.

XVII

2. *ἐπὴν κλείωμεν ἀοιδαῖς*] Vulgo *ᾄδωμεν*, cui formae nullus locus est in carmine epicam dialectum referente. Neque scripsisse illud Theocritum ostendunt codd., qui habent *ἀείδωμεν*. Recte Schaeferus *κλείωμεν*. In loco Timothei apud Athen. III p. 122 d *οὐκ ἀείδω τὰ παλαιά*, metrum item poscit *οὐ κλείω*.

14. *Λαγίδας*] Ita libri omnes, quod olim *Λαγιάδας* scribendum esse conieceram. Ahrensius *Λαγείδας* edidit; ac sane ita nomen hoc scriptum legitur in titulis apud Boeckhium

C. I. n. 2545, 9 et in Museo Rhenano 1833 p. 290. Contra *Λααγίδας* praeferre videtur Lobeckius Paral. I p. 7.

17. *χρύσεος δόμος*] *θρόνος* scribendum conicit Bergkius propter *ἑδριάει* et *ἕδρα*. At dubitari potest propter v. 28 sqq. Hermannus in schedis.

19. *αἰολομίτραις*] Bergkius *αἰολομίτρας* tenendum monet, quod Persae tiaras gestaverint, Alexander autem Bacchi more mitram, Aegyptique reges fere in numis mitratos conspici. Probarem facile, si *μέγας θεὸς* diceretur; nunc si *βαρύς*, non bene ipsi convenit epitheton, sed Persis potius addi debuit. Tiaras quidem illi gestabant (Herod. VII, 61), sed ex Medis Cissii *μιτρηφόροι* ibid. 72. Itaque Persae videri possunt sic dicti esse, ut etiam Medos comprehenderent. Hermannus in schedis. Codices *αἰολομίτρας* et *αἰολομήτρας* praeter Tol., ex quo *αἰολομίτραις* enotavit Schottus.

25. *ἑοὶ νέποδες*] D. Heinsii emendatio est; libri *θεοί*.

26. *ἄμφω*] Hoc ex codd. restitui pro vulgato *ἀμφοῖν*. Apollonius Argon. I, 165 *τῶν ἄμφω γνωτὸς προγενέστερος*. ibid. 1169 *ἄμφω χερσὶν ἔχων*. Quintus Smyrn. XIV, 170 *καί σφιν ἄμ' ἄμφω δάκρυ κατὰ βλεφάροιιν ἐλείβετο ἡδὺ γοώντων*, ubi nunc *ἀμφοῖν* editum est. Atque hunc usum Alexandrinis antiquiorem esse docet Homericus h. in Cerer. 15. Ed. pr. In eodem versu quae praeterea ad Fragmenta Com. graec. IV p. 302 tentavi, nunc repudio. Heraclidem poeta dicit sine dubio auctorem regii generis Caranum, ut recte statuit I. Scaliger ad Eusebium p. 64. Non laudandus tamen poeta quod Caranum eo nomine designavit, quod de quovis regum Macedoniae dici potuit; ac fortasse versus excidit, quo Caranus accuratius indicatus erat.

40. *ὧδέ κε παισίν*] Universe haec dicta sunt: sic aliquis mandare domum suam potest liberis, si amans amantem coniugem habeat. Hermannus in schedis.

44. *οὐ ποτεοικότα*] *οὔποτ' ἐοικότα* codices; correxit Lachmannus.

47. *Ἀχέροντα πολύστονον οὐκ ἐπέρασεν*] Hinc Nonnus Dion. IV, 152 *Ἀχέροντα περήσω αὐτοματί* (scribendum *αὐτομάτῃ*) et XII, 142 *οὐδὲ περήσει πικρὸν ὕδωρ Ἀχέροντος*.

48. 49. *νῆα — κυανέαν*] Ita optimi codices pro *νῆμα — κυάνεον*. Ac fortasse etiam Hermesianax Eleg. I, 8 scripsit *ἔνθα Χάρων κυανὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον ψυχὰς οἰχομένων*. Ed. pr. Favet huic emendationi Leonidas Anth. Pal. VII, 67 *Ἀίδεω λυπηρὲ διηκόνε, τοῦτ' Ἀχέροντος ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέῃ*.

53. 54. Hos versus affert Tzetzes apud Cramerum AO. III p. 378, ubi editur *σὺ δὲ λαοφόνον Διομήδεα*. Respicit idem in Theogon. 697.

58. *καί σε Κόως ἀτίταλλε*] Ptolemaeum Philadelphum in Co insula natum esse, ex hoc uno loco constat. Sororem eius eandemque coniugem Arsinoen, ut hoc obiter addam, Smyrnae natam esse, colligi potest ex epigrammate Callimachi apud Athenaeum VII p. 318 c *Κλεινίου ἀλλὰ θυγατρὶ τίθον χάριν· οἶδε γὰρ ἐσθλὰ ῥέζειν, καὶ Σμύρνης ἐστὶν ἀπ' Αἰολίδος*. Ad quod si attendisset Alphonsus Heckerus Comment. Anth. vol. I p. 161, dubito num Callimachi verba attentaturus fuisset.

Ibid. *νεογιλὸν*] Huc referenda videtur glossa Hesychii *Νεογιλόν· νεογνόν, νέον*. Aeolicam formam *νεογιλλὸν* praebet K. cf. ad XIV, 32.

70. *Ῥήνειαν*] Vulgo *Ῥήναιαν*, correxit Lobeckius, quem vide in Paral. I p. 302.

72. *μέγας αἰετὸς αἴσιος ὄρνις*] Vulgo *Διὸς αἴσιος αἰετὸς ὄρνις*. Illud ex Iunt. scripsi, cui proxime accedit K *μέγας αἰετὸς ὅσιος ὄρνις*. Secuti sunt Zieglerus et Ahrensius.

84. *ἐννεάδες*] Vulgo *ἐνδεκάδες*, quod primus reiecit Schaeferus; scholiastes K aliique libri rectissime *ἐννεάδες*. Totus enim urbium numerus est 3333. Cf. Niebuhrius Opusc. I p. 289.

86. *ναὶ μὴν*] Hoc e Mediol. 2 posui, ut voluit Bergkius. Vulgo *καὶ μήν*. Tum *Ἀραβίας* scripsi pro edito *Ἀρραβίας*, quod in Nonno Dion. XX, 149 aliisque locis intactum reliquit

Graefius. Non dubium est quin haec scriptura librariorum metro timentium sedulitati debeatur.

88. *Παμφύλοισι*] Hoc scripsi ex certa emendatione Schraderi; libri *Παμφυλίοισι*, quod nollem revocassent Zieglerus et Ahrensius, quorum Zieglerus provocat ad vs. 101, ubi *Αἰγυπτίῃσι* legitur, non cum synizesi, ut illi videtur, sed antepenultima correpta, plane ut apud Homerum. Sed haec non recte inter se comparari apertum est, cum illi *Αἰγυπτίῃσι* alia forma substitui non possit, ut inhabile sit versui, nisi quis illam quam dixi licentiam sibi sumat. Neque synizesin veteres in homerico *Αἰγύπτιος* statuisse, in qua sententia etiam Heckerum Comm. de Anth. p. 59 ed. pr. esse video, docet qui nunquam duos spondeos coniungit Nonnus Dion. III, 282 *Αἰγυπτίης Δήμητρος, ἐμῆς κερεαλκέος Ἰοῦς*, veterum technicorum in ea re auctoritatem opinor secutus, quorum doctrinam expressisse existimo Eustathium ad Homeri Il. p. 758, 27 Odyss. p. 1488, 50 et Choeroboscum in Bekkeri Anecd. p. 1176.

93. *μιν*] Ita optimi et plurimi codices pro vulgato *οἱ*, ex quo sequitur sequenti versu pro *ἀσφαραγεῦντι* scribendum esse *ἀμφαγέρονται*, quod ipsum habent libri meliores. Ed. pr.

103. *ξανθοκόμας*] Hoc pro edito olim *ξανθοκόμος* scribi voluit iam Reiskius, repertumque est postea in cod. K. Exemplis huius formae in Stephani thesauro allatis adde Pisandrum apud schol. Homeri Il. IV, 147 de Hercule dicentem *ξανθοκόμης μέγας ἦν γλαυκόμματος ἄρτι παρειᾷ λοχμάζων*, in quibus *παρειὰς* scribendum pro *παρειᾷ*, et pro *λοχμάζων* (omissum a lexicographis) fortasse *χνοιάζων*, quod melius con gruit cum *ἄρτι*.

104. *ἐπίπαγχυ*] Ante H. Stephanum *ἐπὶ πάγχυ*. Adverbio *ἐπίπαγχυ* usus esse videtur Callimachus H. Dian. 215, ubi nunc legitur *ᾔνησας δ' ἔτι πάγχυ ποδορρώην Ἀταλάντην*. Ed. pr.

120. *ἀέρι πρ*] Hoc libri habent omnes, nescio quo sensu. Scripsi igitur *ἅιδι πάντα* ex emendatione Pflugkii in Annal. schol. Darmstadt. a. 1831 p. 30. Eadem M. Hauptii est

emendatio apte comparantis Claudiani R. Pros. I, 20 *di quibus innumerum vacui famulantur Averni vulgus iners, opibus quorum donatur avaris quidquid in orbe perit.* Ac nescio an hoc legerit hoc loco Catullus III, 13, satis aperte Theocritea ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος exprimens verbis *unde negant redire quemquam.* Cf. Simonides Stobaei Flor. CXVIII, 5 πάντα γὰρ μίαν ἱκνεῖται δασπλῆτα χάρυβδιν, αἱ μεγάλαι τ' ἀρεταὶ (fort. ἀρχαὶ) καὶ ὁ πλοῦτος, in quibus δασπλὴς χάρυβδις item de Orco interpretandum. Πάντα pro πᾳ voluit etiam Reiskius.

121 — 23. προτέρων τοκέων ἔτι θερμὰ κονίῃ στειβόμενος καθύπερθε ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη· ματρὶ — εἵσατο ναώς] Ita haec vulgo legebantur, quae quomodo emendanda essent docere poterat scholiastae adnotatio: οὗτος δὲ μόνος τῶν ἔκπαλαι θανόντων καὶ πρὸ μικροῦ τῇ μητρὶ καὶ τῷ πατρὶ ναοὺς ἔκτισεν. Ex quibus apertum est verbum εἵσατο suspensum esse a μοῦνος et pro τοκέων scribendum esse τε καὶ ὧν, in quod incidisse video etiam Briggsium. Illa autem ὧν ἔτι θερμὰ κονία στειβομένα (ita enim codd. habent pro vulgato κονίῃ στειβόμενος) καθύπερθε — ἴχνη, non de mortuis, sed de viventibus explicanda sunt: *quorum adhuc calida vestigia iniectus desuper pulvis exprimit.* Ed. pr. Probarunt haec nunc etiam alii; pro στειβομένα autem scribendum videtur σειομένα, quod iam in proecdosi suasi.

134. φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις] Huc fortasse pertinet glossa Photii p. 651, 24 Φοιβήσασα· λαμπρύνασα. Ita enim scribendum pro φοιβάσασα, pro quo m. pr. φοίβασα habet. Tum nescio quo consilio poeta illud lecti sternendi ministerium Iridi *adhuc* innuptae tribuerit; nupsit sane Iris Zephyro ex eoque Amorem peperit, at post Iovis Iunonisque matrimonium id factum esse nec tradidit quisquam, nec si factum esse traderetur, ulla ratio excogitari posset, cur eo respexerit poeta. Itaque nescio an εὐπάρθενος scribendum sit, quemadmodum Nonnus Dion. III, 260 Theocritum fortasse secutus Inachi filiam vocat κούρην εὐπάρθενον.

XVIII

1. *Ἔν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ*] Recte ἄρα in carminis initio posuit Hesiodus *οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος*, ut in oratione concitata et affectus plena. Recte etiam Rhianus in Anal. Alex. p. 199 *ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα*, de quo carmine nunc assentior Goettlingio. Paulo aliter Nicias *ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο* apud scriptorem argum. Id. XI, in quibus ἄρα spectat ad ea quae Theocritus Niciae scripserat, *οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο ἢ ταὶ Πιερίδες.* Alia res est in exordio carminis historici, quale nostrum est, in quo rectissime Briggsius scribendum coniecit *ἔν ποκα τᾷ Σπάρτᾳ*, quod recipiendum erat.

2. *θάλλοντα κόμαις ὑάκινθον ἔχοισαι*] Iunt. et Calliergae haec scriptura est; nostri codd. *θάλλονθ' ὑακίνθω κόσμον ἔχοισαι.* Hermannus in schedis *θάλλονθ' ὑακίνθινον ἄμπυκ' ἔχοισαι.*

3. *νεογράπτω θαλάμω*] Pro recens picto thalamo quis non recens aedificatum expectet? quemadmodum Nonnus Dion. III, 134 Cadmi Harmoniam in matrimonium ducturi *νεοσταθὲς μέγαρον* commemorat. Scripsi igitur *νεοδμάτω*, quod etiam Hauptius coniecit; quamquam etiam *νεοπρέπτω* conici potest. Ahrensius *πρόσθεν ἐνγράπτω* edidit.

5. *Τυνδάρεω κατεκλᾴξατο*] Mirum est codd. tantum non omnes conspirare in *Τυνδαρίδαν* et *Τυνδαρίδα*, quorum alterum si verum est, patronymico poeta usus est pro primitivo, de quo usu cf. Lobeckius ad Aiac. p. 150 et Aglaoph. p. 982. Ed. pr. Secutus est Zieglerus, *Τυνδάρεω* Calliergae deberi monens. Scripsi nunc *Τυνδαριδᾶν κατεκλᾴξατο τὰν ἀγαπατάν, liberorum Tyndari amatissimam:* quemadmodum apud Horatium Sat. I, 1, 100 habes *fortissimam Tyndaridarum*, de quo cf. ad Menandri Rel. p. 193. Ad *κατεκλᾴξατο*, quod in codd. quibusdam *κατεκλάγετο* et *κατεκλάγξατο* scriptum est, respexisse Hesychium *Κατεκλάξετο· κατεκέκλειστο, κατακεκλεισμένως εἶχε*, intellexit

Valckenarius, bene corrigens *κατεκλᾳξατο* et *κατακεκλεισμένην*. Quod Ahrensius ex Ameisii coniectura edidit *Τυνδαριδᾶν κάσιν ἄγετο*, nunc ipsum improbaturum confido.

7. 8. *ἐγκροτέοισαι ποσσὶ*] Nihil mutandum. Aristophanes Ran. 330 *θρασεῖ δ' ἐγκατακρούων ποδὶ τὰν ἀκόλαστον φιλοπαίγμονα τιμάν.*

8. *ποσσὶ περιπλέκτοις*] Hemsterhusius *περιπλίκτοις* e cod. Par., in quo composito praepositionis vim non intellego. Ferrem si scriptum esset *ποσσὶν πλισσόμεναι*, quo pedum argutatio indicaretur, ut in homerico illo *αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων εὖ δ' ἐπλίσσοντο πόδεσσιν.* At *περίπλικτοι πόδες* invenustam, ne dicam obscenam saltantium speciem subiciunt. Cf. Strattis in Fragm. Com. II p. 788 *τὰ θυγάτρια περὶ τὴν λεκάνην ἅπαντα περιπεπλιγμένα.* Edita lectio si genuina est, *πόδες περίπλεκτοι* fuerint pedes inter se nexi, ut fieri solet in quibusdam saltationum generibus. Similiter de manuum nexu dixit Christodorus Ecphr. 18 *χεῖρε περιπλέγδην συνεέργαθεν.* Pro *ποσσὶ* unus Paris. *χερσὶ* habet. In seqq. *ὑπὸ δ' ἴαχε* e duobus codd. edidi cum Ahrensio; vulgo *περὶ δ' ἴαχε.* Praeterea praestat fortasse *ὑμεναίῳ.* Cf. Mnasalcas Anth. Pal. VII, 194 *πᾶν μέλαθρον μολπᾶς ἴαχ' ὑπ' εὐκελάδου.*

9. *πρώιζε*] Hoc pro *πρώιζα* obtulerunt duo codd., quos praeeunte Ahrensio secutus sum.

12. *χρήσδοντα*] Duo codd. *σπεύδοντα*, quod Ahrensius expressit.

14. *ἐς ἀῶ*] Respicere videtur Hesychius *Ἐς ἀῶ· εἰς μίαν ἡμέραν*, male ille quidem interpretatus, neque aliter Suidas. Debebant *εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν.*

15. *Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε*] Hic unus e paucis in Theocrito versus est, cuius quartus pes trochaicam habet diaeresin, quam quanto studio evitaverit optime docet idyllii huius vs. 46 comparatus cum versu 44. Eandem hic quoque facili opera removeris scribendo *Μενέλα, τεὰ ἁ νυὸς ἅδε.* V. ad. VIII, 10.

16. 17. *ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι*] In his *ἀγαθός* ineptum est, nec multo melius quod olim scribendum

proposui *ἀγαθόν τις*. Codd. fere *ὄλβιε γαμβρὲ ἀγαθός τις*, quod bene olim correxit Ahrensius *ὄλβιε γαμβρέ, θεός τις*. Nollem hoc postea reiecisset. Deos, non homines solum, sternutatione eventum praedicere, docere potest, ut de Amore taceam (v. ad Idyll. VII, 96), Mercurius in hymno Hom. 297 et Horae apud Nonnum Dion. VII, 107. Pro *τις* duo codd. *τοι*, quod ferri potest, si scripseris in fine versus *ἐρχομένῳ τις*. In sequenti versu codd. fluctuant inter *ἅπερ* et *ἄπερ*, vulgo *ὅποι*. Vitium loci latere videtur in verbis *ὡς ἀνύσαιο*, in quibus *ὡς* cod. G omittit. Pro *ἀνύσαιο* Par. 7 habet *ἀνύσαι*. Itaque scribendum putavi *ἅπερ ὦλλοι ἀριστέες οὐκ ἀνύσαντο*, hac sententia: deus aliquis tibi Spartam eunti adsternuit (i. e. fausta sternutatione adnuit), quae ceteri principes Helenam ambientes non consecuti sunt. Longe aliter locum Hermannus in schedis expedivit, cuius haec est emendatio:

ὄλβιε γάμβρ', ἀγαθός τοι ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ θεός
ἐς Σπάρταν, ᾇπερ τοὶ ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο
μοῦνος ἐν ἁμιθέοις Κρονίδαν Δία πενθερὸν ἑξεῖν.

19. *ὑπὸ τὰν μίαν ἵκετο χλαῖναν*] Recte Zieglerus et Ahrensius *ἵκετο* scripserunt e codd. pro vulgato *ᾤχετο*, nec minus recte Ahrensius articulum addito asterisco suspectavit. Scribendum videtur *Ζανὸς γὰρ θυγάτηρ ὑπὸ τοὶ μίαν ἵκετο χλαῖναν*. Idem vitium tollendum restat apud Callimachum Del. 75 *φεῦγε καὶ Ἀονίη τὸν ἕνα δρόμον*, ubi corrigam *τὸν ἑὸν δρόμον*.

20. *οἵα Ἀχαιιάδων — οὐδεμί' ἄλλα*] Reliqui versum ut scriptus est in Iunt. et Call. At codd. pro *Ἀχαιιάδων γαῖαν* habent *Ἀχαιάδα γαῖαν* et *Ἀχαιίδα γαῖαν*. Prius adscivit Zieglerus, productionem ultimae in *Ἀχαιάδα* nomine proprio excusari ratus, quod secus est. Expressit haec poeta ex Homeri Od. φ 107 *οἵη νῦν οὐκ ἔστι γυνὴ κατ' Ἀχαιίδα γαῖαν*, unde diu est quod scribendum conieci *οἵα Ἀχαιίδα γᾶν νύμφα πατεῖ οὐδεμί' ἄλλα*. Atque eodem modo Hermannus in schedis, nisi quod *χώρα* posuit pro *νύμφα*. Nec male Ahrensius edidit *οἵα Ἀχαιίδα νῦν γαῖαν πατεῖ*, quamquam displicet *νῦν*

inter *Ἀχαιίδα* et *γᾶν* positum. De dictione *γῆν πατεῖν*, *in terra versari*, afferunt Sophoclis Phil. 1060 *χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν*. Sic etiam in proverbio *τὰν Ἄβυδον πατεῖν* apud Eustathium ad Dionys. 513 et ipse Theocritus Id. V, 61 *τὰν σαυτῶ πατέων ἔχε τὰς δρύας*.

21. *ἦ μέγα τοί κε τέκοιτο*] Non omitti potuit *τι*, itaque e codd. scripsi *ἦ μέγα κέν τι τέκοιτο*. Ed. pr. Omitti posse *τι* ostendit Hermannus ex Sophoclis Phil. 446. Nihilominus codd. obsequendum, quorum duo habent *κέν τι*, alii *καί τι*. Unde Ahrensius posuit *ἦ μέγα κά τι τέκοιτο*. Admonent haec me fragmenti Chaeremonis tragici apud Walzium Rhet. VIII p. 789, quod sic scribendum videtur: *εἴαρος*

νύμφη τεκνοῖ τι μέγα θέρους, εἶθ' ὕστερον
χειμῶνος οἰχνεῖ συντόμως κεκαρμένη.

Quae ita eduntur *ἔαρος ἡ νύμφη τέκνον τι μετὰ θέρους ἐς ὕστερον, ἐν χειμῶνι δ' οἴχεται σὺν τῷ ἀνέμῳ κεκαρμένη*.

22. *ἄμμες δ' αἱ*] Hoc e codd. iam olim commendavi recepitque Ahrensius; vulgo *ἄμμες γάρ*. Ad sequentia *αἷς δρόμος ὡυτός — θῆλυς νεολαία*, cf. Hesychius *Νέαι· ἀγωνισάμεναι γυναῖκες τὸν ἱερὸν δρόμον*, quae ad Spartanas illas virgines referenda esse non dubium est: *τὸν ἱερὸν* autem *δρόμον* cum dicit, apertum est significari Spartanarum illarum cursus in Dionysiorum festivitate institutos. Hinc idem Hesychius explicandus in *Διονυσιάδες· ἐν Σπάρτῃ παρθένοι αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι*. Quae illustrant Aristophanis locum Lysistr. 1314 *ταὶ δὲ κόμαι σείονθ' ᾇπερ Βακχᾶν θυρσαδδωᾶν*, cui admoveri possunt illa Virgilii Georg. II, 488 *virginibus bacchata Lacaenis Taygeta*.

25. *τᾶν οὐδ' ἄν τις ἄμωμος*] Omissi optativi exempla attulit Reisigius de particula *ἄν* p. 108. Sed in iis quod omissum est facile suppletur e praecedentibus: alia Theocritei loci ratio, qui sic scribendus videtur *τάων οὔ τις ἄμωμος*. Ed. pr. Codicum scripturam tuetur Hermannus, optativum verbi substantivi sine ulla dubitatione omitti posse dicens; nihilominus verum puto quod conieci. Accedit quod ad sententiam loci fortius est

dici *nullam parem esse Helenae*, quam *non facile quampiam ei parem esse*. Denique non satis video quid *οὐδέ* sibi velit, pro quo *οὔ* requiro. Firmat autem suspicionem nostram Homerus Od. II, 121 *τάων οὔ τις ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείῃ ἤδη*. Cf. Apollonius Arg. II, 319 *τάων οὔτινά φημι —*.

26. 27. *ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον πότνια νὺξ ἅτε λευκὸν*] Assentiebar olim Lachmanno haec ita constituenti

ἅ ὡς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον
ἀὼς . . . .
πότνια νὺξ ἅτε λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος.

At perit ita comparationum concinnitas, quarum utramque qui binis versibus absolvendam fuisse monuit Hermannus, locum ita emendavit ut a nobis editus est. Aliorum conatus prudens praetereo. Pro *διέφαινε* posui quod Ahrensio debetur *διέφανε*.

29. *πιείρᾳ μεγάλα ἅτ᾽ ἀνέδραμε κόσμος ἀρούρᾳ*] Eichstadtius *πιείρᾳ μέγα λαῖον ἅτ᾽ ἔδραμε*, quod recepit Ahrensius ita scriptum *πιείρᾳ μέγα λᾷον ἀνέδραμε*. At *ἅτε* omitti non potuit. Alii pro *μεγάλα* scripserunt *μελία*, Wordsworthius *ἐλάτα*. Nihil mutandum est, cum hic verborum ordo sit *ἅτε μεγάλα κυπάρισσος ἀρούρᾳ ἢ κάπῳ κόσμος ἀνέδραμε*. Quod cupressos in agris seri negant, nihil est, cum hodie etiam in Italia, et apud nos quoque arbores in agrorum finibus plantentur. Praeterea rectissime Zieglerus vidit, triplici comparationi nullum hic locum esse, qua illata stropham hanc parum respondere praecedenti.

32. *ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα*] Haec vulgata olim lectio erat, pro qua quod e paucis codd. in proecdosi posueram *ἐκ ταλάρω*, recepit Ahrensius. Describi videtur lanificium, quod texturam, in sequentibus demum versibus descriptam, praecedit: nimirum lana e colo deducta in calathis reponebatur, ut inde ad texturam depromi posset. Hunc ordinem indicat Claudianus Eutrop. II, 382

non alius lanam purgatis sordibus aeque

praebuerit calathis, similis nec pinguia quisquam
vellera per tenuis ferri perducere rimas.

Indicaret etiam Ovidius Metam. VI, 22, nisi post hunc versum

sive levi teretem versabat pollice fusum,

alius in hanc sententiam scriptus excidisset:

sive levi teretem pulsabat pectine telam*).

Scripsi igitur apud Theocritum *ἐς ταλάρως πανίσδεται ἔργα τοιαῦτα*, in quibus *ἔργα* de laneis filis artificiosissime deductis intellegenda sunt. Cf. praeterea Philetas apud Strabonem VIII p. 346 *δμωίδες ἐς ταλάρους λευκὸν ἄγουσιν* (i. e. *κατάγουσιν*) *ἔρι*, et Aristophanes Lys. 579 *εἶτα ξαίνειν εἰς καλαθίσκον*.

34. *συμπλήξασα*] Legebatur *συμπλέξασα*, minus apte, ut mihi quidem videtur; non enim connectuntur radio fila operis textorii, sed pulsando coniunguntur. Scripsi igitur, quod iam Hemsterhusium coniecisse video, *συμπλήξασα*, quod proprium in ea re verbum est, pariter ut *κρούειν* et *πιέζειν*. V. Pollucem VII, 35 et poetam Anth. Pal. VI, 283. Vestigia verae scripturae servavit cod. G, in quo *συμπλίξασα* scriptum est.

35. *οὐδὲ λύραν*] Hoc e codd. restituit Ahrensius; vulgo *οὐ κιθάραν*.

38. *ὦ καλὰ ὦ χαρίεσσα κόρα*] Himerius Or. I, 19 *φέρε οὖν εἴσω τοῦ θαλάμου παραγαγόντες αὐτὸν ἐντυχεῖν τῷ κάλλει τῆς νύμφης πείσομεν* (l. *πείσωμεν*), *ὦ καλὴ ὦ χαρίεσσα· πρέπει γάρ σοι τὰ τῆς Λεσβίας ἐγκώμια*. Memoriae errore Sapphoni tribuit quae apud Theocritum legerat.

39. *δρόμον*] Recte ita legitur, modo ne quis Spartanas virgines dicere putet se ad solitas in *δρόμῳ* exercitationes exituras interque eas flores collecturas. *Δρόμος* ille, quem ad Eurotae ripas fuisse constat, arbustis fuit consitus pratisque contiguus; eo igitur se collaturae sunt postero mane, ut serta Hele-

*) Tale quid excidisse apertum est, cum eam artem, qua prae ceteris ita eluxit Arachne ut cum ipsa Minerva contendere posset, poeta omittere non potuerit.

8. *χῶς τυτθὸς — ποιεῖς*] *χῶς* Reiskius, *χῶ* vulgo, fort. *ὡς* scribendum cum Valckenario et *ταλίκα* cum Porsono. Hermannus *μελίσσαις καὶ τυτθὸς μὲν ἔεισθα, τὰ τραύματα δ' ἁλίκα ποιεῖς.*

* XX

Primi quattuor versus huius carminis leguntur in Anth. Pal. IX post 136 cum hac nota marginali: *τοῦτο ἐστὶν οὐκ ἐπιδεικτικόν, ἀλλὰ ἐρωτικόν· κακῶς οὖν ἐνταῦθα κεῖται.* Omisit Iacobsius. De auctore carminis dixi olim in praefatione Theocriti editionis secundae, quam disputationem hic illic auctam et correctam hic iterari non inutile fuerit, praesertim cum etiamnunc ancipites haereant criticorum sententiae, et Hermannus adeo in dissertatione de arte poesis bucolicae p. 13 non alienum se ab eorum iudicio ostenderit, qui illud a Theocrito non abiudicandum existimant. Atque illud quidem neminem qui Theocritum cognoverit latere potest, per totum carmen dulciculam quandam mollitiem fusam esse, quae a sano et masculo, ut ita dicam, Theocriteae poesios colore et ingenio mirum quantum abhorret. Non probo equidem eorum levitatem, qui angustam quandam ingenii poetarum imaginem sibi informantes, quodcunque huic opinabili eius effigiei repugnat, temere condemnant: sed in hoc carmine, si recens a ceterorum Theocriti idylliorum lectione accedas, adeo omnia a Theocritea illa quasi subrustica suavitate, qua imprimis placet, discrepant, ut nisi plane a semet ipso defecerit, talia vix unquam scribere potuerit. Exemplis in tali causa nihil efficitur, quoniam sentiri talia facilius quam explanari possunt; nec profecto eum, cui totius carminis indoles non persuadeat, pauca quaedam illius specimina movebunt. At quem non advertat manifesta aliorum Theocriti carminum imitatio? Illam formae laudationem, qua utitur bubulcus vs. 21—31 legens quis non recordetur illorum Polyphemi paulo tamen

agrestioris VI 34 — 39 coll. XI, 30 — 41. 77 — 79. Alibi contra, ut I, 105 — 10. III, 46 — 51, simillimos habes locos eius, qui deas rusticorum pastorumque amore captas commemorat vs. 34—41. Ita etiam iniuriae sibi illatae indignatio (vs. 15 sq.) conferri quodammodo potest cum XIV, 21 sqq. Quamquam non necesse est, ut singulos versus unde derivaverit auctor designemus. Sed quamvis omnia ita comparata sint, ut ingeniosum ipsum imitatorem fuisse videas, expressa tamen permulta paene ad verbum e Theocriteis sunt. Cyclops ille propter formae turpitudinem minus se Galateae probari opinatus Id. XI, 31

γινώσκω (ait) *χαρίεσσα κόρα, τίνος οὕνεκα φεύγεις·*
οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὤτερον ὡς μία μακρά,
εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει

et maxime Id. VI, 34

καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι.
ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἧς δὲ γαλάνα,
καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δέ μοι ἁ μία κώρα,
ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο· τῶν δέ τ' ὀδόντων
λευκοτέρα αὐγὰ παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.

Nunc vide mihi bubulcum illum nostrum et comae barbaeque speciem et oculorum quasi flammam et frontis nigris superciliis ornatae facieique colorem praedicantem, vs. 21 sqq.

καὶ γὰρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδύ τι κάλλος,
χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζον ὑπήναν,
καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις,
ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας.

Cyclopem rursus audi XI, 38

συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε κυκλώπων.

Bubulcus vs. 26 *ἐκ στόματος δέ*, ait,

ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κηρῶ.
ἁδὺ δέ μοι τὸ μέλισμα, καὶ ἢν σύριγγι μελίσδω,
κἢν αὐλῷ δονέω κἢν δώνακι κἢν πλαγιαύλῳ.

Polyphemus XI, 19 ὦ λευκὰ Γαλάτεια, inquit,

λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα ἀρνός.

Oris sui pulcritudinem et suavitatem praedicans bubulcus vs. 26

τὸ στόμα δ' ἧς πακτᾶς γλυκερώτερον —

Spreti amoris acerbitate tandem asperatus et semet ipsum iam revocans a vano errore Polyphemus, alteram quandam se Galateam sperat reperturum, quippe qui ceteris omnibus puellis probetur, a sola illa contemnatur XI, 76. Bubulcus XX, 30

καὶ πᾶσαι καλόν με κατ' ὤρεα φαντὶ γυναῖκες
καὶ πᾶσαί με φιλεῦντι, τὰ δ' ἀστικά μ' οὐκ ἐφίλασεν.

Quid igitur? an Theocritum adeo inopem dicemus, ut in iisdem duorum triumve carminum sententiis ne verbis quidem iisdem abstinuerit? Ego quidem imitatorem agnosco, minime illum quidem ineptum, sed qui quas sententias e Theocriteis transtulit, ingeniose ad molliorem illum bubulcum accommodaverit. Quod quidem artificium ut in hoc probamus, ita in Theocrito ipso ab inopiae crimine non longe remotum est, cuiusmodi imbecillitatem ingenii Syracusano poetae nemo imputabit.

Sed graviora, ut mihi quidem videtur, argumenta ex orationis indole peti possunt, cuius ea est forma, ut Moschum potius vel Bionem quam Theocritum carminis auctorem esse suspiceris. Ita quam vs. 19 et 32 et apud Bionem I, 53 habemus formam ἐμμί, ea nusquam usus est Theocritus, ad quod non attenderunt ii qui Id. XVIII, 48 contra librorum fidem scribi voluerunt Ἑλένας φυτὸν ἐμμί. Correptionibus ante consonas βλ et γλ Theocritus bis usus est, primum in encomio Ptolemaei Idyll. XVII, 136

μνάσομαι ἡμιθέων, δοκέω δ' ἔπος οὐκ ἀπόβλητον
φθέγξομαι ἐσσομένοις,

tum in Epigr. IV, 2

σύκινον εὑρήσεις ἀρτιγλυφὲς ξόανον.

Nunquam hoc fecit in bucolicis carminibus, at *Βουκολίσκου* scriptor in brevi carmine bis usus est, vs. 6

οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις,

et vs. 13

χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα.

Eademque libertate usi sunt Bion et Moschus, ille Id. III, 17 πάντ' εἴαρος ἀδέα βλάστη et XII, 3 τὰς δὲ γλυκείας ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψω, Moschus autem III, 112 τοιούτοις χείλεσσι ποτέδραμε κοὐκ ἐγλυκάνθη. Quod enim apud eundem poetam II, 74 legebatur ἐβέβλητο, iam olim cedere iussi genuinae lectioni ἐόλητο. Hi igitur poetae eandem libertatem sibi concessam putaverunt, qua novae mediaeque auctores comoediae raro quidem at tamen usi sunt, ut exempla docebunt in Historia crit. comic. p. 295 allata*), quae si Cobeto Mnemosynes vol. IV p. 241 in promptu fuissent, non credo eum praecipiti coniectura attentaturum fuisse haec Menandri apud Stobaeum Flor. LII, 9

μὴ τοῦτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω,
ἀλλ' εἰ φρονοῦντος τοὺς λόγους ἀνδρὸς φέρω,

praesertim cum idem poeta fragm. inc. 474 scripserit

ἢ πολλὰ φαύλως περιβεβλῆσθαι πράγματα.

Verbum νομεύειν Theocritus perpetuo et constanti usu cum accusativo obiecti coniunxit, quemadmodum ostendi ad VII, 113. At nostri carminis scriptor vs. 35 non dubitavit dicere καὶ φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσι, idemque fecit Moschus III, 82 καὶ ἀείδων ἐνόμευεν. Frequens apud Theocritum ut pastoricium poetam memoria est syringis, fistulae, tibiae, at ne semel quidem commemoravit plagiaulum, quod fecit bucolisci scriptor vs. 29 χἤν αὐλῷ δονέω χἤν δώνακι χἤν πλαγιαύλῳ et Bion V, 7 ὡς εὗρεν πλαγίαυλον ὁ Πάν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα. Praeterea ad haec velim attendas: κρήγυος, qua voce optimi quique scriptores,

*) Locis ibi allatis alia adieci in Comment. de Scymno p. 8. De tragicorum exemplis alius dicendi locus erit. Serioris autem aevi scriptores hac in re audacissime dicam an imperitissime versati sunt, ut qui vel nominis βίβλος primam corripuerint, e. c. Gregorius Naz. Carm. III, 592. anonymus poeta Anth. Pal. I, 23. 90. Genesius Reg. I in. et scriptor epigrammatis a Dübnero ad schol. Theocriti p. 2 editi.

atque in his ipse Theocritus Epigr. XXI, 3 pro *χρηστός* vel *ἀγαθός* utuntur *), nostri carminis scriptor pro *ἀληθής* dixit vs. 19 *ποιμένες εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον*. Sane veteres grammatici vocis *κρήγυος* utramque prodidere significationem, testante praeter alios Sexto Emp. c. gramm. I p. 656 Bekk. *ἱστορεῖ γὰρ (Διονύσιος) ὅτι κρήγυον ἀληθὲς ἔστιν ἢ ἀγαθόν*. At eundem poetam eandem vocem diverso significatu posuisse, prorsus incredibile est. Simile quid in verbo *σέσηρα* accidit, quo plane singulari modo usus est vs. 14 *καί τι σεσαρὸς καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν*, cum Theocritus Id. V, 116 et VII, 19 *σεσηρέναι* de iis dixerit, qui diductis labiis renident, in quo poeta communem dicendi usum secutus est, ut scholiastam mirer ad VII, 19 haec scribentem: *σεσαρὼς ἀντὶ τοῦ ἠρέμα ἐγέλα διεστηκὼς* (leg. *διεστακὼς*) *τὰ χείλη καὶ μειδιῶν, οὐκ εὖ δὲ κέχρηται τῇ λέξει*. Quae multo maiore iure de nostri carminis loco scripsisset, in quo ipse risus dicitur *σεσηρώς*, non unico quidem exemplo, nam etiam Hippocrates docente H. Stephano *σεσηρότα μειδιήματα* dixit, at contra plerorumque morem et, quod maximi momenti est, contra ipsius Theocriti consuetudinem.

Artis laudem et dictionis elegantiam carmini non denegaverim; insunt tamen quae Theocritus certe scripsisse nollet, ex quo genere sunt, nisi librarii nos ludificant, quae leguntur vs. 22 et 23

χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο,
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζον ὑπήναν.

In quibus praeter aliam inconcinnitatem duplex comparatio *οἷα σέλινα* et *ὡς κισσὸς* elegantiae laudem profecto non meretur. Denique ut metricam carminis artem verbo attingam, non puto talem versum qualis sextus est:

---

*) Exempla in Thesauro Parisino composita augere licet locis Leonidae Anth. Pal IX, 335 *κρήγυος ὑλοφόρος* et ionici scriptoris apud Stobaeum Flor. XXVIII, 18 *χρυσὸν μὲν ἄνθρωποι βαναύσῳ τέχνῃ προσθάλψαντες ἔγνωσαν τὸ κρήγυον*.

οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις,

Theocritum facturum fuisse; quod quid sit apparebit ex iis quae ad Moschi Id. II, 81 dicta sunt, ubi simillimos habes numeros:

κρύψε θεόν καὶ τρέψε δέμας, καὶ γίνετο ταῦρος,

ad quem locum multa aliorum poetarum exempla collegi. In Theocriteis nihil huic simile reperitur, nisi Id. VIII, 41

παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοί, παντᾷ δὲ γάλακτος —.

Sed hoc idyllium non esse Theocriteum, certe eam eius partem, ex qua versus ille desumptus est, Theocrito abiudicandam esse certissimum est.

Ostendisse mihi videor carmen de quo agitur ceteris Theocriti carminibus partim nimis partim parum simile esse, ex quo sequitur quod efficere volui, Syracusani poetae foetum haberi non posse.

5. κύσσῃς] Ante Toupium κύσῃς et κύσαις.

6. ὡς ἄγρια παίσδεις] In his ἄγρια corruptum videtur, quod si interpreteris de rusticitate in ludendo, nescio an id per dicendi usum fieri non possit, qui eo sensu ἀγροικικῶς mihi postulare videtur; sin proprie intellegas de iocorum lusuumque *feritate*, certe plus iusto poeta rem exaggeravit et parum apte locutus est. Has ob causas ὡς ἄρτια παίσδεις mihi cum Graefio scribendum videtur, *quam concinne, quam apte iocaris.* Nota sunt homerica ἄρτια βάζειν et ἄρτια εἰδέναι.

7. τρυφερὸν λαλέεις] Pro λαλέεις codd. E. 10 καλέεις. Eldickius γελάεις, Schneidewinius γελᾷς, Ahrensius βαίνεις, quod praestat sine dubio ei quod Kiesslingius coniecit λαλαγεῖς. Totum versum omittit cod. C.

8. ἀδέα χαίταν] Dicere videtur suave olentem comam, quippe nullis delibutam unguentis. Cf. Idyll. V, 54 ἀδέος ἐλαίω et VII, 81 κέδρον ἐς ἀδεῖαν.

9. χείλεά τοι νοσέοντι] Scripsi quod Sauppium coniecisse accepi νοτέοντι. Aptissime comparare licet Sophronis fragm. in Crameri A. Ox. I p. 123 λαδρέοντι δὲ τοὶ μυκτῆρες.

13. μυχθίζοισα] Hemsterhusii ad Lucianum p. 353

emendatio est; vulgo *μυθίζοισα*. Confirmant codd. Vat. *E.* *μυχθίζοισα*.

18. *κακὰ μωμήσαθ' ἑταίρα*] Parum apte insolentis meretriculae superbiam et irrisionem significavit verbo *μωμᾶσθαι*. Scripsit ni fallit coniectura poeta *μωκήσαθ' ἑταίρα*. Idem error tollendus videtur Id. X, 19 *μωμᾶσθαί μ' ἄρχη τυ*. At non vituperavit Milo Battum, sed contumeliose irrisit; itaque hic quoque malim *μωκᾶσθαί μ' ἄρχη τύ*.

21. Post hunc versum Hermannus in dissertatione de arte poesios bucol. p. 14 alium excidisse suspicatur, in quo corporis sui formam et staturam amator descripserit.

22. 23. Hi versus vulgo inverso ordine scribuntur; transposuit Graefius, *ἐπύκαζεν*, quod libri habent, in *ἐπύκαζον* mutato. Quod apio capillos suos comparat bucoliscus, illustrat poeta in Anth. Pal. V, 121 *μικκὴ καὶ μελανεῦσα Φιλαίνιον, ἀλλὰ σελίνων οὐλοτέρη*. Praeterea aliquanto concinnius poeta scripsisset aut *περὶ κροτάφους ἐκέχυντο* et *κισσὸς περὶ πρέμνον*, aut *περὶ κροτάφοισι κέχυντο* et *κισσὸς περὶ πρέμνῳ*. Sed etiam duplex comparatio offensioni est, nec vituperarem ego si quis alterum versum ita scriptum mallet *χὼς κισσὸς ποτίπρεμνος ἐμὰν ἐπύκαζον ὑπήναν*, *hederae arborem complectentis instar mentum obtegebant.*

25. *ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας*] Wordsworthius bucoliscum iusto arrogantiorem induci ratus, *μᾶλλον* a poeta pro *πολλὸν* scriptum suspicatur, cui, si quid mutandum, praeferendum haud dubie quod Hermannus voluit:

ὄμματα δὲ γλαυκᾶς χαροπώτερα λεῖσσεν Ἀθάνας.

Quae etsi perelegans est emendatio, impudentiam tamen hominis non multum minuit. Possunt etiam alia conici, velut

ὄμματα δὲ γλαυκᾶς χαροπώτερα πουλὺ θαλάσσας.

At si impudens illius rustici arrogantia accusatur, quod se multo lucidiores oculos quam Minervam habere dicit, incusanda etiam impietas Simaethae Id. II, 79 Delphidis splendorem Lunae praeferentis.

26. *τὸ στόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον*] Ita vulgo editur. Codd. fere *καὶ στόμα δ' αὖ πακτᾶς, καὶ στόμα ἢ καὶ ὑπ' ἀκτᾶς*. Recte Hermannus *τὸ στόμα δ' ἧς*. Praeterea corruptum est haud dubie *γλυκερώτερον*, cuius iteratio in duobus deinceps versibus indigna est huius carminis elegantia. Scribendum videtur *γλαγερώτερον*, quo lactea oris mollities optime indicatur, quemadmodum apud Ovidium Met. III, 796 Galateam Cyclops *coacto lacte molliorem* dicit. Cf. Orpheus Lith. 304 *ἠΰτε παρθενικὴ γλαγερόχροσι χερσὶν ἑλοῦσα ἠίθεον στέρνῳ προσπτύσσεται ἱμερόεντι*. Ita enim scribendum conicio pro *γλαγόφρονι*, nisi malis *γλακτόχροσι*. Tum *ἐκ στόματος δέ*, quod in proecdosi pro *ἐκ στομάτων δέ* scribendum conieceram, probavit etiam Hermannus. Cf. ad Moschi VI, 1. Nonnus tamen editam lectionem in suo codice habuisse videtur Dion. XLVII, 105 *ἐκ στομάτων δὲ ἡδυμανῆς ἀλάλαζε χέων ἄγραυλον ἀοιδήν*.

27. *γλυκερωτέρα ἢ μέλι κηρῶ*] Vulgo *μελικήρω*, cui male Valckenarius admovit Thucyd. VII, 77 *ἤδη δέ τινες καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τῶνδε ἐσώθησαν*, ubi genetivi *τῶνδε* longe diversa est ratio. Praeterea docendum erat quid sit *μελίκηρον*. Recte Reiskius *μέλι κηρῶ*. Codd. fere *μέλι κήρω*.

29. *κἢν αὐλῷ λαλέω*] Pro *λαλέω*, quod permire de tibiae cantu dictum est, Vat. habet *δονέω*, quod exquisitius est quam ut librarii errori imputandum sit, probavit etiam Ahrensius ad Bionis Epitaph. p. 73. Nil enim tribuendum videtur obscuris seu potius corruptis verbis Anaxandridis apud Athen. XIV p. 633e *μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν*.

31. *φιλεῦντι, τὰ δ' ἀστικά μ' οὐκ ἐφίλασεν*] Ita recte libri, quorum scripturam qui revocavit Zieglerus, *τὰ ἀστικά* comparat cum eo quod nostri dicunt *das städtische ding*. Comparanda potius quae Graeci dicunt, *τὰ παιδικά, τὰ φίλτατα* et quae praeterea neutro plurali de una persona dici possunt. Male olim Wartonum secutus edideram *φιλεῦνθ', ἃ δ' ἀστικὰ οὐκ ἐφίλασεν*.

32. 33. *παρέδραμε. κοὔποτ' ἀκούει ὡς καλὸς Διό-*

νυσος] Ita vulgo, me quidem quid *οὔποτε* hic significet nesciente. Adde quod codd. *χὡ* habent, non *ὡς*. Itaque coniunxi verba *παρέδραμε κοὔποτ᾽ ἀκούει*, sive potius *κοὐ ποτακούει* cum Reiskio. Alterum autem versum, *χὡ καλὸς Διόνυσος ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει*, valde vereor ne male sedula manus intulerit; ut enim mittam haec nullo iam vinculo cum praecedentibus coniuncta esse, de Dionyso pastoris munere fungente ego certe nihil me legere memini. Ed. pr. Non dubitavi hunc versum in marginem reicere, quem frustra ut equidem opinor Hermannus Annal. Marburg. 1837 p. 230 et diss. de poesi buc. p. 10 servare conatus est probata Briggsii aliorumque coniectura triplici, *ὡς καλὸς Διὸς υἱὸς ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἔλαυνεν*, Apollinem dici existimantium, quem non recte hic inferri credo, ubi non alia quam dearum pastores amantium exempla componuntur. Nostram sententiam secuti sunt Zieglerus et Ahrensius, quorum Zieglerus praeterea *ποτάκουεν* edidit.

35. *καὶ φρυγίοις ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσι, καὶ τὸν Ἄδωνιν*] Venerem Anchisae armenta pavisse bubulcam ex hoc ipso loco tradidit Nonnus Dion. XV, 210 *εἴκελος Ἀγχίσῃ ῥοδοειδέει, τοῦ ποτε Κύπρις ἀργεννὴν ἐνόμευεν ὀρεσσινόμων στίχα ταύρων*. In seqq. *καὶ τὸν* Wassenberghii emendatio est, libri *αὐτόν*.

39. *λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε καὶ εἰς ἓν παιδὶ καθεῦδεν*] Codices, ut videtur, omnes *λάθριον*, quod cum corruptelae indicio revocavit Ahrensius. Dubitari non potest quin recte *λάτμιον* in Iunt. emendatum sit. Tum *εἰς ἓν* cod. Tol., *εἰς ἐμὰ* Vat. C, *εἰς ἕα* Vat. E, *εἰς ἑὰ* scholia, *εἰς ἀμὰ* Par., *εἰστόμα* Iunt. Corrigunt alii *εἰς ὁμά*, alii *εἰς ἅμα*. Hoc placet Valckenario, comparanti *εἰς τρίς* et *εἰς ἅλες*. Potuisset addere *εἰς ἄγαν, εἰς πότε, εἰς ἄρδην, εἰς μάτην, εἰς ἔγγιστα, εἰς πᾶν, εἰς ἔτι, εἰς νῦν, εἰς αὐτίκα* (Aratus Phaen. 769. 1102) et si quae alia huius generis reperiuntur. Cf. Lobeck. ad Phryn. p. 48. Sed haec omnia facilem explicatum habent, at *εἰς ἅμα* ut cogitari non potest, ita nec dictum unquam fuit. Nec *σύναμα* advocari debuit, quod rectissime dictum est et ab *εἰς ἅμα* diversissimum. Nec magis probandum *εἰς ἕν*, quod ex cod. Tol.

commendavit L Scaliger et ipse olim probavi. Nam *εἰς ἕν τινι καθεύδειν*, si unquam dictum est, non alio sensu dici potuit quam *in eundem locum cum aliquo dormiendi causa concedere*, ut *εἰς ἓν ἐλθεῖν τινι* idem est quod *εἰς ταὐτόν τινι ἐλθεῖν*. Id vero etsi a sententia non prorsus alienum, tamen parum commode nec eleganter dictum esset; quo accedit quod nullum eius locutionis exemplum afferri potest. Paulo melius esset *εἰν ἑνί*, quod pro *ἅμα* aliquoties Nonnus usurpavit, ex antiquioribus fortasse poetis ductum. Sed hoc etiam qua de causa probari non possit facile intellegitur. Itaque aliud circumspexi remedium, nec dubito quin id ipsum quod scripsit poeta reppererim coniciendo

λάτμιον ἂν δάπος ἦλθε, καὶ εἰς ἕω παιδὶ παρεῦδεν.

De *ἕως* monosyllabo cf. Homerum Il. *ψ*, 226 *ἦμος δ' ἑωσφόρος εἶσι φόως ἐρέων ἐπὶ γαῖαν.* Verbum *παρεύδειν*, cuius quod aliud nullum exemplum extat casui imputandum videtur, satis tuentur verba *παρακαθεύδειν*, *παρακοιμᾶσθαι*, *παριαύειν*. Fortasse tamen *παιδὶ καθεῦδεν* recte dictum est. Cf. Nicander Athenaei XV p. 683 a *ἑσπέριος νύμφαισιν ἰαονίδεσσι νυχεύσων*, et quae dixi Exercitt. in Athen. I p. 50. Similis item dativi usus apud Sophoclem Oed. C. 680 *θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις*, et apud Rufinum Anth. Pal. V, 61 *τῇ κυανοβλεφάρῳ παίζων κόνδακα Φιλίππῃ*. Ad *εἰς ἕω* ut redeam, hoc ipsum latere videtur in scriptura Iuntinae *εἰστόμα*, in qua duas lectiones *εἰς ἕω* et *ἅμα* coniunctas esse suspiceris; nam ΕΙϹΤΟ vix differt ab ΕΙϹΕΩ. Denique pertinet huc fortasse glossa Suidae *Εἰς ἕω· εἰς τὴν ἀρχομένην ἡμέραν.*

43. *ἁ δὲ*] *ἀδὲ* et *ἀδὲ* libri, *ἁ δὲ* Reiskius, *ἅ τε* vulgo. Inconsiderate Eldikius *χαλυκώπιδος ἅ τε Σελάνα*, obliterato Cypridos nomine, quod necessarium esse docet vs. 34.

44. *μηδὲ σὺ*] *μηδὲ τὺ* Brunckius, codd. *μηδὲ* et *μηδ' ἁ* omisso *σύ*. Tum libri consentiunt in *ἀδέα*, quod *Ἄρεα* scribendum esse vidit Hermannus l. l. et post Hermannum Wordsworthius.

XXI

2. *αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος*] Malim *αὔτα*.

4. *κῆν ὀλίγον νυκτός τις ἐπιβρίσησι*] Vulgo *ἐπιψαύσησι*, codd. *ἐπιβησέησι* vel *ἐπιβησέεισι*, in quo cum manifesto *ἐπιβρίσησι* ab *ἐπιβρίθω* lateat, id ipsum reposui, pro *νυκτός τις*, in quo *νυκτός* inutile est, dubius haerens utrum *νυσταχτύς* (ultima correpta ut in exemplis ad vs. 49 allatis) reponerem an *νύσταξις*, quo usus est Hesychius. Ahrensius *ἐπιμύσησι*, producta brevi syllaba ante liquidam, cuius licentiae nullum apud Theocritum nisi in epicis carminibus exemplum extat. Itaque praestaret sane *ἐπημύσησι* scribere, quod Hermannus voluit. *ἐπιβρίσησι* etiam Reiskius scripsit, sed per errorem; voluit enim *ἐπιβρίξησιν* ab *ἐπιβρίζειν*, quod pro *ἀποβρίζειν* dici non potest, nec fides habenda quam olim attuleram glossae Hesychii *Ἐφυπνῶσαι· καθευδῆσαι*. Pro *κῆν* vulgo legitur *κἂν*.

5. *ἐφιστάμεναι*] Complures libri *ἐπιστάμεναι*, quod ex *ἐπιπτάμεναι* corruptum videri potest, quamquam non nescio *ἐφίστασθαι* de nocturnis visis proprie dici. Ibidem codd. Vatt. *μελεδωναί*, quam *τόνωσιν* analogia respuit. Cf. Lobeckii Proll. Pathol. p. 33.

6. *ἰχθύος ἀγρευτῆρες*] Briggsius *ἰχθυοθηρητῆρες*, poterat facilius *ἰχθυοαγρευτῆρες*. Sed ne hoc quidem necessarium est. Pro *ὁμῶς* sententia *ὁμοῦ* poscere videtur; neque enim utrumque pariter piscatorem fuisse dicendum erat, sed ambo una sub eodem tugurio cubuisse.

7. *στρώσάμενοι βρύον αὖον*] Si fucus pro strato erat pauperculis illis, non intellego quo pacto iidem vs. 35 in foliis cubare dici potuerint. Itaque nescio an hoc dicat, iacuisse illos sub tugurio, cuius tectum fuco marino stravissent; cui sententiae num quo modo verba aptari possint, videant alii.

8. *κεκλιμένοι τοίχῳ τῷ φυλλίνῳ*] Probabiliter Ahrensius *κοίτῳ* pro *τοίχῳ* scripsit. Praeterea malim *ἐπὶ φυλλίνῳ*

pro τῷ φυλλίνῳ. Hermannus τοίχῳ πρὸς φυλλίνῳ, articulo ipse etiam offensus.

9. τὰ ταῖν χειροῖν ἀθλήματα] Hermannus nescio quam ob causam et qua syntaxi κεῖτο τά τ' ἐν χειροῖν. Pro ταῖν scripsi τοῖν propter vs. 48.

10. τὰ φυκιόεντά τε λῆδα] Probo cum Kiesslingio Briggsii coniecturam τὰ φυκιόεντα δελῆτα, coll. Hesychio δελῆτι, δελέατι. Eadem contractio in forma βλῆρ (δέλεαρ, βέλεαρ, βλῆρ), de qua cf. Etymol. M. p. 200. Suidas: Βληρόν (βλῆρ) τὸ δέλεαρ. Hesychius Βλήρ (βλῆρ), δέλεαρ — παρὰ Ἀλκμαίωνι ἡ λέξις. Ubi, ut hoc in transcursu moneam, falluntur interpretes de Alcmaeone tragico (cf. Valcken. diatr. p. 151 a) vel de Euripidis Sophoclisve Alcmaeone fabula cogitantes. Intellege potius Alcmana lyricum, quem passim Alcmaeonem appellari docuere Salmasius Exerc. Plin. p. 580. Menagius ad Diogenem Laert. VIII, 83 alii. Ed. pr. Non δελῆτα scribendum fuisse, sed δέλητα animadvertit L. Dindorfius in Thesauro. Atque edidit ita Ahrensius, quem secutus sum; dubito tamen num recte. Parum apte enim inter cetera vitae piscatoriae instrumenta memoratur esca. Libri fere habent τε λῆγα, τε λήγα, τελῆδα. Wordsworthius τὰ φυκιόεντά τε πηδά coniecit, in quo pluralis incommodus est, cum unus tantum lembus vs. 11 memoretur; neque credibile est gubernaculum lembo exemtum et seorsim positum fuisse. Hauptius velorum commemorationem desiderans τὰ φυκιόεντά τε λαίφη vel in hanc sententiam aliquid scriptum fuisse suspicatur, simul φυκιόεντα de colore velorum, etiam nunc graecis navigatoribus usitato, intellegens.

11. ὁρμιαί] Vulgo ὁρμειαί, quod ὁρμιαί scripsi iam in proecdosi, et scribendum est etiam aliis locis, ut apud poetam Anth. Pal. VI, 4.

12. κώπα] κῶας fere libri, unus Vat. κῶα, Strothius κῶπαι, pro quo Kiesslingio praeeunte κώπα praetuli cum Zieglero.

13. εἴματα πῖλοι] Ita vulgo, codd. εἴματα πύσοι. Prope a vero abfuit Ahrensius, qui egregie olim εἶμα τάπης ἦν conie-

cerat, quod nescio cur postea spreverit; atque in eandem emendationem inciderat Hermannus in schedis *εἷμα τάπις σφι* scribens, laudato Hesychio *Τάπις, προσκεφάλαιον.* Quae glossa pertinet ad Homeri Il. *κ*, 256 *αὐτὰρ ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο φαεινός.* Non credo tamen cervicale dici, cuius vice fungebatur storea eodem versu memorata; sed *τάπητα* intellego de stragula *ἐπιβολαίῳ.* Cf. Suidas in *τάπητες.* Praetuli autem *σφί* ei quod Ahrensius voluit *ἦν*; propius etiam ad codicum ductus esset *τάπης φι*, qua pronominis forma usi sunt Callimachus et Nicander.

14. *πόρος*] Hoc Köhlero debetur, *πόνος* libri, quod a Kiesslingio acriter defensum si scripsisset poeta, quid aliud diceret, quam piscatores instrumenta artis suae habuisse non sufficientia? atqui illi habuerunt omnia quibus opus erat. Cf. Iulianus Anth. Pal. VI, 25 de piscatore, qui rete Nymphis dedicaverat, *Κινύρου ταῦθ' ὅλος ἔσκε βίος.*

15. *οὐδὸς δ' οὐχὶ θύραν εἶχ' οὐ κύνα*] Haec Briggsii emendatio est; vulgo *οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ' οὐ κύνα*, quam Aurati emendationem esse dicit Valckenarius. Codd. fere *οὐδεὶς δ' οὔχυθραν εἶχ' οὐ κίνα* et *οὐδεὶς δ' οὐ κύθραν εἶχ' οὐ λίνα.* Ollam qui memorari requirebant *κύθραν* recipere debebant. In sequentibus Briggsius recto sensu *ταῦτα περισσὰ πάντ' ἐδόκει.* Malim tamen *πάντα περισσὰ ταῦτ' ἐδόκει.*

16. *τήνοις· ἁ γὰρ πενία*] Ita Reiskius, codd. *τήνοις ἄγρα πενία.* Tum *σφὰς ἐτήρει* Ahrensius, cuius emendationem libri confirmant, qui habent fere *ἡ σφᾶς ἑτέρη* et *ἡ σφὰς ἑταίρη.* Vulgo *σφιν ἑταίρα.* Comparandum epigramma Iuliani in Anth. Pal. IX, 654 etiam ab Ahrensio allatum:

κερδαλέους δίζεσθε δόμους, ληίστορες, ἄλλους·
τοῖσδε γὰρ ἔστι φύλαξ ἔμπεδος ἡ πενίη.

17. *ἐν μέσσῳ*] Hoc intellegi non potest et corruptum videtur. Tum *γείτων πέλεν· ἁ δὲ παρ' αὐτάν* Reiskius; vulgo *γείτων· παντᾷ δὲ παρ' αὐτάν*, libri *γείτων πενία δὲ παρ' αὐτάν.*

18. *θλιβομέναν*] Recte Reiskius *θλιβομένα*, quod du-

dum receptum oportuit. Tugurium a poeta descriptum in extrema sinuati litoris parte situm erat; recte igitur mare intra duas quasi chelas coarctatum dicitur *θλιβομένα θάλασσα*. Similis loci descriptionem habes apud Procopium de Aedif. VI, 4 *ἡ θάλασσα ἐν στενῷ θλιβομένη ἀπεργάζεται μηνοειδῆ κόλπον*. Cf. Antiphilus Anth. Pal. VII, 641 *θλιβομένοιο ποτὶ στενὸν ὕδατος*. Nihil est quod vulgo legitur *θλιβομέναν καλύβαν*. Tum *τρυφερὸν προσέναχε* de mari molliter ad casam adfluente dictum nihil habet in quo iure haereas. Similiter *inanantem Maricae litoribus Lirim* habes apud Horatium Carm. III, 17 et apud Marianum Anth. Pal. IX, 668 *δενδρήεντα γέρων παρανήχεται Ἶρις χῶρον, ἀμαδρυάδων ἔνδιον ἀβροκόμων*. Activae formae exemplis adde hoc Antipatri in Anth. Pal. IX, 269

νῆχε δ' ὃ μέν, τὸν δ' εἷλε κύων ἁλός· ἦ γὰρ ἀλάστωρ
χηρῶν οὐδ' ὑγρῷ παύεται ἐν πελάγει.

Ita haec enim corrigenda sunt, addicente fere codice Palatino.

19. *κοὔπω*] Hoc pro vulgato *οὔπω* scripsi e Vat. et Par. Tum *τὰ μέσα τᾶν δρόμων* (ον supra) Vat. C, in quo latet fortasse *τὰν μεσάταν ὁδόν*; ita Id. VII, 10 *κοὔπω τὸν μεσάταν ὁδὸν ἄνομες*.

20. *τοὺς δ' ἁλιεῖς ἤγειρε φίλος πόνος*] *τοὺς δ' ἁλὸς ἐξήγειρε φίλος πόνος* Hermannus in schedis.

21. *σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον αὐδάν*] Ita librorum scripturam correxit I. H. Vossius; vulgo *ᾠδάν*. Ad *φρεσίν* compara Homerum Il. XVII, 260 *ἧσι φρεσὶν οὔνομα εἴποι*.

23. *φέρει Ζεύς*] Pro his codd. fere *φέρουσιν* habent, Ald. *φέρει* om. *Ζεύς*, quod primus addidisse videtur Iuntinae editor; nec male *φέρουσιν* (sc. *αἱ νύκτες*) scribi posse adnotavit Hermannus in schedis.

25. *μὴ λαθόμην; τί τὸ χρῆμα;*] Hermannus *μὴ λάθε μ'; ἢ τί τὸ χρῆμα;* Tum *ταὶ* Graefius, *δ' αἱ* libri. Ahrensius edidit *μὴ λαθόμην, τί τὸ χρῆμα χρόνου ταὶ νύκτες ἔχουσι;* memor fortasse Aristophanei *τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον*, cuius tamen alia ratio est.

26. *Ἀσφαλίων μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος.*] Non multum

proficitur D. Heinsii coniectura Valckenario probata, qua verborum Ἀσφαλίων et αὐτομάτως sedem permutavit; quid enim est αὐτομάτως μέμφεσθαι? Non sane *temere vituperare*, ut putabat Briggsius, qui ipse coniecit ἄπφ', ἅλιον μέμφῃ, quem Ahrensius secutus ἄπφ', ἁλίως μέμφῃ edidit: neque improbarem hoc, si pro ἅλιον vel ἁλίως, quod non credo hoc sensu recte poni, scripsissent ἄλλως. Si tamen recte Heinsius Ἀσφαλίων in sequentem versum reiecit, pro αὐτομάτως non male opinor conicias ἀλεμάτως, *stulte aestatem vituperas*. De ceteris criticorum coniecturis non indigna memoratu est Graefiana μὴ Ἀσφαλίων μέμψῃ.

28. ποιεῖ τοι] Codd. ποιεῦντι, vulgo ποεῖ τιν. Correxit Hermannus.

30. οὔ σ' ἐθέλω] Scribebatur οὔ σε θέλω. Fortasse tamen praestat οὐδέ σε λῶ. Non placet enim oratio abrupta et ἀσύνδετος.

32. οὐ γὰρ νικαξῇ κατὰ τὸν νόον] Scaliger ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ (εἰκάξῃ) κατὰ τὸν νόον, Hermannus οὐ γὰρ μὴ εἰκάξῃ νωθρὸς νόον, Briggsius εὖ γὰρ ἂν εἰκάξαις κατὰ τὸν νόον, quod cum Ahrensio secutus sum, rectius fortasse facturus si scripsissem οὐκ ἄρ' εἰκαξῇ κατὰ τὸν νόον;

36. ἀλλ' ὄνος ἐν ῥάμνῳ] Codd. fere ἄλλονος ἐν ῥάμῳ, vulgo ἄσμενος ἐν ῥάμνῳ, emendavit Boissonadus. Tum τό τε λύχνιον Hauptius.

37. ἀγρυπνίαν] Ante Reiskium αἰὲν ἄγραν, om. αἰὲν codd. Mox λέγε μοί ποτε retinui cum edd., λέγω ποτέ et λέγεο ποτέ codd., λέγε δή ποτε Zieglerus.

38. ὄψιν, τά τις ἔσσεο δὲ λέγει] Ita Vatt. codd., nisi quod alter καὶ habet pro δέ. Tum μάννσον edd. veteres, codd. μάννεν. Locum corruptissimum Hauptius ita refingit: ὄψιν, τὰν ἴδες, εἴγε θέλεις μανύεν ἑταίρῳ.

39. δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισιν] Recepi Brunckii emendationem ἐπ' εἰναλίοισι πόνοισιν, *post exactos labores marinos*. Pro δειλινὸν probabiliter Wartonus δειλινός. Cf. ad VII, 21.

42. *ἐν πέτρᾳ βεβαῶτα*] Ante H. Stephanum *μεμαῶτα*.

43. *καλάμω*] Ante Valckenarium *καλάμων*.

45. *πᾶσα κύων ἄρτον μαντεύεται*] Vulgo *ἄρτως*, codd. *ἄρτῳ*, Brunckius *ἄρτον*. Quorum omnium nihil verum est. Canes ossa potius quam panem somniare consentaneum est. Cf. Dioscorides Anth. Pal. V, 56, 7 et Plato VII, 100. Ahrensius *ἄρκτον μαστεύεται* edidit, cui obstat quod ursos venari perpaucorum canum est. Nec melius Briggsius coniecit *πᾶς ἀχὴν ἄρτον* vel alius *πᾶς πεινῶν ἄρτον*. Tum *ἰχθύα κήγών* si scripsit poeta, ut scripsisse sane videtur, accusandus est ob insignem dicendi infantiam, cum oratio postulet *ἐγὼ δὲ ἰχθύν*, vel *καὶ ἐγὼ ἰχθύν*. At propter accusativum *ἰχθύα* frustra Theocrito irascitur Cobetus Var. Lect. p. 42. Sane novicia haec forma est et ante Theocritum (si modo Theocriti hoc carmen est) et Euphorionem fragm. 161, quantum hodie iudicari potest, nulli poetae usurpata: at cum iam Homerus *ἰχθύας* et Hesiodus *βότρυας* dixerint, nescio quid tantum commeruerint, qui easdem formas ad singularem transtulerunt poetae, ut ne graece quidem scivisse arguantur. Longius etiam Briggsius progressus omnes locos in quibus haec accusativi forma legitur corruptos esse et emendandos statuit. Sed hunc satis redarguunt exempla, in quibus trisyllabam formam metrum flagitat, ut Oppiani Cyn. IV, 405. Quinti Smyrnaei IV, 259. XI, 201 multorumque aliorum. Exemplis huius accusativi in Anal. Alex. p. 157 et a Wernickio ad Tryphiodorum p. 290 allatis adde anonymum de viribus herb. 132 *ταύτην τὴν βοτάνην Διὸς ὀφρύα πᾶς ὀνομάζει*. Ceterum notatu dignum apud Nonnum ne unum quidem huius formae exemplum reperiri, qua ceteri sequioris aetatis poetae frequentissime usi sunt.

48. *περικλώμενον*] Servavi codd. scripturam; *περὶ κνώδαλον* vulgo, *περικλώμενος* Hermannus. Quod quis conicere possit *περιώσιον* vel *περιώδυνον*, nullam habet probabilitatem. Tum *εὖρον* scripsi ut vulgo legitur, *εὐρὺν* codd., in quo aliud quid latet. Fortasse *ἔσχον*.

49. *πῶς κεν ἕλω μέγαν ἰχθὺν*] Codd. *πῶς μέν*, Reis-

kius πῶς κεν vel πῶς μιν, Hermannus πῶς μιν. Tum ἰχθύ' scripsi pro ἰχθύν, praeeunte Wernickio ad Tryphiod. p. 290, qui verissime monet oxytona substantiva in υς et nominativum et accusativum producere. Sed apud Apollon. Rh. I, 238 πληθὺς ἐπερχομένων ἄμυδις κίεν, ubi Wernickius ἐρχομένων proposuit, scribendum videtur σπερχομένων. Corruptior eiusdem locus I, 515 τοίην σφιν ἐνέλλιπε θελκτὺν ἀοιδῆς, ubi lectionis varietatem intuenti fortasse τοῖόν σφιν ἐνέλλιπε θέλκτρον ἀοιδῆς scribendum videbitur: θέλκτρον dixit pro θελκτήριον, ut θρέπτρον dicitur pro θρεπτήριον et μείλικτρον, quo ipse usus est Apollonius IV, 712, pro μειλικτήριον. Ed. pr. Ἰχθύς ultima correpta legitur in versu nescio cuius poetae apud I. H. Vossium ad Arati Phaen. 385 δελφὶς ἀνθρώποις εὔνοος ἰχθὺς ἀεί, cui non plus tribuendum quam Luciano Anth. Pal. XI, 405, qui adeo in ἰχθύδιον antepenultimam corripuit. Revocavi tamen librorum scripturam, quoniam in illis accusativis poetas ultimam elisisse nullo exemplo constat. Quo accedit, quod alia quoque nomina in υς exeuntia reperiuntur, in quibus recte ultima corripitur, quod de νηδύς testantur Choeroboscus Bekkeri Anecd. p. 1402 et Arcadius p. 92, quibus praeter Palladam Anth. Pal. IX, 170 optimi quique poetae fidem faciunt. Vid. Wernickius l. l. λιγνύς eadem mensura dixit Euripides Phaeth. fr. II, 46 Dind., de κλιτύς cf. Schaeferum Melet. crit. p. 73.

Ibid. ἀφαυροτέροισι σιδάροις] Metri necessitate coactus σίδαρα dixit poeta pro σιδάρια, qui vulgaris graecitatis usus est. Falluntur enim editores qui σιδήροις ad nominativum σίδηρος revocant. Neque Briggsius probandus ἀφαυρότερος δὲ σίδηρος coniectans. Fugit Theocriti locus etiam editores thesauri Parisiensis. Apud Pollucem VII, 71 Bekkerus edidit ὕπερα σιδηρᾶ, e codd. opinor; vulgo ὕπερα, σίδηρα.

50. ἠρέμ' ἔνυξα] Libri ἄρ' ἐμὲ νύξας, Eldikius ἠρέμα νύξας, perfecit emendationem Briggsius.

51. νύξας] Libri νύξεαι et νύξαι, correxit Briggsius.

Tum *ἐχάλαξα* debetur Hermanno pro librorum lectione *χαλέξας*, idem postea alii.

52. *ἤνυσα δ' ὢν τὸν ἄεθλον*] Ante Scaligerum *ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον*, quod frustra tuetur Toupius *illico* 'confeci vertens; non confecisse certamen simul ac viderat piscem, ipse indicavit poeta. Nec probandus Kiesslingius *ἰδὼν* ad somnium referens, vel Ahrensius, qui *ἤνυσ' ἑλὼν* edidit. Mirum est viros doctos repertis frugibus glande vesci maluisse. Quid enim aptius cogitari potest quam Scaligeranum *ἤνυσα δ' ὢν*?

57. *μή ποτε τῶ στόματος*] Ahrensius *μὴ πὸτ τῶ στόματος* et *ἔχωντι* pro *ἔχοιεν*, quod in codd. *ἔχοισα* et *ἔχοντι* scriptum est.

58. *πεισστῆρσι κατῆγον ἐπ' ἠπείροιο*] Haec vulgata est lectio, codd. fere *πιστεύσασα καλαγετὸν ἠπήρατον*. Recepi Hermanni emendationem quantumvis dubiam.

59. *ὤμοσα δ' οὐκέτι*] Brunckius *ὤμοσα μηκέτι*, quod recte improbans Hermannus ad Euripidis Hel. 852 tentavit *μηκέτι δ' ὤμοσα λοιπὸν* vel *λοιπὸν δ' ὤμοσα μηκέθ'*. Sed *ὤμοσα*, si quid video, necessario in orationis initio ponendum. Itaque accedo Schaefero ad Demosthenem vol. I p. 591 soloece poetam locutum statuenti.

60. *μένειν ἐπὶ γᾶς καὶ τῶ χρυσῶ βασιλεύειν*] Codd. *βασιλεύσειν*, quo recepto *μενεῖν* scripsi pro *μένειν*.

63. *καὶ σύγε μὴ τρέσσῃς*] Nihil est illud *καί*, cui Hauptius Museo Rhen. 1845 p. 277 *μή* substituit. Negationem ante *τρέσσῃς* codd. omittunt, nec dubium est quin melius poeta scripsisset *μὴ σύγε ταρβήσῃς*.

64. *ὡς ἴδες εὗρες*] Codd. *εἶδες*, quod correxit Reiskius; pro *εὗρες*, quod non bene dictum est de piscis captura, nescio an *εἷλες* scribendum sit*). Ibid. recte Ahrensius *ἴσα δ' ἦν ψεύ-*

*) Frequenti errore *ἑλεῖν* in *εὑρεῖν* et *εὑρεῖν* in *ἑλεῖν* abiit. In Anytae carmine Anth. Pal. VII, 492 recte Heckerus Comm. I p. 300 scripsit *εἱλόμεθα*, in ceteris a recta via aberrans. Scribendum videtur:

δεσιν ὄψις. Vulgo *ἴσαι δὲ ψεύδεσιν ὄψεις*, codd. *ἴσα δ' ἐν ψεύδεσιν ὄψεις.*

65. *εἰ δ' ὕπαρ, οὐ κνώσσων τὺ τὰ χωρία*] Servavi loci conclamati scripturam vulgatam; codd. fere *εἴ με γὰρ κνώσσων τοῦτο χωρία, εἰ γάρ με κνώσσων τοῦτο χωρία, εἴ με ειπειρῶς* (sic) *κνώσσων τοῦτο χωρία.* De coniecturis criticorum nulla memoratu digna.

66. *ζάτει*] Ante Stephanum *ζατεῖ.*

67. *κἄν τοι*] Vulgo *καί τοι*, Scaliger *καὶ τοῖς*, Valckenarius *κάν τοῖς*, Hermannus *καὶ σοῖς*, Briggsius *κἄν τοι* i. e. *καὶ ἔν τοι*, quod recepi. Pro *χρυσοῖσι* praestat *χρυσέοισι* scribere et 62 *ταρβέω* pro *ταρβῶ.*

XXII

1. *αἰγιόχῳ*] Alieni mihi videntur ab huius carminis dialecto dorismi quales sunt *αἰγιόχω, ἀμφοτέρως, πλατανίστως, κόχλω.* Eos igitur etiam ubi codices consentirent in vulgares formas mutavi. Quod olim etiam *ὑμνέομεν* scripsi pro *ὑμνέομες*, nunc retracto.

3. *μέσας*] Ante Reiskium *μέσοις.*

5. *ἀδελφούς*] Scribendum videtur *ἀδελφεούς*, cuius loco, ubi trisyllabam formam metrum postulat, epici poetae *ὅμαιμος* dicunt.

8. *δύνοντα καὶ οὐρανοῦ ἐξανιόντα*] Sensit vitium loci Hemsterhusius, pessime ille quidem *κὰς οὐρανὸν* pro *καὶ οὐ-*

Ὠιχόμεθ', ὦ Μίλητε φίλη πατρί, τὰν ἀθέμιστον,
τὰν ἄνομον Γαλατᾶν κύπριν ἀναινόμεναι —
οὐ γὰρ ἐμείναμεν ἅμμα τὸ δυσσεβές, οὐδ' Ὑμέναιον
νύμφιον, ἀλλ' Ἀίδην κηδεμόν' εἱλόμεθα.

Quorum versuum secundo vulgo *ὕβριν* legitur pro *κύπριν*, quod verum esse ostendit verbum *ἀναινόμεναι*, et tertio *αἷμα* pro *ἅμμα*. Quarto versu *νύμφιον* posui pro *νυμφίον*, *nuptiarum praesidem.* Nota est *Ἀφροδίτη νυμφία* e Pausania.

ρανοῦ coniciens. Hermannus *καὶ οὐρανὸν ἐξανιόντα*, Ahrensius *κατ' οὐρανοῦ ἢ ἀνιόντα*. Mihi adhuc non displicet quod olim conieci et nunc recepi *καὶ οὐρανὸν εἰσανιόντα*.

15. *ἐφερποίσας*] Ita Kiesslingius: libri *ἐφερπύσας*.

17. *ὑμεῖς γε*] Ante Reiskium *ὑμεῖς τε*.

19. *ἀπολήγοντ' ἄνεμοι*] Haec forma, non modo quod aliud eius exemplum in hoc carmine non reperitur, sed eam etiam ob causam suspecta est, quoniam illud *οντι* pro *ουσι* nunquam eliditur a Theocrito. Ed. pr. Posui nunc *ἀπολήγουσ' ἄνεμοι*. Etiam alii poetae hanc elisionem fere vitarunt. Apud Erinnam tamen Anth. Pal. VII, 710 legitur *αἶτ' ἀστοὶ τελέθωντ' αἶθ' ἑτεροπτόλιες*, et apud lyricum incertum Clementis Alex. Str. IV p. 640 Pott. *ἀείδοντ' ἐν ὕμνοις*.

30. 31. Hos versus propter *ἀμφοτέρων ἐξ τοίχων* affert Etymol. M. p. 324, 21. *νηὸς*] *ναὸς* Ahrensius ex C.

33. *πυρεῖά τε χερσὶν ἐνώμων*] Schol. Apollonii Arg. I, 1184 *πυρήια γὰρ ταῦτα (τὰ ξύλα) φησὶ τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγεννᾶν* (leg. *ἐκγεννᾶν*), *ὧν τὸ μέν ἐστιν ὕπτιον ὃ καλεῖται στορεύς, θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτρίβοντες τῷ στορεῖ στρέφουσιν*. Eleganter Sophocles *ἀχάλκευτα τρύπανα* dixerat, quod Hesychius v. *Ἀχάλκευτα* recte explicat per *φρύγια πυρεῖα*. Aliam ignis eliciendi rationem indicat Nonnus Dion. II, 495 *πυρσογενὴς ὅτε θῆλυς ἀράσσεται ἄρσενι πέτρῳ* i. e. duro lapide mollior tunditur. Cf. Lobeck. Proleg. Pathol. p. 27.

36. *παντοίην δ' ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλην, εὗρον ἀέvναον κράναν*] Ita vulgo, quod a Briggsio aliisque correctum ex codd. et Eustathio ad Dionysii Per. 1055. V. Hermannus ad Euripidis Ion. 117. Vitiosa forma *ἀέvναος* legitur in versu Sibyllino apud Theophilum c. Autol. II p. 240 *οὖρεά θ' ὑψήεντα κἀέvναα χεύματα πηγῶν*, ubi cum ed. pr. habeat *καὶ ἀέναα*, scribendum videtur *καὶ εὔναα*.

39. *λάλλαι*] Ante Ruhnkenium *ἄλλαι*.

44. *ἔνθα δ' ἀνὴρ ὑπέροπλος ἐνήμενος ἐνδιάασκεν*]

Suspicari possis pro *ἐνήμενος* scribendum esse *ἀνήμερος*. Sed cf. XVII, 102 *πλατέεσσιν ἐνίδρυται πεδίοισιν*.

47. *σαρκὶ σιδαρείῃ*] Imo *σιδηρείᾳ* aut *σιδαρείᾳ*.

49. *ἠΰτε πέτροι ὀλοοίτροχοι*] Recepi emendationem Valckenarii. Cf. Buttmannum Lexil. II p. 236. Imitatur Theocritea Christodorus Ecphr. 237 *δοιοὶ δὲ συνισταμένων παλαμάων εὐρέες ἐσφήκωντο βραχίονες ἠΰτε πέτραι*.

53. *τὸν πρότερος — Πολυδεύκης*] Diversitatem narrationis Theocriteae ab ea quae apud Apollonium legitur tangit huius scholiastes II, 8 *δύναται καὶ ἐνικὸν εἶναι* (*μίν*), *ἵνα περὶ* (leg. *ἐπὶ*) *τοῦ Ἀμύκου λάβωμεν· ὁ δὲ Θεόκριτος ἄλλως ἱστόρησεν*.

54. *ὅτις ἐσσί*] Vulgo *ὅστ' ἐσσί*, Vat. *ὅστις ἐσσί*. Correxit Is. Vossius.

58. *ἠδ' ὑπερόπτης*] Codd. *ἦ*, quod me invito servatum est, Hemsterhusius *ἠδέ*, qua particula hic uti potuit Theocritus ut vs. 139 et Idyll. XXIII, 52. Sed idem in bucolicis et mimicis carminibus constanter ea abstinuit, quod fugit Brunckium ad Id. XX, 43 et I. H. Vossium ad Id. I, 106. Servavit *ἦ* et versum per interrogationem extulit Briggsius, nescio quid discriminis statuens inter *ἄγριος* et *ὑπερόπτης*. Cf. Strato Anth. Pal. XII, 193 *ὑπέροπτα καὶ ἄγρια*.

59. *τοιόσδ' οἷον*] Ita Reiskius correxit codd. scripturas *τοιοίδ' οἷον* et *τοιοῖδ' οἷοι*. Anonymus Anth. Plan. IV, 86 *τοῖος ὁκοῖον ὁρᾷς, σύκινος, οὐ ῥίνῃ πεπονημένος*. Sic enim scribendum.

63. *γνώσεαι, εἴ σου δίψος ἀνειμένα χείλεα τέρσει*] Boissonadus Anecd. nov. p. 241 tentat *γνώσεαι· ἦ σου δίψος ἀνειμένα χείλεα τέρσει;* Non ausim sola coniectura ductus unicum hoc futuri *τέρσω* exemplum obliterare.

65 — 67. Hi versus omnes olim uni tribuebantur Amyco; stichomythiam restituit Reiskius.

66. *ὀρθός*] Hoc e Vat. A restitui pro vulgato *ὀρθά*. Sensus esse videtur *rectis te aspiciens oculis*. Cf. Damagetus Anth.

Plan. IV, 95 ἔρχονται δ' ἐς ἀγῶνα καταντίον ὄμμα βαλόντες. Sed vereor ne vitium subsit.

69. οὐ γύννις ἐών] Ita ed. Flor., οὐ σὺ οὐ γύνις ἐὼν Vat. A, οὐ σύ με ἀμὸς C. R. 10, in qua scriptura σύ με ex ipso illo γύνις corruptum est i. e. CYME ex ΓΥΝΙC. Habemus igitur duas scripturas, οὐ γύννις ἐών et οὐ γύννις ἀμός, quarum in prima etsi ἐὼν ex ἑκὼν corruptum esse suspicari possis, alteram tamen praeferre non dubitavi, ab Hauptio in Museo Rhen. 1845 p. 277 optime vindicatam allato Etym. M. p. 95, 21 ἔστιν ὄνομα ἀμός, ἰσοδυναμοῦν τῷ τις δωρικῶς et schol. Homeri Od. I, 10 παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν ἔστιν ὄνομα ἀμός, ἰσοδυναμοῦν τῷ τις. Quae e Dionysio Thrace petita esset docet grammaticus ined. apud Ruhnkenium ad Tim. p. 29.

72. ὀρνίθων — κυδοιμοί] Afferunt hunc versum scholiastes Aristophanis Av. 71 et Suidas v. ἡττήθης.

73. 74. ὀρνίχεσσιν ἐοικότες εἴτε λέουσιν γινόμεθα] Ante Brunckium γεινόμεθα. Forsan melius poeta ἐσσόμεθα vel φαινόμεθα scripsisset. In sequentibus verbis οὐκ ἄλλῳ γε μαχησαίμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ, olim οὔ κ' ἄλλῳ scribendum esse dixi, quod recepit Ahrensius. Dubito num recte; vix enim unquam κέ post οὐ elisum reperias, nec probandus Dindorfius qui in Xenophane apud Athen. X p. 413 edidit οὔ κ' ἔοι ἄξιος ὥσπερ ἐγώ. Quo accedit quod orationis forma, οὐκ ἂν μαχησαίμεθα, truci Amyci ingenio parum convenit. Scribendum igitur putavi οὐκ ἄλλῳ γε μαχησεύμεσθ' ἐπ' ἀέθλῳ. Briggsius μαχεσσαίμεσθ' ἂν ἐπ' ἄθλῳ, Hermannus ad Moschi Id. I, 6 οὐκ ἄλλῳ κε, quorum neutrum probandum videtur.

77. ἀεὶ Βέβρυκες κομόωντες] Briggsius ἀεὶ cum φυσαθέντος coniungit, parum recte, ut videtur. Eadem huius voculae traiectio Id. XVIII, 106 μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων.

80. βοείαις] Vat. βοείης. Scribendum videtur ἐκάρτυναν βοέῃσιν. Neque enim ipsi caestus manibus suis induebant, sed sociorum ope in ea re utebantur, ut constat ex Apollonio Arg. II, 62. Id qui intellexisse videtur Wakefieldius Sylv. crit. II

p. 130 versu 82 recte scripsit *πνέοντας*, commendatum illud nuper etiam a Doederlinio, cui plane assentior *συνάγειν* pro *συνιέναι* dici posse neganti. Ed. pr. Ut apud Apollonium ita etiam apud Nonnum Dion. XXXVII, 505 *ζῶμα δέ οἱ παρέθηκε* (*περίθηκε*?) *καὶ ἥρμοσεν ἰξύι μίτρην, καὶ δολιχαῖς παλάμῃσι κασιγνήτοιο συνάπτων ἀζαλέων ἔσφιγξε περίπλοκον ὁλκὸν ἱμάντων*. At apud Christodorum Ecphr. stat. 226 Entellus ipse sibi aptat caestus. Intransitivam vim verbi *συνάγω* tuentur exempla quale hoc anon. Anth. Pal. XII, 203 *δύσκολος ἢν ἐπάγω*, *quando venio*. Eodem pertinet qua solus Theocritus utitur formula *πόταγ' ὧδε*.

85. *ἰδρείῃ μέγαν ἄνδρα*] Vulgo *ἀλλ' ἰδρίῃ μέγαν ἄνδρα*. Omittit *ἀλλ'* Vat. A. ed. Flor., quae *ἰδρείῃ* habet pro *ἰδρίῃ*, quam formam recte suspectat Dindorfius. Ahrensius edidit *ἰδρείῃ μέγα δ' ἄνδρα*, in quo *δέ* secundae voci subiectum neque Theocriteum neque epicum est. Nam quod quis contra afferre possit ex Idyll. VI, 39 *ὡς μὴ βασκανθῶ δέ*, alius generis est. Possis *ἰδρείῃ δὲ μέγ' ἄνδρα*, sed nec bene graecum est *μέγα παρελθεῖν τινα*, et *μέγαν* aegre Theocrito eripiam, qui solertiam Pollucis immani corpori Amyci opposuit. Videtur potius ante hunc unus vel duo versus excidisse, in quibus de Amyci conaminibus Pollucem circumveniendi dictum erat.

87. *ἵετο*] Vulgo *ἵετο*, Vat. A *ἤγετο*.

88. *τοῦ δ' ἄκρον τύψε γένειον*] Gerhardus Apoll. lect. p. 151 corrigit *τοῦ δ' ἄκρον ἔτυψε γένειον*, cui quid obstet dixi ad VIII, 10. Si corruptus locus est, conicias *τοῦ δ' ἄκρια τύψε γενείου*, ut apud Oppianum Cyn. II, 553 *ὀλίγον δ' ὑπὲρ ἄκρια ῥινός*. Ad rem comparandus est a Iacobsio indicatus Nonnus Dion. XXXVII, 540.

90. *σὺν δὲ μάχαν ἐτίναξε*] Non imiter Ahrensium, qui *σὺν δὲ μάχαν ἐτάραξε* edidit; *συντινάσσειν μάχην* esse videtur ingenti impetu pugnam ciere.

102. *ἐτώσια χερσὶ προδεικνύς*] Schol. Vict. Homeri Il. XXIII, 690 *προδεδειχότι τὸ παρήιον Ἐπειοῦ περιεβλέψατο καὶ οὕτως ἐπλήγη — καὶ Θεόκριτος φησίν ʽἐτώσια*

χερσὶ προδεικνύς'. Qui parum recte Theocritum intellexit; fallebat et conturbabat Pollux adversarii mentem, ictus identidem alio ingerere visus quam quo volebat; id nostri gladiatoriae artis magistri dicunt *finten machen*.

104. *μέσσας ῥινὸς ὕπερθε κατ' ὀφρύος ἤλασε πυγμήν*] Verborum ordo hic est: *κατὰ μέσας ὀφρύος ὑπὲρ ῥινὸς ἤλασε*. Male vulgo *μέσσας* cum *ῥινὸς* coniungunt, inutili et fere ridiculo nasi epitheto.

109. 10. *καὶ ἔξω χεῖρας ἐνώμα αὐχένος ἀρχαγὸς*] Haec codicum lectio est, optime ab Ahrensio emendata.

112. *σάρκες δ' ᾧ μὲν*] Libri *σάρκες δ' αἱ μέν*, quod male Reiskius et Valckenarius *σάρκες δ' οἷ μὲν* scripserunt; Ahrensius *σάρκες δ' ᾧ μέν*, ego olim *σάρκες τῷ μὲν* vel *σάρκες οἷ μέν*, quorum illud proxime abest ab eo quod servavit glossator Laur. *αἱ μὲν*] *γράφεται 'τοῦ μὲν' Ἀμύκου*. alterum recepit Zieglerus.

113. *πάσσονα*] Ita ex optimis libris edidit Ahrensius; vulgo *μάσσονα*. Mox *χροιῇ δέ τ' ἀμείνω* scripsi in proecdosi pro vulgato *καὶ χροιῇ ἀμείνων*. Codd. *χροιὴ δέ τ' ἀμείνων* et *χροιὰ δέ τ' ἀμείνων*, Valckenarius *χροιῇ δ' ἔτ' ἀμείνω*.

114. *ἁπτόμενος φορέεσκε πόνον*] Codd. fere *ἁπτομένου*, quod fortasse *αὐξομένου* scribendum; nihil tamen muto.

115. *πῶς γὰρ δή*] *πῶς τἂρ δή* non male Briggsius.

116. *οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης*] De hiatu vide ad Id. XXIII, 42. Tum Hemsterhusius *ἐγὼ δ' ἑτέροις*, quod non magis probandum videtur quam quod Lachmannus ad Propert. II, 1 p. 91 coniecit *ἐγὼ δ' ἐπέων ὑποφήτης*. Ad sententiam aptum esset *ἐγὼ δὲ τεῦ ὧν ὑποφήτης*, sed dubito de *ὦν*.

119. *ἔλλαβε*] *ἔλαβε* Vat. C, *ἔλλαχε* Vat. E.

120. *δοχμὸς*] Etymol. M. p. 285, 14 *δόχμιος, ὁ πλάγιος, παράγωγον ἀπὸ τοῦ δοχμός. Θεόκριτος 'δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς'*. Pro *ἑτέρᾳ* Toupius *ἑτέρῳ* coniecit, neque intellego quo pacto *ἑτέρᾳ* interpretari liceat.

122. *καί κε τυχὼν ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα*]

Hunc versum in codd. omissum ex Flor. addidit H. Stephanus, delevit Ahrensius cum Brunckio.

123. *κεφαλῇ*] *κεφαλὴν* Vatt., unde Ahrensius edidit *ἀλλ' ὅγ' ὑπεξανέβη, κεφαλὴν στιβαρῇ δ' ἄρα χειρί*, quod vel propter causam ad vs. 85 allatam improbandum.

126. *ἄλλῃ*] Ita volebam, non *λαιῇ*, ut vulgo legitur, pro quo *ἄλλῃ* Vat. A, *ἄλλο* Vat. C, *ἀλλ' ὅγε δή* Vat. E. Ahrensius *ἄλλην* edidit errore opinor typographi.

135. *καὶ σὺ μὲν ὕμνησαί μοι ἄναξ*] *καὶ σὲ μὲν ὕμνησ' ὦ φίλ' ἄναξ* Vat. E., quod male olim secutus sum.

136. *δορυσσόε*] Cf. Philemo Grammat. p. 123 et Eustathius Hom. p. 62f, qui hunc ipsum locum respiciunt.

140. *Λυγκεὺς*] Respicit huc schol. Aristoph. Plut. 210.

150. *βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι καὶ ἀλλοτρίοις κτεάτεσσιν*] Vereor ne haec frustra coniecturis tententur; totum enim versum eliminandum censeo utpote e sequentibus verbis *γάμον δ' ἐκλέψατε δώροις* confictum. Ed. pr. In hoc iudicio assentientem habui Ahrensium. Ne is quidem qui fecit hunc versum *ἀλλοτρίοις* scripsit, sed *ἄλλοισι* vel, ut Schaeferus voluit, *ἀλλοίοις*.

153. *τάδ' ἔειπα*] Scribendum erat cum codd. *στὰς εἶπα*.

165. 66. *τούτου—γάμου*] Ita Schaeferus; libri *τοῦτον—γάμον*. Cf. Oppianus Hal. I, 514 *οὔτ' οὖν πουλυπόδεσσι γάμου τέλος*. Antipater Anth. Pal. VI, 276 *ἤδη γάρ οἱ ἐπῆλθε γάμου τέλος*.

169. *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν πείθεσθε*] Sententia postulare videtur *ἀλλ' ἔτι κἂν νῦν*, *si non prius, at certe nunc tandem*. Solon in Bergkii P. L. p. 344 *ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο*. Menander Com. IV p. 172 *εἴσελθε κἂν νῦν, ὦ μακάριε*. Cf. ad Idyll. XXIII, 35.

172. *ἔγχεα λοῦσαι*] Hoc revocavi e codd., cuius loco quod vulgo legitur *ἔχθεα λῦσαι* ex emendatione fluxit. Nec probandum est quod Hermannus coniecit *ἔγχεα δεῦσαι*. Simonides Anth. Pal. VI, 2 *τόξα* (leg. *ὅπλα*) *τάδε πτολέμοιο πεπαυμένα δακρυόεντος, Περσῶν ἱππομάχων αἵματι λουσάμενα*. Idem VII, 443 *τανυγλώχινας ὀιστοὺς λοῦσεν* (leg. *λούσατο*)

φοινίσσᾳ θοῦρος Ἄρης ψακάδι. Philippus IX, 247 *λουσαμένη βρομίῳ*. Macedonius XI, 58 *χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου*. Epigramma adesp. 24 *τὸν στέφανον τὸν ἐμοῖς δάκρυσι λουόμενον*. Oppianus Cyn. IV, 203 *ἔστη μὲν πρώτιστα λελουμένος αἵματι λάβρῳ*. Nonnus Dion. V, 380 *δάκρυσιν ἀενάοισιν ἐλούσατο φάρεα νύμφη*. XV, 350 *βέλος δυσέρωτι λελουμένον εἰσέτι λύθρῳ*. XX, 27 *ἰκμάσι λούειν*. Et audacius idem VIII, 406 de Baccho infante *βρέφος οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον*, et 413 *καθαρῷ λούσασα νέον βρέφος αἴθοπι πυρσῷ*. XI, 430 *καὶ χρυσῷ σέο γυῖα καὶ ἠλέκτροισι λοέσσω*. Iam intellegitur etiam apud Callimachum Del. 95 recte legi *ταχινός σε κιχήσομαι αἵματι λούσων τόξον ἐμόν*, ubi item Hermannus *δεύσων*. Similiter *lavere* pro *tingere* dixit Virgilius Cul. 60 *assyrio bis vellera lauta colore*.

173. *ὅμαιμος ἑὸς*] Ante I. Vossium *ὅμαιμος ἐμός*.

190. *σακέεσσιν ἐνὶ δεινοῖσι παγέντα*] Ingeniose Reiskius *ἐν ἰτεΐνοισι*, quem olim cum Valckenario secutus sum, immemor tum Homeri Il. X, 254 *ὅπλοισιν ἐνὶ δεινοῖσιν ἐδύτην*.

191. *ἄορ*] Ante Ahrensium *ἄορ᾽*.

195. *τοῖο σάκος*] *τοῖο κόρυν* requirebat Briggsius, non respiciens, ut videtur, praecedentia.

206. *Λαοκόωσα*] Schol. Apollonii Argon. I, 152 *Φερεκύδης τὴν μητέρα τῶν περὶ Ἴδαν Ἀρήνην φησίν, Πείσανδρος Πολυδώραν, Θεόκριτος Λαοκόωσαν*.

220. *πύργον αὐτᾶς*] Eustathius ad Hom. p. 621, 56 *ὅθεν* (ex homerico *ἕρκος πολέμοιο*) *μεταλαβὼν Θεόκριτος φησὶ τὸν Ἀχιλλέα πύργον αὐτῆς*.

221. *μουσῶν*] Malim *μουσέων*.

XXIII

1. *πολύφιλτρος*] Nihil hoc aliud est quam *ἐρωτικός*. More seriorum *φίλτρα* dixit de amore. Cf. Hermannus ad Orph.

p. 823. Moschus VII, 8 *καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβᾶν.*

2. *τὸν δὲ τρόπον οὐκέθ' ὁμοίω*] In his neque, ut Iacobsius et Zieglerus voluerunt, *οὐδὲν ὁμοίω* scribendum, neque *οὐκέτι* cum Kiesslingio *nequaquam* interpretandum. Comparanda qualia haec sunt Menandri Fragm. Com. vol. IV p. 164 *τὰ δυσχερῆ τε καὶ τὰ λυπήσοντά σε ὁρᾷς ἐν αὐτῷ, τὰ δ' ἀγάθ' οὐκέτι βλέπεις*, vel hoc Meleagri Anth. Pal. V, 177 *ἔστι δ' ὁ παῖς γλυκύδακρυς — πατρὸς δ' οὐκέτ' ἔχω φράζειν τίνος.* Taedet plura afferre, nisi quod idem dicendi genus Democrito reddendum Stobaei Flor. XLVIII, 13 *φόβος κολακηίην μὲν ἐργάζεται, εὔνοιαν δὲ οὐκ ἔχει.* Scribendum videtur *οὐκέτι*, quod in omnibus his locis est *non item.* Pro *ὁμοίω* autem in loco Theocriti malim *ὁμοίως* scil. *ἀγαθοῦ.*

4. *τίς ἦν θεός*] Ferri hoc potest, quamvis sequantur praesentia. Nescio tamen an poeta scripserit *τίς ὢν θεὸς ἥλικα τόξα χερσὶ κρατεῖ χὥς πικρὰ βέλη — βάλλει*, in quibus *χὥς* iam Wartonus maluerat.

5. *πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει*] Rectissime H. Stephanus et D. Heinsius *ποτικάρδια* coniecerunt, quod fastidiose respuit Valckenarius, alii levissimis rationibus impugnarunt. Quod enim *παιδίον* etiam de adolescentulo dici posse ex Aristaeneti Ep. I, 10 docent, nihil facit ad hunc locum, in quo perinepte poeta locutus esset, si amatores *παιδίων* nomine significasset. Cf. Crinagoras Anth. Plan. IV, 199 *ἐν δὲ πικρὰ καρδίᾳ βέλη πήξας ἀφύκτον ἰὸν ἔσταξας πόθων.*

6. *πάντα δὲ κἂν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρής*] Hunc versum Briggsius et Hauptius post vs. 2 transponendum et cum eo, qui nunc tertius est, coniungendum existimant. Aut hoc probandum, aut quod ego posui et Wordsworthius quoque repperit, *πάντα δ' ἔην μύθοισι* scribendum.

7. *οὐδὲν*] Hoc scripsi pro *οὐδέ τι*; at *τί* codd. omittunt.

9. *τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα*] Codices *κουφίζειν* et *κουφίζοι.* Scripsi igitur *κουφίζει*, idque ipsum, ut nunc video,

habet cod. Parisiensis. Ed. pr. Reiskius *οὐχὶ φιλάματ' ἐκούφιζον τὸν ἔρωτα*, quod recepit Ahrensius.

10. *οἷα δὲ θὴρ ὑλαῖος ὀπιπτεύῃσι κυναγώς*] Priora corruptissime scripta sunt in codd. *οἷα θηβυλέως* et *οἷα θεβουλέος*. Tum *ὀπιπτεύῃσι* Ernesti ad Callim. Del. 62, *ὑποπτεύῃσι* Graefius, libri *ὑποπτεύῃσι*. Insigni audacia Ahrensius totum versum ita refinxit, vix ut unam vocem intentatam relinqueret: *οἷα δὲ δειμαλέος ὅτ' ὀπιπτεύῃσι κύνα πτώξ*. At lepores ad canis adspectum fugam capessunt. Quam apta contra comparatio cum leone, ut apud Callimachum Cer. 51 *τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν ὤρεσιν ἐν τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα*. Ad quorum normam apud Antipatrum Anth. Pal. VII, 531 Ruhnkenius recte scripsit *δερκομένα λοξαῖς οἷα λέαινα κόραις*.

11. *οὕτω πάντ' ἐποίει ποτὶ τὸν βροτὸν*] Laboranti loco non medetur quod Ahrensius de coniectura posuit *οὕτω πάντ' ἐποίει ποτιδὼν βροτόν*. Crebra dictio *πάντα ποιεῖν* de iis qui nil intentatum relinquunt, ab hoc loco, quantum video, prorsus aliena est; scripsi quod sententia flagitare videbatur *οὕτως ἀντώπει ποτὶ τὸν βροτόν*. Pro *ἄγρια* codd. *ἄρια*, quod *ὤρια* nescio quo intellectu scripsit Ahrensius. Ipse conieci *ἄκριτα*, *indiscreta, arcte compressa*.

12. *κῶραι δεινὸν βλέπον, εἶχον ἀνάγκαν*] Quod in proecdosi scribendum esse conieceram, *δεινὸν βλέπος εἶχον ἀνάγκας*, probavit Hermannus recepitque Ahrensius.

13. *τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο*] Male haec interpretantur *bili facies respondebat*. Est potius *bile faciei color mutabatur*. Aeschylus Pers. 312 *ἀμείβων χρῶτα πορφυρᾷ βαφῇ*. Prom. 22 *ἡλίου φοιβῇ φλογὶ χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος*. Quod imitatus est Nonnus Dion. XXXIII, 23 *παρηίδος ἄνθος ἀμείψας*. Idem XXIX, 260 *φόβῳ δ' ἤμειψε παρειάς*.

13. 14. *φεῦγε δ' ἄπο χρὼς ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος*] Locus vexatissimus pessimisque coniecturis attrectatus. Ingeniose, sed iusto audacius Ahrensius edidit *ὁ πρὶν τοῖς*

ῥέθεσιν περικείμενος, ex quibus *ὁ πρὶν* recte coniectum puto, pro *τᾶς ὀργᾶς* autem scripsi *τᾷ μορφᾷ*.

15. *ἧς καλός· ἐξ ὀργᾶς*] Codd. *ἦ καλὸς δ' ἐξόρπασ* et *ἦ καλὸς ἐξόπαξ*. Emendavit Stephanus.

16. *ἤνεικε*] Codd. fere *ἔνι καὶ* et *ἐνίκί*. Emendavit Stephanus. Tum *τόσαν φλόγα τᾶς κυθερείας* Eldikius; codd. *τὸ σαμφαόστατος κυθερείας*.

21. 22. *οὐκέτι γάρ σε κῶρ' ἐθέλω*] I. e. *non amplius te volo, te concupisco*, ut apud Meleagrum Anth. Pal. XII, 68 *οὐκ ἐθέλω Χαρίδημον*. Leontius ib. IX, 618 *οὐ ποθέει πάτρην, οὐκ ἐθέλει γενέτας*. Cf. Lucillium XI, 88. Non male tamen codd. *πάρ σέ*, quemadmodum est apud Nonnum Dion. II, 145 *οὐκ ἐθέλω παρὰ Κύδνον*. Sequentia in libris varie scripta sunt; vulgo *λυπῆν κεχολωμένον*. Quod ego dedi *λύπης* (*λύπας*) *κεχολωμένος*, boni codd. habent. Sensus est *propter iniurias tuas iratus*, nota structura ex Homero *κεχόλωτο δαϊκταμένων αἰζηῶν, ἐπέων κεχολωμένος, Δαναῶν κεχολωμένος*. Ahrensius edidit *λύπῃ παχνώμενος*.

23. *ἔνθα τύ μευ κατέκρινας*] In his nemo haereret, nisi codices aliud hic olim scriptum fuisse indicarent. Vat. C *ἔνθα τύ με κατέκρινας*. Vat. E *ἔνθα ἔ τυ με κατέκρινας*. In quo latet fortasse *ἔνθ' ἐλθεῖν τύ μ' ἔκρινας*. Briggsius *ἔνθα τύ μ' εὖ κατέκρινας*, iniuria offensus genetivo *μευ*. Tum *ἀτερπέων* scripsi, quod confirmat Vat. E, qui habet *ἀταρπῶν*. Vulgo *ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπόν, ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον, ἔνθα* —. Toupius *ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπὸν ξυνάν*, quod adoptavit Ahrensius ceteris sic scriptis: *τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λάθας*, in quo *λάθας* iam Stephanus commemoravit.

26. *οὐδ' οὕτως*] Vulgo *οὐδέ κε τώς*, codd. *οὐδὲ τώς*. Correxit Briggsius. Tum *πόθον* libri, *χόλον* Ahrensius, quorum utrique praestare opinor *πόνον*.

26. 27. *ἄρτι δὲ χαίρειν τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι*] Verbum *ἐπιβάλλομαι* cum infinitivo coniunctum significat *instituo*, ut apud Oppianum Hal. III, 504 et Maecium

Anth. Pal. V, 130. Itaque Theocritea non significant quod interpretes volunt *vale dicam vestibulo tuo*, quod sentiens Reiskius corrigebat ἐπιτέλλομαι. Sed aliam requiro sententiam: *nunc autem laetabundus accedo ad fores tuas.* Scripsi igitur χαίρων τοῖσι τεοῖς προθύροις ἐπιβάλλομαι. Sic verbo ἐπιβάλλομαι utitur Callimachus Del. 68 et qui id cum secundo casu coniunxit Oppianus Hal. 269. Idem voluisse video Briggsium.

30. 31. Hos versus spurios esse statuit Hauptius Observ. crit. p. 66. Tuetur eos Hermannus in dissertatione de arte poeseos bucol. p. 16, altero versu corrigens ἁ δὲ χιὼν λευκά 'στι, κατάνεται ἁνίκα ταχθῇ.

34. κλαύσῃ] Vulgo κλαύσεις, quod κλαύσῃ aut κλαυσῇ scribendum esse in proecdosi indicavi.

35. κἂν τοῦτο πανύστατον] Hoc unice verum iudico, *hoc certe*, ut vs. 41 κἂν νεκρῷ χάρισαι, *si non vivo, at mortuo tamen*, quod male tentaverunt Is. Vossius et Valckenarius, immemores dicendi usus nequaquam rari. Vide quae ad Menandri Reliqu. p. 121 diximus. Ed. pr. Adde incertum poetam Anthol. Pal. V, 304 μὴ φθονέσῃς δοῦναι κἂν βραχὺ τῆς σταφίδος, et Rufinum ibid. 92, 6 σπεύσατε, κἂν ὑμεῖς πείσετε τὴν Ῥοδόπην, i. e. ὑμεῖς γοῦν. Ita enim scribendum e codice. Ineptissime addito γοῦν Cinnamus Hist. II p. 49, 16 dixit ἀλλὰ κἂν μεῖνον γοῦν. πανύστατον autem non est hoc loco *postremo*, sed *denique*, *zu guter letzt*, ut τὰ λοίσθια dicitur Id. V, 13. Aliter apud Bionem I, 45 τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλησον.

42. οὐ δύναμαι ζῆν, εἴγε διαλλάξας με φιλάσεις] Haec vulgata est huius versus scriptura a Iunta et Callierga profecta. Alio ducunt codices, quorum Vat. C habet οὐ δύναμαι εἴν σε διαλλάξεις με φιλάσας. Vat. E οὐ δύναμαι ἦν εὖ διαλλάξας με φιλάσας. Medic. οὐ δύναμαι εἴ σε διάλλας με φιλάσεις. Quae adhuc tentata sunt vix operae pretium est afferre. Sententia postulat id quod reposui:

οὐ δύναμ' ἀντιφιλεῖν σε· ἀπαλλάξεις με φιλάσας,

sive malis ἀπαλλάξῃ, quamquam apud sequiores etiam activa forma eo qui hic requiritur sensu in usu fuit: *osculo dato*

illaesus abibis: nec hiatui timendum, in hac praesertim versus parte et sequente distinctione, ut I, 67

ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα; ἢ κατὰ Πίνδω.

II, 154

ταῦτά μοι ἁ ξεῖνα μυθήσατο· ἔστι δ' ἀλαθής.

XII, 23

ἔσσονθ' ὡς ἐθέλοντι· ἐγὼ δὲ σὲ τὸν καλὸν αἰνέων.

XIII, 24 si lectio sana est:

αἰετὸς ὣς μέγα λαῖτμα, ἄφνω δέ τε χοιράδες ἔσταν.

XXII, 116

εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης.

XIX, 5 in carmine non Theocriteo:

δεῖξέ τε τὰν ὀδύναν καὶ μέμφετο, ὅττι τε τυτθόν.

XXIV, 72. 77

τὼς ἔλεγεν βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως.
χειρὶ καταστρέψοντι, ἀκρέσπερον ἀείδοισαι.

Atque ita etiam Nicias poeta Theocriti aemulus in Argum. ad Idyll. X p. 11

ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο Θεόκριτε· οἱ γὰρ ἔρωτες.

In continuata oratione semel tantum, si recte memini, Theocritus hiatum admisit Idyll. VII, 8

αἴγειροι πτελέαι τε εὔσκιον ἄλσος ὕφαινον.

Nam XXIV, 17 τὼ δ' ἐξειλυσθέντες ἐπὶ χθονί recte legitur, male e Call. Valckenarius ἐξειλυσθέντε. Sed illud satis defendit versus Hom. Il. XIV, 6 λοετρὰ ἐυπλόκαμος Ἑκαμήδη et XVIII, 48 Μαῖρα καὶ Ὠρείθυια ἐυπλόκαμός τ' Ἀμάθεια. Odyss. II, 120 Τυρώ τ' Ἀλκμήνη τε ἐυστέφανός τε Μυκήνη. Idoneam excusationem habet X, 29 καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστί coll. XXIII, 29, item XV, 149 χαῖρε Ἄδων ἀγαπατέ, quod ephymnio χαῖρε ἄναξ XVII, 135 assimilatum est. At corruptus est nostri carminis vs. 48 ἀπηνέα εἶχεν ἑταῖρον, ubi ἀνηλεᾶ scribendum. Vitiose item III, 29 edebatur ποτὶ πάχεϊ ἐξεμαράνθη, ubi meliores libri πάχεος, et VI, 12

ἅσυχα καχλάζοντα ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν,

ubi καχλάζοντος scripsi e codicibus. Male etiam codices XIII,

11 *οὐδ' ὄκα ἁ λεύκιππος*, quod nunc recte emendatum est. Pariter quod III, 24 legebatur *ἐς κύματα τῆνα ἁλεῦμαι*, iam cessit rectiori scripturae *τηνῶ ἁλεῦμαι*. Neque vero huc pertinet VIII, 14. 15 *ἰσομάτορα ἀμνόν* et *οὐ θησῶ ποκα ἀμνόν* in carmine magnam partem non Theocriteo. Recte sequente interpunctione legitur IX, 35 *ἄνθεα, ὅσσον ἐμίν* et XV, 32 *παῦε· ὁποῖα θεοῖς ἐδόκει*, ubi vide notam. At nihil impedimenti est in hiatu post *ὅτι* I, 88 *ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο* et 90 *ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις*. Atticorum item exemplo dixit III, 20 *τί ὁ δύσσοος;* et XXIII, 3 *καὶ οὐδὲ ἓν ἅμερον εἶχεν*, quod perrarum in poetis non atticis, nec nisi uno praeterea exemplo mihi cognitum Antipatri Anth. Pal. VII, 629. Quod Id. I, 41 et 86 legitur *ἀνδρὶ ἐοικώς* coll. XVII, 63 *πατρὶ ἐοικώς* item epicorum more dictum est, ut *μέγα ἄστυ* XVI, 84. *κλέα ἀνδρῶν* ibid. 2. *καλὰ εἰπεῖν* et *μυρία εἰπεῖν* XVII, 7. 11. *καλὰ ἔργα* et *μέγα ἔργον* XVII, 6. 13. *φαντὶ ἀδεῖν* ibid. 38. Quos hiatus carmina XXIV et XXV habent, nunc omitto. Sed ut redeam ad eum versum, de quo dicere institui, video nunc non minus probabiliter corrigi posse

οὐ δύναμ' ἀντιφιλεῖν, σὺ δ' ἀπαλλάξεις με φιλάσας,

quo ducere videtur Vat. E scriptura *εὖ διαλλάξας*.

43. *χῶμα δέ μοι κοίλαινον, ὅ μευ κρύψει τὸν ἔρωτα*] Codd. *χῶμα δέ μευ κοῖλον τί τό μευ κρύψει τὸν ἔρωτα.* Hinc scripsi:

χῶμα δὲ χεῦε καλόν τι, τό μευ κρύψει τὸν ἔρωτα,

in quo etsi *καλόν* satis otiosum tumuli epitheton est, seriores tamen poetae talia versus complementa non dedignati sunt, ut poeta anonymus Anth. Pal. IX, 15 *τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι*. Fortasse tamen praestat quod Ahrensius invenit, *χῶμα δέ μευ χῶσόν τι.*

44. *κῆν ἀπίῃς, τόδε μοι τρὶς ἐπάπυσον*] Ante Brunckium *κἄν*. Tum vulgo legitur *ἐπάυσον*. Vat. C *ὄπασσον* (superscr. *παυ*), in quo cum manifesto lateat quod Briggsius invenit, videndum erit, ne praeter *ἠπύω ἠπύσω* penultima producta, etiam *ἠπύω*

ἠπύσω ἤπυσα dictum fuerit penultima brevi, ut ἀνύω ἀνύσω ἤνυσα, ἀρύω ἀρύσω ἤρυσα. Certum quidem exemplum correptionis novi nullum, nam etiam Euripidis locus Bacch. 978 ambiguus est. Hermanno in schedis τρὶς ἔπ' ‘ὦ φίλε κεῖσαι’ ἄυσον scribendum videtur.

45. ἢν δέ γε λῇς] Codd. γε omittunt, unde recte Ahrensius ἢν δὲ θέλῃς.

46. σοῖς τοίχοισι] Vulgo στίχοισι, quod emendavit Schaeferus et Porsonus. Ad sequentem versum compares Meleagrum Anth. Pal. XII, 19a εἰ καὶ ἐμὲ κτείναις, λείψω φωνεῦντ' ἐπὶ τύμβῳ γράμματ'· Ἔρωτος ὅρα, ξεῖνε, μιαιφονίην.

48. ἀνηλεᾶ] Ita scripsi pro ἀπηνέα. Vide ad vs. 42.

49. 50. λίθον εἷλε] Hoc vereor ut sanum sit; recte dicitur δόρυ ἑλεῖν, ἀσπίδα ἑλεῖν, etiam λίθον ἑλεῖν, si quis manibus apprehendit lapidem leviorem: at hic de lapide agitur maioris ponderis manuumque vi foribus admovendo, simili illis qui apud Homerum ante fores domus Ulixeae erant, ut pro sedilibus essent, unde ἕδρα dicitur vs. 52, quod inconsulto πέτραν scribi volebat D. Heinsius. Fortasse igitur εἷλκεν scribendum. Sequentia in libris ita scripta sunt ἐπὶ τοίχῳ ἄχρι μέσων ὀόδων, in quibus ὀόδων vix recte in οὐδῶν mutatum est. Pro ἐπὶ τοίχῳ, quod ferri non potest, in proecdosi ἐπὶ τοίχως tentavi; Ahrensius nunc ἐπὶ τοίχων edidit et ἄχρι μέσων ὠθῶν. Pro τοίχῳ requiro nomen quo prominentes super fores parietis partes indicentur. Possis e. c. ἐρεισάμενος δ' ὑπὸ τριγχῷ i. e. θριγκῷ. Verba φοβερὸν λίθον, quae vulgo cum praecedentibus iuncta sunt, recte ad sequentia traxit et φοβερὸν λίνον scripsit Ahrensius. Tum vulgo ἧπτεν ἀπ' αὐτῶν. Codd. ὁππότ' ἀπ' αὐτοῦ, ὁππότ' ἀπ' αὐτῶν, ὁπότ' ἀπ' αὐτοῦ, Call. ἥπτετ' ἀυτῶν, Boissonadus ἧπτεν ἀπ' αὐτῷ, Ahrensius ἅπτετ' ἀπ' αὐτῶν. Scripsi ἅπτετ' ἀπ' αὐτῶ, sc. τοῦ θριγκοῦ.

52. ὑπὲκ ποδός] Pro ὑπέκ a Call. invento libri αἶται et αἶτε i. e. ἀπαί, ut Reiskium secutus edidit Ahrensius. Aptius

tamen ὑπέκ, non enim lapis pedibus, sed pedes lapidi insistebant.

54. *αὐλᾶς ἐξ ἰδίας ἠρτημένον*] Ita libri editi et scripti, quo modo si scripsit poeta, non minus inepte locutus est, quam si quem *ex atrio suspensum* diceres, vel vernacula lingua *am vorhof aufgeknüpft*. Scripsi igitur *φλιᾶς ἐξ ἰδίας*. Quod sequitur *ἐλυγίχθη* margo Med. habet, ut coniecerat Hemsterhusius; reliqui libri *ἐτυλίχθη*.

55. 56. *κλαῦσεν ἑὸν φόνον*] Caedem dicit cuius ipse causa extiterat. Ita enim Reiskius correxit librorum scripturam *οὐ κλαῦσε νέον φόνον*. Vix probari potest quod e Salmasii et Hemsterhusii coniectura Ahrensius edidit *κλαῦσε νέω φόνον*. Ut enim nondum provectioris aetatis fuerit amator, hic tamen non eo nomine designari potuit, quod quivis de ephebo intellegat. Quae sequuntur in codd. ita scripta,

ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ
εἵματα πάντ' ἐμίανεν ἐφαβικά,

frustra adhuc criticos vexaverunt. Nec Dobraei Adv. II p. 9 interpretatio, qui in sinum despuisse ephebum existimabat, probari potest. Et quorsum *omnes* vestes? Precatus erat amator supra ut ephebus mortui corpus suis vestibus obtegeret; id non fecisse puerum hic dicendum erat. Scribendum igitur erat:

οὐδ' ἐπὶ νεκρῷ
εἵματα κάλ' ἐπίαλεν ἐφαβικά.

In sequentibus ἄθλως scripsi cum Reiskio; codd. ἄθλον et ἄθλω. Ahrensius ἄθλα edidit: nimirum coniunxit ἐφαβικὰ βαῖνε δ' ἐς ἄθλα, quod cur improbandum sit, dixi supra ad Id. XXII, 87.

57. *γυμναστῶν, καὶ τῆλε φίλων ἐπεμαίετο λουτρῶν*] Recte Wordsworthius *γυμνασίων*, receptum etiam ab Ahrensio; idem *τῆδε* pro *τῆλε*. Nescio an potius *λουτρῷ* scribendum sit, ut coniungantur *τῆλε φίλων*, *remotus a sodalibus* in palaestra occupatis. Lavacra fere distabant a gymnasio, velut in Olympia, cf. Pausan. VI, 23, 8.

59. 60. *ἵπτατ' ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὕδατα, τῷ δ' ἐφύ-*

περθεν ἅλατο καὶ τὤγαλμα] Haec vulgo ita eduntur *ἵσταται᾽ ἀπὸ κρηπῖδος Ἔρως ὑδάτων ἐφύπερθεν, ἅλατο καὶ τὤγαλμα.* Quae ineptissima est interpolatio. Codd. *ἵσταται᾽ ἀπὸ κρηπῖδος ἐς ὑδάτω δ᾽ ἐφύπερθεν* et *ἐς ὕδατα δ᾽ ἐφύπερθεν.* Similiter etiam Aldina. Quae quomodo emendanda essent unus omnium Reiskius intellexit, temere vituperatus Valckenario; sed pro *ἵστατο* non *εἵσατο* scribendum erat, sed ut Higtius vidit et Ahrensius edidit *ἵπτατο.* Praeterea *ἵπτατο* et *ἅλατο* Hauptio transponenda videntur.

61. *νᾶμα δ᾽ ἐφοινίχθη, παιδὸς δ᾽ ἐπενάχετο φωνά*] *νᾶμα* Sactamandus et Reiskius; codd. *ἅμα*, quod in *αἷμα* mutatum erat. Tum libri omnes *ἐπενάχετο φωνά.* Lepidum est puerum mortuum mutumque praeter omnem expectationem loquentem induci; plus quam lepidum illam vocem aquis *ἐπινήχεσθαι* dici *). Quis credat ad hunc usque diem nullum criti-

*) Ferri hoc posset in poeta sequioris aetatis, qui in metaphorico usu verbi *νήχεσθαι* mirum quantum luxuriant. Ita Christodorus Ecphr. stat. 290 dicere non dubitavit *κεστὸς ἕλιξ κεχάλαστο, χάρις δ᾽ ἐπενήχετο κεστῷ*, pro quo sanioris coloris poeta scripsisset *χάρις δ᾽ ἐπενήνοθε κεστῷ.* At Erinnam apud Stobaeum Flor. CXVIII, 4 non credibile est scripsisse *εἰς ἀίδαν διανήχεται ἠχώ*, sed *διανίσσεται.* V. Comic. graec. Fr. IV p. 713. In Timonis versu apud Diogenem Laert. VI, 33 *νήξομαι εἰς Πύρρωνα καὶ εἰς σκολιὸν Διόδωρον*, diu est quod *νίσομαι* aut *ἵξομαι* scribendum suspicatus sum, quorum alterum edidit Cobetus. Denique admonere liceat de carmine Leonidae Anth. Pal. VI, 296, in quo instrumenta piscatoria dedicat

Ἑρμείῃ Σώσιππος, ἐπεὶ παρενήξατο τὸ πλεῦν
ἥβης, ἐκ γήρως δ᾽ ἀδρανίῃ δέδεται.

Cum navigatione humanam vitam comparari rectum est et rationi consentaneum, cum natatione absurdum. Praeterea perversum est *ἥβης.* Qui maiorem virilis aetatis partem superavit, eum non sane senectutis imbecillitate teneri dicet qui recte cogitare et loqui volet. Scribendum igitur

ἐπεὶ παρενίσατο τὸ πλεῦν
ἡλικίης, γήρως δ᾽ ἀδρανίῃ δέδεται.

Nomina *ἥβη* et *ἡλικίη* confunduntur etiam in Mimnermi carmine apud Stobaeum Flor. LXIII, 16, ubi unus omnium verum vidit Kayserus corrigens *ἡλικίης ἄνθεα γίνεται ἁρπαλέα.*

eorum intellexisse scripsisse poetam *παιδὸς δ' ἐπενάχετο σῶμα*? Pro *μισῶν* vs. 62 scripsi *μισέων*.

62. 63. Hi versus ipsius poetae sunt epilogus. Eorum altero vulgo editur *στέργετε δ' ὔμμες ἀίτας*. Codd. *ὁ ἱμεῖς εὔντες* et *δ' ὔμεις εὔντες*. Quae optime emendavit Ahrensius, *στέργετε δ' οἱ μισεῦντες*.

XXIV

1. *Ἡρακλέα δεκάμηνον ἐόντα ποχ' ἁ Μιδεᾶτις*] Priora affert Choeroboscus ed. Gaisf. p. 175, 5.

2. *καὶ νυκτὶ νεώτερον Ἰφικλῆα*] Scholiastes Pindari Nem. I, 53 *διηγήσομαι, φησίν, ὥσπερ εἰς τὰς αὐγὰς ἦλθεν ὁ Ἡρακλῆς ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰφικλεῖ ἐκφυγὼν τὴν ὠδῖνα. ἐναντίος οὗτος (ὁ λόγος) τῷ Θεοκρίτῳ· ἐκεῖνος γάρ φησι 'καὶ νυκτὶ ν. Ἰφικλῆα'*. De Iphicle una nocte Hercule minore cf. Salmasius Plin. p. 21.

3. *ἐμπλήσασα γάλακτος*] Dubitat Nauckius utrum *ἐμπίσασα* an *ἐμψίσασα* scribendum sit; prius ipse etiam conieceram, nunc neutro opus esse credo.

9. *ἵκοισθε*] *ἴδοιτε* e Vat. C recepit Brunckius; malim *ἴδοισθε*, ne parechesis pereat.

15. *ὅθι σταθμὰ κοῖλα θυράων*] Non recte comparant Sophocleum illud Oed. R. 1261 *ἐκ δὲ πυθμένων ἔκλινε κοῖλα κλῇθρα*. Sane *κλῇθρα* quo pacto *κοῖλα* appellari possint intellego, at postes quo sensu cavi dicantur mihi obscurum est, ac vereor ne *σταθμὰ καλὰ* poeta scripserit.

17. *ἐξειλυσθέντες*] Vat. C *ἐξειλυθέντες*, unde Zieglerus *ἐξειληθέντες*. Male Valckenarius e Call. *ἐξειλυσθέντε*. Cf. ad Idyll. XXIII, 42.

18. *αἱμοβόρους*] Ante Zieglerum *αἱμοβόρως*.

19. *ἐρχομένοις*] Bergkius *σπερχομένοις*, Piersonus *δερκομένοις*, quorum neutro opus videtur.

21. *Διὸς νοέοντος ἅπαντα*] Absurdum hoc; recte *ἀπαντᾶν* correxit Hermannus in schedis.

26. *ὃ δ' ἐναντίος εἴχετο χερσίν*] Hoc merito languere videtur Hermanno *ὤρνυτο* pro *εἴχετο* suspicanti, nisi scripserit poeta *ὤρνυτο . . . . καὶ . . . εἴχετο χερσίν*. Corrigendum potius *ὃ δ' ἐναντίος ἵετο χερσίν*.

31. *ὑπὸ τροφῷ αἰὲν ἄδακρυν*] Tenerum dicit et gaudentem nec quidquam mali metuentem, si sic legitur. Sed quorsum hoc? Scribe *ὑπὸ στρόφῳ*, sub ligamentis, quibus eum constringebant dracones. Hermannus in schedis.

34. Post hunc versum alius videtur excidisse, quo Alcmenam locutam esse dictum erat.

36. *μηδὲ πόδεσσι τεοῖς ὑπὸ σάνδαλα θείης*] Ante Schaeferum *θείης*. Praeterea malim e Vat. *πόδεσσιν ἑοῖς*, usu pronominis Alexandrinis poetis familiari. V. Gerhardi Lectt. Apoll. p. 93 et Iacobsium Anthol. Pal. p. 190. Ed. pr.

38. *νυκτὸς ἀωρί που οἶδε τε τοῖχοι*] Schaeferus *νυκτὸς ἀωρί που, οἱ δέ τε τοῖχοι*. Vulgatam distinctionem tueri videtur Homerus Od. 15, 484 *οὕτω τήνδε τε γαῖαν ἐγὼν ἴδον ὀφθαλμοῖσιν*, ubi tamen Bekkerus *τήνδε γε* edidit.

39. *ἅπερ*] Hoc Wordsworthius scribendum vidit; vulgo *ἄτερ*.

42. *ὅ οἱ ὕπερθεν*] Ita scripsi e Vat. pro vitioso *ὅ ῥ' οἱ ὕπερθεν*. Productionem brevis syllabae satis tuentur Homerica *τό οἱ, ἀπὸ ἕθεν, ἀπὸ ἕο* et similia. Ed. pr.

50. Inter hunc versum et sequentem in duobus codd. haec inserta leguntur:

ἦ ῥα γυνὴ Φοίνισσα μύλαις ἔπι κοῖτον ἔχουσα.

Qui si genuinus versus est, de quo vix dubitari posse videtur, inter vs. 49 et 50 aliquot versus intercidisse necesse est. Ed. pr. In cod. Vat. et Mediol. post 50 inseritur *ἦ ῥα — ἔχοισα*, quem Valckenarius genuinum putat, si ponatur ante vs. 50, non rectiore iudicio, quam qui recte videns intercidisse aliquot versus malum poetam se ostendit Briggsius. Legitur in codd. illis versus suo loco, ut vidit Meinekius: exciderunt aliquot versus, quibus dice-

batur sola audivisse Phoenissa mulier molitrix, atque excitasse famulos. Hermannus in schedis: Molitricem illam, quod servarum genus ad molas cubuisse indicat etiam Antipater Anth. Pal. IX, 418 et incertus apud Plutarchum Mor. p. 1101 f, poeta sumpsit ex Odyss. XX, 105 sqq.

56. συμπλήγδην ἰάχησαν] Vertunt *complosis manibus conclamarunt*; at συμπλήσσειν est *collidere*, non *collidere manus*. Itaque scripsi συμπλέγδην idque coniunxi superioribus. Cf. Nonnus Dion. X, 158 συμπλέγδην δὲ πόδεσσιν ἀρηρότα ταρσὰ συνάπτων. Eadem plane in schedis Hermanni emendatio est, qui etiam Nonni locum adscripsit, simul in Iunt. post συμπλήγδην interpungi monens.

58. κωροσύνᾳ] κουροσύνᾳ Ahrensius.

60. ποτὶ σφέτερον βάλε κόλπον] Schaeferus λάβε scribebat, quem male olim secutus sum. At inepte H. Vossius βάλε interpretatur *sie legte den knaben mit ungestüm an ihre brust*. Verbo βάλλειν saepe utuntur poetae leniore sensu, ut Meleager Anth. Pal. V, 165 ὑπὸ χλαίνῃ βεβλημένος Ἡλιοδώρας i. e. κείμενος. Alia attulit Heckerus Comm. de Anth. p. 56.

65. Τειρεσίαν τόκα μάντιν] Nihil causae excogitari potest cur λελυμένῃ quam vincta et rotunda oratione uti poeta maluerit; recte Schaeferus et Porsonus ὄκα.

69. αἰδόμενός με κρύπτε] Ita correxeram, nescius eandem Graefii esse emendationem. Vulgo ἐμέ, Taylorus αἰδόμενος σύ με κρύπτε, Zieglerus αἰδόμενός μ' ἐπίκρυπτε. Debili positione utitur Theocritus VII, 24 ἤ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι. X, 57 ταῦτα χρὴ μοχθεῦντας ἐν ἁλίῳ ἄνδρας ἀείδεν. XIV, 56 οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτας, et 63 οἷα χρὴ βασιλέα. XXV, 81 ᾔδει δ' ᾧ τε χρὴ χαλεπαινέμεν ᾧ τε καὶ οὐχί. Consulto omisi exempla in quibus articulus ante mutas in thesi producitur, qualia sunt II, 53. X, 30. 45. XVII, 75. XX, 19. Nunquam tamen hoc genere positionis Theocritus aliusve poeta probatus in quinto pede usus est. In oraculo apud Pausaniam X, 6 scribendum esse φόνου δέ ἑ Κρήσιοι ἄνδρες χεῖρας ἁγιστεύουσι, alio loco

monui; recepit id Schubartus, nec monerem hic, nisi iam etiam alterum vitium, quod in ἁγιστεύουσι relictum est, emendare possem: scribendum enim χεῖρας ἀφαγνίσσουσιν.

Ibid. καὶ ὥς] Schaeferus τί δ' ὥς, oratione non poetica. Excidit versus ante 70 (69), in quo fuit ἀλλὰ τί — fortasse talis ἄλλοτε μὲν χρηστόν, τότε δ' αὖ κακόν· ἀλλὰ τί ταῦτα — διδάσκω. HERMANNUS IN SCHEDIS. Haec vera puto, debebamque lacunam indicare. Pessime Graefius καθώς, quae depravatae graecitatis particula est et ab omnis aetatis sermone epico aliena, ne in Nonno quidem ferenda, cui eam restitutum ivit idem Graefius Dion. XXXII, 27.

71. μάντι Εὐηρείδα] Ita vulgo cum malo hiatu et peiore correptione primae nominis Εὐηρείδα, qualia pessimi tantum poetae sibi indulserunt, ut Comatas, qui scripsit Anth. Pal. XV, 40, 31 τὸν δ' αὖτε προσέειπον εὐήνορες ἀγλαόμυθοι. Nisi ibi ἀγήνορες reponendum est. Iunt. μάντι' Εὐηρείδα, Vat. C μάντιν. Non male Briggsius ὦ Εὐηρείδα, quod ita secutus sum ut Εὐηρηιάδα scriberem nomine μάντιν deleto, quod manifesto e glossa fluxit.

72. τὼς ἔλεγεν] Vat. τόσσ' et mox τοῖος pro τοίως. Scribendum videtur τόσσ' ἔλεγεν βασίλεια· ὃ δ' ἀνταμείβετο τοῖα. Cf. Idyll. VII, 90. 91. De hiatu cf. ad XXIII, 42.

74. θάρσει· μελλόντων δὲ τὸ λώιον ἐν φρεσὶ θέσθαι] Hunc versum ex tribus codicibus adieci. ED. PR. θέσθαι in Vat. C et Med. omissum accessit ex Par. 4.

76. περὶ γούνατι νῆμα] Codd. fere νᾶμα, pro quo νῆμα edd. veteres. Cf. ad XV, 27. Recte autem περὶ γούνατι dicit, ut in Leonidae loco ad sequentem versum adscripto. Cf. Etymol. M. p. 362, 20 ἐπίνητρον: τὸ ἐπὶ τῶν γονάτων, ἐφ' οὗ (ἀφ' οὗ) τὴν κρόκην ἔνηθον.

77. χειρὶ καταστρέψοντι] Ita Stephanus, κατατρίψοντι vulgo. Cf. Leonidas Anth. Pal. VII, 726 de vetula textrice ἣ ῥικνῇ ῥικνοῦ περὶ γούνατος ἄρκιον ἱστῷ χειρὶ στρογγύλλουσ' ἱμερόεσσα (ἠματόεσσα?) κρόκην.

85. 86. Non eiciendi hi versus, ut etiam Briggsio visum;

sed post eos duo alii videntur excidisse, hac sententia, neque hominum quisquam iniuria afficere alios audebit, ubi scilicet vindex metuendus erit Hercules. Comparationis tantum causa positi sunt isti quos habemus duo versus. HERMANNUS IN SCHEDIS.

95. *ῥωγάδος ἐκ πέτρας*] Stephani haec emendatio est etiam Brunckio et Hermanno probata; vulgo *ῥωγάδας ἐς πέτρας*. Tum *ὑπερούριον* scribendum esse vidit Reiskius, vulgo *ὑπὲρ οὔριον*. Cf. Strabo III p. 155 *τοὺς δὲ πατραλοίας ἔξω τῶν ὅρων καταλεύουσι*. Chrysermus apud Stobaeum in Flor. XXXIX, 31 *λιμῷ τὸν προδότην ἀνεῖλεν, ὃν ἡ μήτηρ ἄρασα ὑπὲρ τοὺς ὅρους ἔρριψεν*. Pro *νέεσθαι* iam in proecdosi *νεέσθω* legendum monui, nescius idem voluisse Hermannum ad Viger. p. 749.

98. *ἐστεμμένῳ*] Ita Schaeferus, *ἐστεγμένον* Hermannus in schedis, *ἐστεμμένον* libri.

105. Hunc versum affert Eustathius Hom. p. 1163 f. et grammaticus Crameri An. Oxon. IV p. 310, 16, ubi *αἶνος* scriptum pro *Λίνος*.

107. *ἐπὶ σκοπὸν εἶναι ὀιστόν*] Ita D. Heinsius, *ἐπίσκοπον εἶναι ὀιστῶν* libri, sed Mediol. *ὀιστόν*.

108. *Εὔρυτος*] Eustathius ad Hom. p. 299, 13 *ἀπὸ τοῦ Οἰχαλιέως Εὐρύτου, ὃν διδάσκαλον τοῦ τοξεύειν Ἡρακλεῖ Θεόκριτος ἱστορεῖ*.

111. *ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων*] *ἀπὸ σκελέων παλαίσματα* dictum est ut apud Lucianum in Lucio c. 10 *τὰ ἀπὸ τοῦ γονατίου ποιεῖν*, vel hoc Automedontis Anth. Pal. V, 129

τὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίης ὀρχηστρίδα, τὴν κακοτέχνοις
σχήμασιν ἐξ ἁπαλῶν κινυμένην ὀνύχων.

Quod qui admovent Horatiano Carm. III, 6, 17 *incestos amores de tenero meditatur ungui*, satis ostendunt se graeca verba non recte interpretari. At structura verborum Theocritei loci habet aliquam offensionis causam. Quamquam enim *ὅσσα σφάλλοντι ἀλλήλους* ita explicari potest, ut sensus sit *ὅσα ποιοῦσιν ἀλλήλους σφάλλοντες παλαίσμασι*, durior tamen haec est ratio et

propter sequentia vix ferenda. Itaque scribendum videtur *οἶσι δ' ἀπὸ σκελέων* —

114. *παμμάχοι ἐξεύροντο παλαίσματα σύμφορα τέχνῃ*] *παμμάχοι* Salmasius, firmante cod. Mediol. qui habet *πανμάχοι*, et Par. qui *παγμάχοι*. Vulgo *πυγμάχοι*. Corruptum item *παλαίσματα*. Pancratium enim praeter luctam etiam alia genera complectebatur; ea autem hic indicanda erant, non *παλαίσματα* iam vs. 112 allata. Itaque *σοφίσματα*, *artificia*, rescripsi. Cf. Philostratus Icon. II, 6 *δεῖ γὰρ τοῖς παγκρατιάζουσιν ὑπτιασμῶν τε, οἳ μή εἰσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρὴ οἷον πίπτοντα. δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης ἐς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσιν, καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι, προσόντος τοῦ παίειν καὶ ἐνάλλεσθαι· ταυτὶ γὰρ τοῦ παγκρατιάζειν ἔργα, πλὴν τοῦ δάκνειν καὶ ὀρύττειν.* Hae variae pancratiastarum formae optime designantur nomine *σοφίσματα*. Eadem similiter Oppianus Hal. II, 280 *αἰόλα κέρδεα τέχνης* appellat, et Nonnus Dion. XXXVII, 572 *παλαισμοσύνης ἑτερόρροπα μάγγανα τέχνης*.

113. *ἐς*] *εἰς* ante Zieglerum.

116. *Ἀρπαλύκῳ*] Nisi ignotos nobis auctores secutus est poeta, scribendum omnino *Αὐτολύκῳ*, ut voluit Heynius ad Apollodorum II, 4, 9. Tum Gerhardus Lectt. Apoll. p. 152 non sine ratione offendit in *οὐδ' ἂν τηλόθι λεύσσων*, pro quo *οὐδέ κε τηλόθι* suspicatur. Si quid mutandum, de quo non dubito, malim utique *τὸν οὐδ' ἀπὸ τηλόθι*, ut apud Homerum Odyss. IX, 117 *οὔτε σχεδὸν οὔτ' ἀποτηλοῦ*, vel *οὐδ' ἐκ τηλόθι*, ut apud Oppianum Cyn. III, 103 *ἐκ δ' ἄρα τηλοῦ*. Ac fortior evadit sententia omisso *ἄν*.

124. *χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας*] Non necessarium videtur quod Hermannus coniecit *χρόνῳ δ' ἐλύθησαν ἱμάντες*. Cf. Rufus Anth. Pal. V, 28 *νῦν μοι προσπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου.* Multa eiusdem generis collegit Köchly Prolegg. ad Quintum p. XCII. Neque vero huc traham quod apud Diotogenem Stobaei Flor. XLIII, 95 legitur *οὐδ' ἵπποι μήποκα*

καλοὶ γένωνται πωλοτροφίαν παρέντες, quod ineptissime dictum est; scribendum παρέντεσι i. e. παρεῖσιν. Ex eodem dicendi usu explicandus est Proculus in carmine apud Iacobs. App. Epigr. 69 male sollicitatus ab Heckero Comm. I p. 182.

126. ἀνέχεσθαι ἀμυχμόν] Propter aoristos ἐξελάσασθαι, φυλάξαι, ὀρέξασθαι, κοσμῆσαι, ἀναμετρήσασθαι, κελεῦσαι, etiam hic requiro ἀνσχέσθαι, idque reposui.

129. Ἱππαλίδας] Hoc pro vulgato ἱππαλίδας iam olim probavi. Est ea Claverii emendatio ad Apollodorum p. 251 prolata. Οἰβαλίδας male Briggsius. Tum vulgo ἔδαεν, Mediol. δ' ἔδαεν, Ahrensius δέδαεν.

130. ὁππόκα] Ante Stephanum ᾧ πόκα.

132. ἡμιθέοις] Ante Ahrensium ἁμιθέοις.

137. 38. ἄρτος δωρικός] Scholiasta Apollonii Arg. I, 1077 φησὶ δὲ τοὺς ἀκαθάρτους καὶ εὐτελεῖς ἄρτους, οὓς ὁ Θεόκριτος δωρικοὺς φησίν. Tum ἀσφαλέως positum ut apud Posidippum Anth. Pal. V, 183 χοῦς γὰρ ἔνεισι δύο ἀσφαλέως.

XXV

Disputavit de hoc carmine G. Hermannus in altera parte scholarum Theocritearum inserta Annalibus Darmst. 1840 p. 969 sqq., qui singulas tantum carminis partes a poeta perscriptas esse, postea totum condituro et lacunas (ante initium et post vs. 84. 152, fortasse etiam in fine) expleturo, verissime intellexit.

6. εἴ κεν ὁδοῦ ζάχρειον ἀνήνηταί τις ὁδίτην] De via nihil sciscitatum esse Herculem et sequentia docent et quae leguntur vs. 35, ex quibus intellegitur, non fugisse Herculem, greges, quos conspicatus erat, Augiae esse; sciebat igitur ubi locorum versaretur et venisse se eo quo tendebat. Itaque ὁδοῦ corruptum videtur, pro quo vide an recte ὅτου posuerim i. e. οὗτινος οὖν, ut Idyll. XXII, 54 χαῖρε ξεῖν' ὅτις ἐσσί, et apud Callimachum h. in Dian. 18 πόλιν δέ μοι ἥντινα νεῖμον. Cf.

Bastii Epist. crit. p. 115. Neque offensioni esse potest forma ὅτου in hoc carmine, quod etsi epicum sermonem scite imitatur, habet tamen etiam atticismi vestigia, ut ταὔλιον 84, ὁθούνεκα 76. 140, οὐξ 165. Eodem pertinet abhorrens ab epico sermone usus vocularum εὐθύς 23, ἔσθ᾽ ὅτε 26, ἤτοι — ἤ 36. Alioqui possis etiam ὅτευ, ut in homerica dictione καὶ ὅτευ κεχρημένος ἔλθοι. Praeterea post 6 versus aliquot intercidisse suspicor. Quis enim non miretur agricolam statim ovium greges Augiae alios in aliis locis versari dicere? Itaque hunc orationis progressum fuisse conicias: recte hos Augiae greges esse coniectas, sunt autem numero infiniti; hi quidem ovium greges sunt, non in iisdem omnes pascuis pascentes. Ceterum de Augiae armentis in variis partibus pascentibus extat problema arithmeticum in Anthol. Pal. XIV, 4, quod hic paullo emendatius scriptum apponam

> Αὐγείην ἐρέεινε μέγα σθένος Ἀλκείδαο
> πληθὺν βουκολίων διζήμενος, ὃς δ᾽ ἀπάμειπτο·
> ἀμφὶ μὲν Ἀλφειοῖο ῥοάς, φίλος, ἥμισυ τῶνδε·
> μοίρῃ δ᾽ ὀγδοάτῃ ὄχθον Κρόνου ἀμφινέμονται·
> δωδεκάτῃ δ᾽ ἀπάνευθε Ταραξίπποιο παρ᾽ ἱρόν·
> ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ Ἤλιδα δῖαν ἐεικοστῇ νεμέθονται·
> αὐτὰρ ἐν Ἀρκαδίοισι τριηκοστὴν προλέλοιπα·
> λοιπὰς δ᾽ αὖ λεύσσεις ἀγέλας τόδε πεντήκοντα.

Quorum versuum quinto editur vulgo παρ᾽ οὖρον, quae mala est Planudae correctio; codex παριρον, quod παρ᾽ ἱρόν scripsi. Ita enim recte vocari potuit locus ille in stadio Olympio, in quo aurigae θυσίας θύουσι καὶ γενέσθαι σφίσιν ἵλεων εὔχονται τὸν Ταράξιππον, ut est apud Pausaniam VI, 20, 15. Septimo versu codex Ἀρκαδίῃ, pro quo Brunckius Ἀρκαδίηφι. Scribendum aut Ἀρκαδίοισι, aut Ἀρκασίδῃσι, de quo gentilicio fortasse etiam Nonno Dion. XXXII, 187 pro Ἀργασίδης restituendo, vide Stephanum Byz. p. 120, 14 et Heckerum Comment. I p. 118.

7. ἐπίφρονος] εὔτριχες vulgo, εὔφρονος Vatt., quod prae-

eunte Ahrensio ἐπίφρονος scripsi; neque enim credibile est eundem Augiam hic εὔφρονα, vs. 29 autem ἐπίφρονα dici.

8. οὐδ' ἕνα] Vatt. οὔθ' ἕνα, quod recte improbavit Hermannus.

9. ἐπ' ὄχθαις ἀμφ' Ἑλισοῦντος] Illud ἀμφί post ἐπ' ὄχθαις perineptum est; mira item forma Ἑλισοῦς, cuius neque usum novi nec rationem perspicio. Quare nec Ἑλίσοντα, quod quibusdam placuit, probari potest. Legendum ἐπ' ὄχθαις Εἰλισσόντος. Hoc enim accentu scribitur hoc nomen apud Pausaniam II, 12, 2. V, 7, 1. VIII, 3, 3. 29, 5. Minus recte apud Strabonem VIII, 3, 4 Ἑλίσσων. Ed. pr. Probavit haec Hermannus, sed idem, cum pro νέμονται codd. Vatt. νάοντος habeant, suspicatur excidisse unum versum, scriptumque fuisse in antiquissimo libro:

ἀλλ' αἳ μέν ῥα νέμονται . . .
αἳ δ' αὐτ' ἀενάοντος ἐπ' ὄχθαις Εἰλισσόντος.

Quae ingeniosa coniectura est, nisi quod melius opinor scripsisset αἳ δ' αὖ καλὰ νάοντος.

12. χωρὶς δὴ σηκοί σφι] Vat. A δέ, unde Hermannus σηκοὶ δέ σφισι χῶρι. Fortasse χωρὶς δ' οἱ σηκοί σφι.

15. Μηνίου] Pro hoc cum codd. Vatt. Πηνειοῦ habeant, olim Πηνεοῦ edideram; recte illud tuetur Hermannus allato Pausania V, 1, 10 Menium ab Hercule in Augiae stabula immissum dicente.

16. λειμῶνές τε φέρουσι] λειμῶνες θαλέθουσι Vatt., quo recepto Hermannus versu praecedente μελιηδέι ποίῃ scribendum esse coniecit. Vix enim recte θαλέθω activa potestate dicitur; nisi huc referre velis Etym. M. p. 441 θάλλω τὸ αὔξω, vel haec Cyllenii in Anthol. IX, 4 ὀθνείοις ὄζοισι μετέμφυτος ἥμερα θάλλω, sed hoc non differt ab ἡμέρου δένδρου ὄζοις θάλλω, notissimo dicendi usu, ex quo, ut alia mittam, vexatissimus Stratonis locus vindicandus in Anth. Pal. XII, 31 ἤδη γὰρ καὶ μηρὸς ὑπότριχα καὶ γένυς ἡβᾷ. Sic enim scribo. Pro μελιηδέα Vat. A non male habet πολυειδέα. Prata enim a graminum varietate recte commendantur. Cf. Pollux I, 240 εἰ δὲ

scribere *θεὸς ποτιδευέα φωτῶν*, quo adiectivo usus est doricus scriptor Euryphamus apud Stobaeum Flor. CIII, 27 *οὔτε ὁ θεὸς τᾶς ἔξωθεν αἰτίας ποτιδεής ἐντι.*

51. *ἀροτρεύς*] *ἀγρώτης* vulgo, *ἀροτρεύς* Vatt.

55. 56. *ἀγαυοῦ. χθιζὸς δ'*] Ita Hermannus, *ἀγαυοῦ χθιζὸς ὅδ'* fere codices, *ἀγαυοῦ χθιζός γ'* vulgo, Ahrensius *ἀγαυοῦ, χθιζὸς ὅτ' εἰλήλουθεν.*

59. *αὐτοῖς κηδομένοισι*] Cf. Aeschylus Pers. 174 *ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν.*

62. *δ' ὅγε*] Hoc nunc restitui cum Hermanno, codd. *δέ τις, δέ τοι, δέ τι, δέ γε.* Hoc adsciveram olim in *δέ τε* mutatum.

63. *δέρμα τε θηρὸς ἰδὼν*] Pro *ἰδὼν* vulgo *ὁρῶν*, *δέρμα χειρὸς ἑλών* Vat. A, *δέρμα δὲ χειρὸς ἑλών* Vatt. CE aliique codices. Hinc pro *ὁρῶν* iam in proecdosi scribi volueram *ἰδών*. Ahrensius locum ita edidit: *νόῳ δ' ἔτι πόλλ' ἐμενοίνα, δέρμ' ὅδε θηρὸς ἔχων χειροπληθῆ τε κορύνην ὁππόθεν ὁ ξεῖνος*, oratione ab epici sermonis indole prorsus aliena.

64. *μέμονεν*] *μέμονε* Vat. A, *μέμοινε* C, similiter ceteri, *μέμαεν* vulgo, *μεμόνει* Hermannus. De perfecto aoristi loco posito vid. Lehrs. Quaest. epic. p. 275. Tum *αἰὲν ἔρεσθαι* Brunckius, libri fere *αἰεὶ* vel *ἀεὶ ἔρεσθαι*. Scripsi, ut par erat, *αἰὲν ἐρέσθαι* cum Ahrensio. Vulgo *ἐξερέεσθαι.*

65. *ὄκνῳ*] *ὄκνος* Vatt. aliique, quod receperat Brunckius et probavit Ahrensius, qui cum iidem libri habeant *μυθήσασθαι* pro *μῦθον ἰόντα*, edidit *ἂψ δ' ὄκνος ποτὶ χεῖλος ἐλάμβανε μυθήσασθαι.* Non dubitari potest quin recte versus scriptus sit in Iuntina.

66. Hunc versum, quo nullus in toto carmine magis genuinus est, omittunt codd. Vatt. aperto indicio, Iuntinae editorem codice usum esse nequaquam prae ceteris spernendo. Uncis inclusit Ahrensius.

67. *σπερχομένου*] Id e codd. Vatt. et Iunt. scripsi iam in proecdosi; vulgo *σπερχομένῳ.*

72. *ἀχρεῖον κλάζον τε περίσσαινόν θ' ἑτέρωθεν*]

Vulgo *κλάζοντε περίσσαινόν γ'*. Correxit Reiskius; confirmant codices, in quibus est *θ'* pro *γ'*. Paulo insolentius quidem dictum est *κλάζειν τινά*, videtur tamen non minus recte dici posse quam *ὑλᾶν τινα*. Cf. Homerus Od. XV, 7, quem Theocritus expressit. Licet locum etiam sic interpretari ut accusativus a *περίσσαινον* pendeat, cetera autem *διὰ μέσου* sint posita, ut in Theocriti Idyll. XXVIII, 6 *ὅπως τέρψομ' ἰδὼν κἀντιφιλήσομαι Νικίαν*, Epigr. XIX *Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε*, et apud Euripidem Cycl. 121 *σπείρουσι δ' ἢ τῷ ζῶσι Δήμητρος στάχυν*; V. Lobeck. ad Sophoclis Aiac. p. 268. Ed. pr. Vitiose Vatt. *ἄγριον ἄλαζόν τε* et *ἀλάζοντε*, quibus sordibus nollem ita usus esset Ahrensius, ut *ἄγριον ἀσπάζοντο* scriberet; apertum est *ἀχρεῖον κλάζειν* de *subtimido gannitu* dictum esse, ut *ἀχρεῖον ἰδεῖν* Homerus de Thersite dixit.

73. *ἄσσον ἀείρων*] Ita Vatt., *ὅσσον ἀείρων* vulgo, probante Hermanno.

74. *πολλὰ*] Vulgo *τρηχύ*, codd. Vatt. *πολλά*.

76. 77. *αὖλιν ἔρυντο αὐτοῦ γ' οὐ παρεόντος*] Ita vulgo; in quibus cum Vatt. *αἰὲν* pro *αὖλιν* habeant, Hermannus id alius lectionis vestigium esse intellexit, quae fuerit *αἰὲν ἔρυντο αὔλιον οὐ παρεόντος*. Perfecit emendationem Ahrensius scribendo *αἰὲν ἔρυντο αὖλιν κοὐ παρεόντος*.

79. *ἀνθρώποισι μετέμμεναι*] *ἀνθρώποισιν ἔτ' ἔμμεναι* Vatt., unde Ahrensius scripsit *ἀνθρώποισιν ἐπέμμεναι*, non recte, ut mihi videtur. Pro *ἐπιμηθές*, quod asterisco apposito suspectavit Ahrensius, codd. *ἐπιμηθεύς*.

81. *ᾔδει*] *ᾔδεε* Hermannus, qui ad sententiam comparat Platonem de rep. II p. 376 a *καὶ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, ἐν τοῖς κυσὶ κατόψει, ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ θηρίου. τὸ ποῖον; ὅτι ὃν μὲν ἂν ἴδῃ ἀγνῶτα, χαλεπαίνει, οὐδὲν δὴ κακὸν προπεπονθώς· ὃν δ' ἂν γνώριμον, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθῃ.*

82. *οὐκ ἂν*] *οὐδ' ἂν* ab Ahrensio e codd. receptum probari posset, si alius versus excidisset; nunc importuna evadit sententia *ne bestiarum quidem*.

83. *ζάκοτόν τι*] Ita codd., *ζάκοτόν τε* vulgo, quod Hermanno epico sermoni convenientius esse videtur.

84. *ταὔλιον*] *τωὔλιον* Vat. E.

85. *ἔτραπεν ἵππους*] Pro *ἔτραπεν* Vatt. *ἤγαγεν*, quod *ἤλασεν* scripsit Ahrensius.

89. *νέφη ὑδατόεντα*] Hoc *νέφε' ὑδατόεντα* scribendum erat.

90. *ἄσσα τε*] Ita Vatt. AE, *ὅσσα τε* vulgo, quod qui recte reiecit Hermannus, idem tamen non recte *οἷα* corrigi voluit. Homerus Il. X, 208 *ἤ τινά που καὶ φῆμιν ἐνὶ Τρώεσσι πύθοιτο, ἅσσα τε μητιόωσι μετὰ σφίσιν*. Nicander apud Athen. XV p. 683a *ἅσσα τ' ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν — ὄρεξαν*.

93. *μετὰ προτέροισι*] Ita Vatt., *μετὰ πρώτοισι* vulgo, *μέγα προτέρωσε κυλίνδει* Ahrensius; sed *μέγα κυλίνδει* non graecum existimo. Verissime sine dubio legitur *μετὰ προτέροισι*, non ut id *post* significare credam, quae Schaeferi est opinio, sed vis venti novas semper nubes adglomerat prioribusque immiscet.

94. *αὖτις*] Ante Zieglerum *αὖθις*.

99. *κατ' αὐλὰς ηὐλίζοντο*] *αὔλιας* ne quis malit, consulto poeta nec sine arte in duobus deinceps versibus tribus in fine spondeis usus est.

100. *ἀπειρεσίων*] De bobus hoc male intellexit Kiesslingius.

103. *καλοπέδιλα*] Codd. fere *κωλοπέδιλα*, quod etsi defendi posse videtur, retinui tamen vulgatum, quod Schneiderus Saxo in *καλὰ πέδιλα* parum apte mutari voluit.

Ibid. *παρασταδὸν ἐγγὺς ἀμέλγειν*] Ita pro vulgato *ἀμέλγων* scribendum esse res ipsa docet; neque enim dum mulgebant, sed ut mulgerent, pedicas pedibus aptabant; ac praebent ipsum illud *ἀμέλγειν* duo codices. Ed. pr. Receperunt *ἀμέλγειν* Zieglerus et Ahrensius. Pro *ἐγγύς*, quod glossae simile esse ostendit Hesychius *Παρασταδόν· ἐκ τοῦ σύνεγγυς*, Hermanno poeta *οὔθατα* scripsisse videtur.

105. *πινέμεναι λιαροῖο· πέπληντο δὲ πάγχυ γάλακτος*] Ita vulgo, quae emendata sunt e codd. Vatt. Non acquievit in his Hermannus, qui offendens opinor in *μεμαότα πάγχυ*, maluit *πινέμεναι· λαροῦ δὲ πεπλήατο*, vel *πινέμεν, αἳ λαροῖο πεπλήατο πάγχυ γάλακτος*.

110. *σὺν δ' υἱός τε βίη τε*] Vat. A *σὺν κάρτος τε βίη τε*, male memor Homeri Od. III, 370 vel VI, 197.

114. *βοῶν τόγε μυρίον ἔθνος*] Vera videtur Hermanni emendatio *βοῶν μάλα μυρίον ἔθνος*, coll. Homero Od. XVI, 121 *δυσμενέες μάλα μυρίοι*. Poterat ex eodem hoc carmine afferre vs. 88 *βόες μάλα μυρίαι*.

122. *αἴτ' ἔργα καταφθείρουσι νομήων*] Vatt. aliique *καταφθίνουσι*, quod aut *καταφθινύθουσι* aut *καταφθίουσι* scribendum videtur. Pro *αἴτ'*, quod post singularem recte dictum esse ex Homeri h. in Ven. 285 Schaeferus ostendit, codices tamen, qui fere *ἅγ'* et *ἃγ'* habent, aliud hic olim scriptum fuisse arguunt. Suspicabar *ἅγν' ἔργα καταφθίουσα νομήων*.

123. *αἰὲν*] Ante Is. Vossium *αἰεί*.

127. *ἕλικες*] Hoc si ad formam cornuum refertur, male poeta iis quos *κνημάργους θ' ἕλικάς τε* appellat, opponit *φοίνικας*, quos dubitari non potest ipsos etiam cornibus fuisse repandis. Itaque *ἕλικες* Theocritus ad colorem rettulisse videtur, Callimachum fortasse secutus, qui *ἑλικώτατον ὕδωρ* de aqua nigra dixisse existimatur fragm. 290. Cf. Hesychius *Ἕλιξ, μέλας*.

133. *γαυριόωντο*] Hoc a bonis codd. oblatum unice huic loco et omnino poeticae dictioni accommodatum est; male Zieglerus revocavit *γαυριόωντες*.

136. *ἤεσαν*] Suspecta in epico carmine forma; malim igitur *ἤισαν*.

137. *φόνον λεύσσοντε προσώπῳ*] Hermannus Boissonadi emendationem probavit *λευσσόν τε*; recte vero libri *λεύσσοντε*, ut ostendit O. Schneiderus in Schneidewini Phil. VII p. 543. Ahrensius edidit *φόνον δ' ὄσσοντο προσώπῳ*, quod vereor ut defendi possit.

138. *τῶν μέν τε προφέρεσκε*] Id etsi recte dictum est,

aptius tamen videtur μέν τοι. Omnes illi boves colore insignes erant, eminebat tamen (μέν τοι) in iis Phaethon. Male Boissonadus ex Vat. E dedit μέν γε.

142. δ' ἤτοι] Legebatur δή τοι.

146. σκαιοῦ ἄφαρ κέραος] Vat. A κέρατος, eodem vitio, quo apud Nonnum III, 76 legitur κερατοξόος, quem quis credat ab homerica forma κεραοξόος descivisse? Constanti lege graeci poetae nominis κέρας eos casus, quibus litera τ accedit, α longa extulerunt. Telestis versus apud Athen. XI p. 501 f κερατόφωνον ἐρέθιζε μάγαδιν constat ex dipodia iambica et duobus paeonibus; nec repugnat Pindarus fragm. 143 (147) ὤθεον, αὐτόματοι δ' ἐξ ἀργυρέων κεράτων, qui versus logaoedicam clausulam habet. In loco Philoxeni apud Athen. XI p. 476 e (Bergk. P. L. p. 992) versus ita sunt distinguendi, ut κεράτων media longa appareat:

πίνετο νεκτάρεον πῶμ' ἐν χρυσέαις προτομαῖς κοίλων κεράτων,

numeris usitatissimis. Nec Callimachus Apoll. 91 scripsit στὰς δ' ἐπὶ Μυρτούσσης κερατώδεος, sed κεραώδεος. Eadem medela adhibenda est Phaesto apud schol. Pindari Pyth. IV, 28 Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι. Scribe κεραηφόρε, cui multa similia composuit Lobeck. ad Phryn. p. 681. Ne Manethoni quidem IV, 91 concessum fuit scribere ἕλιξ μήνης κερατώπιδος pro κεραώπιδος, quemadmodum κεραῶπα σελήνην dixit Maximus περὶ κατ. 337 loco ab editoribus Thesauri Parisiensis allato, qui etiam verba κερατίας et κερατίζω falsa mensura notaverunt. Recensui omnes locos, qui vitiosam, ut mihi quidem videtur, mensuram habent, quorum numerus si comparatur cum iis, qui rectam prosodiam habent, perexiguus est.

146. 47. κατὰ δ' αὐχένα νέρθ' ἐπὶ γαίης κλάσσε] Advertendus rarior usus verbi κλᾶν vel κατακλᾶν cum vi prosternere, deprimere, ut apud Strabonem III p. 182 κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων, ubi nihil mutandum est. Similiter ἀνακλάσαι dixit incertus scriptor in Bekkeri

Anecd. p. 417, 8 οἱ ἀρχαῖοι ἀνακλῶντες τὰ ἱερεῖα καὶ ἄνω ἀναρύοντες ἔθυον. Cf. Hesychius Κλᾶν· κάμπτειν, ἐμποδίζειν. Deleantur igitur quae scripsi Vindic. Strab. p. 42.

148. 49. περὶ νεῦρα τανυσθεὶς μυὼν — ἀνέστη] In his περὶ pro ἐπὶ dedere codices; μυὼν pro μυῶν scribendum esse vidit Is. Vossius. Ceterum haec male intellegi a quibusdam video: neque enim tauri, sed Herculis in superiore brachii parte μυῶνα dicit. Quintus Smyrn. VI, 238 de eodem Hercule tauri victore: οἳ δέ οἱ ἄμφω ἀκάματοι μυῶνες ἐρειδομένοιο τέταντο. Cf. Idyll. XXII, 48 et Quint. Smyrn. XI, 189. 191. Ed. pr.

155. ἐπεὶ ἦσαν] Libri ἐπέβησαν. Correxit Hermannus, acute videns post hunc versum alium excidisse hac sententia:

ἀτραπὸς ἐκτέτραπτο θοῶς εἰς ἄστυ φέρουσα.

Indicavi igitur lacunam. Pro ὄθι duo Vatt. CE ὄρους.

156. ἐξανύοντες] Ante Hermannum ἐξανύσαντες.

158. ἐν ὕλῃ χλωρὰ θεούσῃ] Ita correxi iam olim editum ἐν ὕλῃ χλωρᾷ ἐοῦσα. Ac confirmat illud codex Vatic. A, qui habet χλωρὰ ἐούσῃ. Cf. Hesiodus Scut. 146 στόμα πλῆτο ὀδόντων λευκὰ θεόντων, et qui nostro simillimus est locus Herodis Attici in Brunckii Anal. II p. 300 ἣ ποίην χιλῷ εὐαλδέι χλωρὰ θέουσαν, ad quem plura attulit Salmasius. Ad idem dicendi genus pertinet quod Antipater Anth. Pal. IX, 58 dixit de templo Dianae Ephesiae Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον, et Philostr. sen. Imag. I, 6 ὄρχοι ὀρθοὶ πορεύονται.

159. τῇ μιν] τόν μιν Vatt. CE, τῇ μὲν vulgo, τῇ μιν Vat. A. Mira haec scripturae varietas ex eo fortasse nata est, quod in antiquo libro τῆμος scriptum erat.

163. ὡσείπερ] Hermannus ὡς εἴ περ scripsit coll. Homero Il. I, 211. Ne sic quidem locum intellego. Briggsius ὡσείπερ cum μῦθον ἀκούσας coniunxit, *ut qui audierim*, sequente Ahrensio.

164. ὡς μέσος ἀκμῆς] Ita codices pro vulgato ὡς νέος ἀκμήν. Illud ipsum florem aetatis indicare videtur. Oppianus Hal. III, 645 οἳ δ' ἐνὶ μέσσῃ ὥρῃ. Ed. pr.

166. ὅς ῥ' ἤτοι] Ante Hermannum ὃς δήτοι.

172. ὡς κεῖνος ἀγόρευε] Ed. Flor. κεῖνός γ', unde Hermannus ὡς κεῖνός γ' ἀγόρευε, post Μυκήνην commate incidens. Hoc verum videtur. Certe editam scripturam non tuetur neque corruptus vs. 50 θεὸς ἐπιδευέα φωτῶν, neque 57 κτῆσιν ἐποψόμενος ἤ οἱ νήριθμος, multo minus 201 ποταμὸς ὥς.

174. Αἰγιαλήων] V. Analecta Alex. p. 116.

175. 176. Hi versus in libris omnibus ita leguntur:

ἠὲ σέ, δέρμα δὲ θηρὸς ἀριφραδέως ἀγορεύει
χειρῶν καρτερὸν ἔργον, ὅ τοι περὶ πλευρὰ καλύπτει.

Non dubitandum videtur quin utriusque versus partes secundae locum suum mutaverint.

180. ἐγὼ δέ σε φράζομαι ὀρθῶς] Vatt., quorum unus σε omittit, pro φράζομαι habent φρίξομαι, quod Ahrensium movit ut locum ita ederet ἐγὼ δὲ σοφίζομαι ὀρθῶς, numeris non admodum laudandis nec de coniectura Theocrito obtrudendis. Cf. ad VII, 10.

182. εὔυδρον Νεμέης — χῶρον] εὐύδρου an εὔυδρον legatur perinde est; alterum tuentur codices Irriguam dicit Nemeam maxime propter fluvium cognominem, quem praeter alios commemorat poeta apud Etym. Gud. p. 348, 21 ἧχι πολυκροκάλοιο παρ' ἀνδήροισι Νεμείης, quem versum Callimacho tribuit Heckerus Comm. de AP. p. 204.

183. κατ' Ἀπίδα] Rariorem formam Ἀπίς pro Ἀπία ex Eratosthene servavit Stephanus Byz. v. Ἀπία. Cf. Apollonius Arg. IV, 1564 et Gerhard. Lectt. Apoll. p. 19. Ed. pr.

185. ἔθνος] Lennepii haec coniectura est; libri ἔρνος.

192. προσελέξατο] Pro hoc cum cod. Mediol. habeat προσαλύξατο, id προσπτύξατο scribendum conieci, probante Hermanno, qui cur editum soloecum dixerit, ego non magis perspicio quam Zieglerus.

197. νόσφιν γ' ἢ ὅθεν ἦλθε] Ne quis νόσφι γε δὴ ὅθεν coniciat coll. Moscho IV, 52, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 459.

200. Φορωνήεσσιν] Phoronei posteros recte Φορωνεῖς dici posse nemo docuit; accedit quod optimus cod. Vat. habet Φόρων οἶναισιν, unde legendum videtur Φορωνείδαισιν (Φο-

ρωνείδῃσιν). Stephanus Byzantius v. Ἄργος p. 113 λέγονται δὲ (Ἀργεῖοι) πατρωνυμικῶς — Ἡρακλεῖδαι, πρὸ δ' Ἡρακλέους Περσεῖδαι, πρὸ Περσέως δὲ Λυγκεῖδαι, Δαναΐδαι, πρὸ δὲ Δαναοῦ καὶ Φορωνεῖδαι, ὥς Ἄβρων τοῖς ποιηταῖς ἀνατίθησιν. Ed. pr. Recepi emendationem illam, quam confirmat nunc margo Vat. E, ex quo Φορωνίδῃσιν enotavit Zieglerus. Editam olim scripturam qui tueri volent, uti poterunt copiis Lobeckii Paral. p. 303.

201. πάντας γὰρ Πισῆας ἐπικλύζων] Ita vulgo editur, me quidem qui sint illi Πισῆες nesciente; non sane Pisatae, quod nec nominis nec locorum ratio permittit. Codices πεισῆας habent, unde πεδιῆας correxi, quo nomine planitiei montibus Nemeaeis subiectae colonos significat. Hos ille tanquam torrens de montibus effusus inundabat. Stephanus Byzantius v. Πεδίον· τόπος πλατὺς καὶ ὁμαλός, τὸ τοπικὸν πεδιεύς. Ed. pr. Recepit hoc Zieglerus. Ahrensius autem pro Πισῆας edidit πίσῃ τις, quod epicus sermo, qui πίσεα postulat, vix admittit. Neque tollitur hac correctione, quam tolli ea existimasse videtur Ahrensius, comparationis absurditas ipsi poetae relinquenda. In re incerta vulgatam scripturam revocavi, ac fortasse nil mutandum est. Ut enim e. c. σταδιεύς dicitur qui in stadio decertat, πεδιεύς qui campum incolit, ita etiam πισεύς dici posse videtur qui in regione pratensi habitat. Fuisse autem totam illam regionem, quam εὔυδρον vocat poeta 182, non agris tantum, sed pratis quoque frequentem ostendit etiam hodierna locorum facies. Hinc νέμειον λειμῶνα dixit Phalaecus Anthol. Pal. XIII, 5.

202. λὶς ἄμοτον κεράϊζε] Duo codices ἄμοτος, quod vide ne praeferendum sit: certe de usu adiectivi ἄμοτος non dubitandum videtur. V. infra vs. 242 et Moschus IV, 104. Ed. pr.

203. οἵ ἕθεν ἀγχίμολοι ναῖον ἄτλητα παθόντες] Brunckius ἀγχίμολον, codd. ἄγχιστα et ἀγχίμοροι. Pro ναῖον quod in duobus codd. legitur προσναῖον correctori deberi videtur. Nisi ferri potest brevis syllabae productio, in sequente potius vocabulo vitium esse crediderim. Fortasse δύστλητα scribendum. Ed. pr. Hoc probavit Hermannus. Ahrensius νή-

τλητα maluit, vocabulum alias non lectum. Call. παθόντες ἄτλητα, unde Taylorus πάσχοντες ἄτλητα. Pro ἀγχίμοροι, quod etiam ed. Flor. habet, suspicari possis ἀγχινόμοι, sed lenius corrigas ἀγχίποροι, quod eo qui hic requiritur significatu posuit Nonnus Dion. V, 38 ἀγχιπόροις δὲ ἔχραε Τεμμίκεσσι. XXIII, 255 ἀπ᾽ ἀγχιπόροιο δὲ λόχμης. XLIII, 10 ἀγχιπόρῳ παρὰ λόχμῃ. Praeterea pro ναῖον fortasse ῥαίοντο reponendum totusque locus ita scribendus: μάλιστα δὲ Βεμβιναίους, οἵ ἕθεν ἀγχίποροι ῥαίοντ᾽ ἄτλητα παθόντες. Pro οἵ ἕθεν ante Zieglerum edebatur οἳ ἔθεν.

209. ἔμμητρον] Legebatur εὔμετρον, iustae mensurae, quod ineptum. Unice verum est quod e codicibus reposui ἔμμητρον, ramum cuius medulla nondum exaruit, vegetum. Ita Antiphanes apud Athenaeum III p. 100d ἔμμητρον ἦν ᾗ τὸ ξύλον βλάστην ἔχον. Lexicon rhetor. apud Eustathium ad Odyss. ξ, 11 μήτρα τὸ μέσον τοῦ ξύλου, ὅ τινες ἐντεριώνην λέγουσι. Cf. interpretes Hesychii v. μήτρα. Ed. pr.

212. στρεπτῇ ἐπέλασσα κορώνῃ] Scribendum suspicor στρεπτήν, quod optime convenit νευρῇ. Homerus Il. ο, 463 ἐϋστρεφέα νευρήν. Ed. pr. Idem, ut Briggsius adnotavit, coniecit iam Brodaeus.

213. νευρειήν, περὶ δ᾽ ἰὸν] νευρῇ, τῇ δ᾽ ὑπὲρ ἰὸν Hermannus. Fortasse tamen recte habet forma νευρειή, de qua confer Lobeckium Paral. p. 354. In sqq. εἶθαρ ἔβησα rectissime ed. Flor., quod quin e libro scripto manaverit, non dubitandum est; vitiose εἰσανέβησα et εὐσέβησα codd. Vatt., unde Ahrensius εὖ κόσμησα scripsit.

215. τί με κεῖνον] Hoc posui Vat. AC secutus, qui τί μ᾽ ἐκεῖνον habent, δέ με κεῖνον super δ scripto γ Vat. E, vulgo γ᾽ ἐμὲ κεῖνον, quod vide ne sermoni epico accommodatius sit quam quod edidi.

216. 17. οὐδ᾽ ὅπῃ ἴχνια τοῖο φρασθῆναι δυνάμην] Neque ubi illius vestigia essent videre poteram. Quae cur aliis displiceant, non perspicio. Aliud tamen hic olim lectum fuisse codices docent, in quibus est οὐδενὸς ἴχνια τοῖα. Versu se-

quente e codd. scripsi ἀρυγμοῖο pro ὠρυθμοῖο, quae forma etiam Oppiano Cyn. IV, 219 restituenda est. Ed. pr. Is. Vossius καὶ οὐδέπῃ ἴχνια τοῖο, Hermannus καὶ οὐδενὸς ἴχνια τοίου, Ahrensius καὶ οὐδέποσ' ἴχνια τοῖα, quod non intellego. Probandum videtur quod coniecit Hermannus.

228. ῥίῳ] Servavi vulgatam, Vatt. τρίβῳ, Valckenarius δρίῳ.

233. διέδρακεν] Hoc revocavi e codd. iam in proecdosi, διέδραμεν vulgo.

234. λαμυροὺς δὲ χανὼν ὑπ' ὀδόντας ἔφηνεν] Vulgo ὑπέδειξεν ὀδόντας, quod e codd. correctum. Horum fortasse neutrum scripsit poeta, sed ὑπέστηρεν ὀδόντας vel ὑπ' ὀδόντας ἔστηρεν, ut habes apud Oppianum Cyn. II, 243 λευκοὺς ὑπέστηρεν ὀδόντας.

236. ὅτι μ' ὁ πρὶν] Vulgo ὅτι μοι πρίν, codd. ὥς μοι πρίν et ὅς μοι πρίν, Hermannus ὅ μοι ὁ πρίν, Ahrensius ὡς μ' ὁ πρίν. Secutus sum Briggsium, at praestat quod voluit Hermannus.

241. αὐερύειν] αὖ ἐρύειν codd. Vatt.

242. μακρὴν δὲ περ' ἰγνύῃσιν ἕλιξεν] Ita scribendum videtur ex bonis codicibus pro παρ' ἰγνύῃσιν, quod ferri non potest. Elisae ultimae in περί exempla praebent Hesiodea περίαχεν et περοίχεται, de quibus cf. Mützell. de Theog. Hes. p. 169. Ed. pr.

246. εἰληθέντος] Hoc praeeunte Zieglero restitui e Vat. E pro vulgato εἰλυσθέντος, propius vero εἰλυθέντος Vatt. AC. In Oppiani Hal. II, 124 ἐνὶ ψαμάθοισιν ὑπ' ὀστράκῳ εἰλυθεῖσα, item restituendum εἰληθεῖσα.

248. εὐκεάτοιο] εὐκάμπτοιο codd. Vatt., quod placuit Ahrensio.

249. ἐπαξονίῳ] Codices ἐν ἀξονίῳ et ἐναξονίῳ, quod recepit Ahrensius. At δίφρος rectius ἐπ' ἄξονι quam ἐν ἄξονι positus dicitur.

252. ἀθρόος ἅλτο] ἄλμενος ἅλτο Vatt., quod nollem ὅρμενος ἅλτο scripsisset Ahrensius; ἀθρόος leo dicitur qui πάντοθεν εἰληθεὶς ὑπὸ λαγόνας τε καὶ ἰξύν, ut supra poeta dixit, i. e. collectis membris in hostem ruit. Prorsus

eodem modo Leonidae Anth. Pal. VI, 221 dicuntur ἀθρόα γυῖα λέοντος, et ἀθρόος ἦλθε δαΐζων de serpente dixit Antipater VII, 210. Saepe verti potest *totus quantus*, ut Id. XIII, 50 de Hyla κατήριπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ ἀθρόος. Cf. Apollonius Arg. I, 428.

254. προεσχεθόμην] Codices προσεχεθόμην, unde dedi προσχεθόμην. Ed. pr. Numerorum volubilitas ne retardetur, revocavit προεσχεθόμην Zieglerus; neque impedio, quamquam si versuum praestantia volubilitate numerorum censetur, nullus poeta praestantiores versus fecit Nonno. Debilis positionis exempla e Theocrito composui ad Id. XXIV, 69. Restitui tamen vulgatam, quoniam codd. scriptura describentis errore nata videri potest.

255. κόρσης ὕπερ] κόρσην Briggsius aliique de bestiae temporibus intellegunt; rectius Hercules clavam super suum ipsius caput extulisse dicetur, quod ὑπὲρ κάρα βάλλειν dixit Euripides Herc. fur. 982 ὑπὲρ κάρα βαλὼν ξύλον καθῆκε παιδὸς εἰς ξανθὸν κάρα, quamquam horum priora vitii suspecta habeo.

259. ἐν γαίῃ] Ieiunum hoc est nec ferendum. Scripsit opinor ἐν ποίῃ, ut 231 ἔμπεσε ποίῃ. Codices Vatt. ἐκ γαίης, quod cum corruptelae indicio recepit Ahrensius; fortasse tamen ἐξαίφνης praestat.

264. παρ' ἰνίον ἤλασα προφθάς] Pro ἰνίον codices ἰνίοις, ἴννιον, ἰννίον, pro ἤλασα iidem ἔφθασα et ἔφασα, quod ἔφλασα scribendum esse videbatur Wordsworthio et Bergkio. At non apparet, quo instrumento usus leonis cervicem Hercules percusserit; clavam enim in capite bestiae fregerat, arcum cum telis abiecerat, manibus autem pugnove si feriisset, id dictum oportuit. Itaque neque ἤλασα neque ἔφλασα a poeta scribi potuit; requiro verbum quo cervicem bestiae invasisse Hercules dictus erat. Describitur idem actus quem his verbis extulit Philostratus sen. Im. I, 6 ὁ μὲν ἧρηκε τὸν ἀντίπαλον, περιπτὰς αὐτῷ κατὰ τῶν νώτων, καὶ ἐς πνῖγμα ἀπολαμβάνει καὶ καταδεῖ τοῖς σκέλεσιν. Hinc fuit cum ἔφθασ' ἐπιπτάς scribendum conicerem. Sed ne hoc quidem sufficit; multo mi-

nus quod Brunckius et Schaeferus voluere, quorum ille *ἔφθασα μάρψας*, Schaeferus autem *ἤνυσα προφθάς* tentavit.

267. *ἀποδρύψῃ*] Recte Hermannus *ἀποδρύψει'*.

268. *ἐπιέζευν*] Hoc pro vulgato *ἐπίεζον* scripsi e Vat. E. Cf. Homerus Od. *μ*, 174. 196.

269. *οὐραίους ἐπιβάς, μηροῖσί τε πλευρ' ἐφύλασσον*] *οὐραίους* vulgo, *οὐραίου* Vat. CE, *οὐραίῃ* A. *οὐραίους πόδας* i. e. *ὀπισθίους* dixit etiam Aratus Phaen. 351. Reliqua e Briggsii emendatione, in quam ego quoque incideram, exhibui. Codd. *πλευρῇσί τε μῆρ' ἐφύλασσον*, in quibus *πλευροῖσι* Vat. E. A tergo adortus leonem Hercules hunc ita arrectum tenet, ut femoribus suis latera bestiae constringat. Illustrandae rei utilis est Philostrati locus ad vs. 265 adscriptus. Longe aliter haec Ahrensius expedire conatus est.

274. *ἐπεὶ οὐκ ἔσκε*] Gerhardus Apollon. Lect. p. 167 *ἐπεί ῥ' οὐκ ἔσκε*, Hermannus *ἐπεὶ οὔπως ἔσκε*.

275. *τμητῇ οὐδὲ λίθοις πειρωμένῳ, οὐδὲ μὲν ὕλῃ*] Paullo diversi generis hiatus est vs. 170 *οὐκ οἶδ' ἀτρεκέως ἢ Ἄργεος ἐξ ἱεροῖο* et IX, 19 *ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χόρια ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι*. Possis *τμητῇ γ' οὐδὲ* suspicari, non inutili h. l. particula, vel *οὐδὲ λίθοις τμητῇ*. Non reformidavit tamen eiusdem generis hiatum Apollonius Arg. I, 251 *δειλὴ Ἀλκιμέδη*. Cf. Naekium Opusc. II p. 125. Postrema verba *οὐδὲ μὲν ὕλῃ* manifesto corrupta sunt. Hermanno quod exciderat *οὐδέ κεν οὐλήν*, ipse haud dubie postea improbavit. Suspicabar aliquando *οὐδὲ μὲν ἥλῳ* vel *ἥλοις*, *non ense, non lapidibus, non clavo*. Sed verum fortasse repperit Wordsworthius *οὐδὲ μὲν ἄλλῃ*, quamvis paullo ieiunius dictum. Fallitur autem cum id ipsum a glossatore Parisino apud Gailium lectum fuisse sibi persuasit, qui cum *ἑτέρᾳ* ad *ὕλῃ* adscripserit, ipsum hoc *ἑτέρᾳ* ad *ὕλῃ* supplendum esse indicare voluit, *neque alia materia*.

276. *ἔνθα μοι ἀθανάτων τις ἐπὶ φρεσὶ θῆκε νοῆσαι*] Codd. *ἔνθ' ἐμίν, ἔνθέ μιν, ἔνθεν*. Hinc Ahrensius *ἔνθεν μ' ἀθανάτων* edidit, quod etsi propius ad codd. scripturam accedit,

non dubitandum tamen quin hic quoque ed. Flor. poetae manum servaverit. Pro *νοῆσαι* malim *νοήσας*, *consilii inopem videns*.

279. *ἕρκος ἐνυαλίου ταμεσίχροος ἰωχμοῖο*] *ἰωχμοῖο* Vatt. pro vulgato *ὄφρα μοι εἴη* dederunt; voce hac ab Homero accepta praeter Theocritum unus usus est Oppian. Hal. V, 247. *ἐνυαλίου* adiectivum est et cum *ἰωχμοῖο* coniungendum. Cf. Oppianus Hal. IV, 555 *ἐνυαλίοιο κυδοιμοῦ*. Codd. fere *ἐνυαλίοιο* et *ἐνυαλοῖο*. At fortasse *ἕρκος ἐνυάλιον* poeta scripserat, ut Nonnus Dion. XXV, 563 dixit *ἀσπὶς ἐνυαλίη*.

281. *μήλοις τε καὶ ἀνδράσι κήδεα*] Vulgo *μήλοισι καὶ ἀνδράσι πήματα*, illud Vatt. praebuerunt.

XXVI

1. *μαλοπάρρος*] Ita Boissonadus, cui favent codices, quorum alii cum ed. Flor. *μαλοπάραυος* alii *μαλοπάρανος* habent. Cf. Ahrensius dial. dor. p. 143. Vulgo *μαλοπάρηος* cum Eustathio Hom. p. 691, 52 *παρὰ Θεοκρίτῳ μαλοπάρηος ἢ ἁπαλοπάρηος*. Cf. Hesychius *Μαλλοπάρανος· λευκοπάρειος*.

Ibid. *Ἀγαύα*] Veteres editiones *Ἀγανά*, quod fortasse rectius. Cf. Hermannus ad Euripidis Bacch. 1141 et Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 809. Ed. pr. *Ἀγανή* scriptum reperio in Iulii, poetae novitii, carmine apud Stobaeum Flor. LXXIX, 9, item in cod. Pal. Anthol. XIV, 117, tum apud Nonnum Dion. VI, 295 et Philostratum sen. Imag. I, 19, ubi Iacobsius contra libros *Ἀγαύη* edidit.

7. *ποπανεύματα*] Libri *πεπονα μένα*, feliciter emendati a Wordsworthio. Sine vitii suspicione vulgatum affert Lobeck. Aglaoph. p. 56.

8. *νεοδρέπτων ἐπὶ βωμῶν*] Vix hoc ferri potest de aris e recenti fronde structis. Quintum versum comparanti fortasse *νεοκμήτων* vel *νεοδμήτων* scribendum videbitur, vel *νεοπλέκτων*. Callimachus H. Apoll. 60 *ἔπλεκε βωμόν*. Pausanias X, 5, 10 *ἐκ τῆς πόας ταύτης χλωρᾶς ἔτι διεπλέξατο ναόν*.

Ita Idyll. XXI, 7 *πλεκτὰς καλύβας* dixit de tugurio e frondibus texto, non *δρεπτάς*. Sed praestare videtur *νεοπρέπτων ἐπὶ βωμῶν*. Ed. pr. Recepi *νεοπρέπτων* utpote omnium quae conici possunt facillimum.

12. *Αὐτονόα πρᾶτα*] Probabiliter Hermannus in schedis correxit *πρᾶτα δ' Αὐτονόα*.

15. *μαίνετο μέν τ' αὐτὰ*] *μέν ϑ' αὕτα* Mediol., *μὲν καὐτὰ* Hermannus.

17. *ἐπ' ἰγνύαν ἐρύσασαι*] Vulgo *ἐπ' ἰγνύ' ἀνειρύσασαι*, correxit Briggsius firmante cod. C *ἐπ' ἰγνυῖαν ἐρύσασαι*, quod *ἐπ' ἰγνυᾶν* scripsit Ahrensius. Cf. poeta anonymus Anth. Plan. IV, 253 Dianae habitum describens *πρὸς ἄκρην ἰγνύην φοίνιξ πέπλος ἑλισσόμενος*. Add. Heckerus Comm. Anth. I p. 181.

19. *δὲ τόδ' εἶπε*] Ante Brunckium *τόδ' ἔειπε*.

24. *κρεανομέοντο*] Ita scribendum erat quod vulgo disiunctim legitur *κρέα νομέοντο*, etiam eam ob causam vitiosum, quod *κρέα* constanti et perpetuo usu ultimam corripit. Ceterum vide Lobeckium ad Phryn. p. 694.

27. *οὐκ ἀλέγω· μηδ' ἄλλος ἀπεχϑόμεναι Διονύσῳ*] Loco conclamato nihil dum a criticis auxilii allatum est, quod sua se probabilitate commendet; *ἀπεχϑόμεναι* Mediol., *ἀπεχϑέμεναι* vulgo. Taceo reliquorum conatus, Hermannus autem recepta Reiskii coniectura *οὐκ ἂν ἐγὼ* pro *οὐκ ἀλέγω* et in vs. 29 Bergkii Hauptiique emendationibus adiutus, in dissertatione de arte poeseos bucolicae p. 15 haec lusit:

οὐκ ἂν ἔγωγ', οὐκ ἄν ποτ' ἀπεχϑοίμην Διονύσῳ,
μηδέ μοι, εἴ τις καὶ μετριώτερα τῶνδ' ἐμάτησεν,
εἴη συνναέτης ἢ ὁμᾶς ἀκάτω ἐπιβαίνοι.

Equidem hoc unum video, tertium horum versuum, cuius ut in libris scriptus est, *εἴη δ' ἐνναέτης ἢ καὶ δεκάτω ἐπιβαίνοι*, planissima est sententia, *sive novennis est seu decimum annum intraverit*, hunc igitur versum singulari quodam casu Theocriteis ex alio carmine illatum neque ullo modo violentis mutationibus in ordinem redigendum esse.

33. *ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι*] Vide Analecta Alexandr. p. 163.

36. *πολλαῖς μεμελημέναι ἡρωίναις*] Recepi Graefii et Heckeri emendationem etiam Ahrensio probatam *πολλοῖς μεμελημέναι ἡρωῖναι.*

* XXVII

Intercidisse suavissimi carminis initium, cum res ipsa docet tum intellexit Iuntinae editor, qui primo versui praeposuit *λείπει ἡ ἀρχή.* Vide Hermannum.

1. *Πάρις ἥρπασε*] Hermannus *πάρος ὤπασε*, quorum primum elegans et verum, alterum ne elegans quidem est, si quid video.

2. *ἑκοῖσ'*] Ita Ahrensius, codex *ἐδοῖς, ἔμ' ἤδ'* vulgo. Tum *ἔσχε* Hermannus, libri *ἐστί*, quod me invito servatum est.

3. *μὴ 'πιβάλῃς τὰν χεῖρα καὶ εἰσέτι χεῖλος ἀμέλξω*] Haec in libris post vs. 21 lecta cum in proecdosi deleri voluissem, qua in re Ahrensium adsentientem habui, nunc Hermanno accessi, qui ea huc revocanda et inter colloquentes sic dispertienda esse intellexit, ut utriusque versus dimidia pars exciderit, recepta Stephani emendatione *ἀμέλξω* pro eo quod in libris est, *ἀμύξω.*

6. *ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἀδέα τέρψις*] Leviter corrupta haec leguntur apud Eumathium Ism. am. IV p. 105 *τί δέ σοι κέρδος, εἶπεν, ἐκ τοῦ φιλήματος; ἐγὼ δὲ πρὸς τὴν κόρην μεθ' ἡδονῆς 'ἔστιν κἀν κενεοῖσι φιλάμασιν ἀδέα τέρψις'.* Constat hunc versum a male sedulo lectore in Theocriti Idyll. III, 20 illatum fuisse. Eundem affert sub Theocriti nomine Stobaeus Flor. LXIII, 19, ubi *φιλήμασι* editur, pro quo *φιλάμασι* Par. B.

11. *ἁ σταφυλὶς σταφίς ἐστι*] Cod. *ἀσταφυλίς.* Articulo, ut par erat, offensus Hermannus *ἃ σταφυλίς*, scilicet *ἦν, σταφίς ἐστι.* Ahrensius in prioribus nil mutans reliqua sic scripsit *ἔστ', οὐδὲ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.* Non credo hoc probari posse, sed scribendum videtur: *οὐ σταφυλὶς σταφίς ἐστι; καὶ οὐ ῥό-*

δον αὖον ὄδωδεν; Favet quodammodo cod. scriptura ἀσταφυλὶς pro edito ἁ σταφυλίς. Saepissime ου abiit in α. ὀλεῖται autem nihil esse videtur nisi mala evanidae vocis ΟΛ... correctio. Eadem corruptelae causa vs. 32. Hac emendatione tolluntur etiam reliqua incommoda, futurum ὀλεῖται post praesens ἐστί, malo loco positum οὐ, denique ipsum verbum ὄλλυσθαι, quod alienum a loci sententia. In σταφυλὶς et σταφὶς similiter lusit incertus poeta Anthol. Pal. V, 304

ὄμφαξ οὐκ ἐπένευσας· ὅτ' ἦς σταφυλή, παρεπέμψω·
μὴ φθονέσῃς δοῦναι κἂν βραχὺ τῆς σταφίδος.

Cf. Onestes ibid. 19, 3 ita fortasse emendandus:

εἴη μήτ' ὄμφαξ μήτ' ἀσταφίς· ἡ δὲ πέπειρος
ἐς κύπριδος θαλάμους ὡριοκαλλοσύνη.

15. ὀιζύον] Vulgo ὀΐζυον, correxit Wordsworthius et Hermannus; vereor tamen ne aliud quid in codicis scriptura οἴζυορεεν (sic) lateat. Scaliger ὀιζυρόν penultima correpta, quae attica mensura est in ᾦζυρέ. Ahrensius edidit τὴν σαυτοῦ φρένα τέρψον ὀιζύος, οὗ κεν ἀρέσκῃ, quod non intellego.

16. καὶ σύγε] Hoc sanum non est, nec tamen probandum videtur Hermannianum καὶ στέγε, vel quod ipse conieci καὶ στύγε.

19. σὺ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀείρεις] Reliqui haec ut vulgo eduntur. Iunt. ἀειρεῖς, codex ἀεῖρες. Wordsworthius ἀείροις vel ἀείραις, Ahrensius ἀείραις, Hermannus τὸ δὲ ζυγὸν αἰὲν ἀτειρές. Verum videtur ἀείραις.

20. 21. Hos versus in libris post vs. 17 positos in hanc partem transposuit Hauptius Museo Rhen. 1845 p. 276, cuius iudicium secutus est Hermannus, non secutus est Ahrensius.

20. ἄλλυτον] Ita Iunt., ἄκλιτον Callierges, ἄκλυτον codex. Ibid. ἔνθῃς codex, quod restituendum, ἔλθῃς ceteri.

21. ἐθέλει] ἐθέλῃς codex, ἐθέλοι Iunt., ἐθέλεις Call., ἐθέλει Schaeferus. Tum ἀρήγει recte idem pro ἀρήγοι.

22. δώσει] Ante Schaeferum δώσῃ, cod. δώσω. Pro κακωτέρῳ in cod. κακῷ scriptum.

23. ἀείδει] Haec codicis scriptura est, in qua ἀείδει pes-

sime in ἔαδεν mutatum erat. Quod Hermannus dicit, Ziegleri emendationem ἔπειθεν ita omnes numeros explere, ut dubitari non possit quin id scripserit poeta, fortasse tamen paullo calidius dictum est. Mihi quidem, quamquam recepi ἔπειθεν, tamen suborta est dubitatio an non potius νόον δ' ἐμὸν οὔτις ἀέξει vel ἄεξεν a poeta scriptum sit: *nullus oblectabat animum*. Id enim ἀέξειν significat in hac dictione, qua usus est Homerus Il. ρ, 226 ὑμέτερον δὲ ἑκάστου θυμὸν ἀέξω. Titulus apud Athen. VIII p. 336 a εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς σὸν θυμὸν ἄεξε. Apollonius Athenaei VII p. 283 f πατρὸς ἐμοῖο φίλον συμφράδμονα θυμὸν ἀέξων. Nonnus Dion. XL, 505 φιλόκτιτον ἦθος ἀέξων.

25. καὶ τί φίλος ῥέξαιμι] Attigit haec propter optativum Hermannus ad Moschi Id. I, 6. Ita etiam Nonnus Dion. I, 477 τί ῥέξειεν, multique alii.

32. νέον φάος ὄψεαι υἷας] Quamquam hoc habet in quo merito offendas, tamen parum aptum est νέον φάος ὄψεαι ἥβας, quod Ahrensius edidit. Magis placeret νέον φάος ὄψεαι οἴκων, ut apud Euripidem Stobaei LXXV, 4 παίδων νεογνῶν ἐν δόμοις ἰδεῖν φάος. Cf. ad vs. 11.

36. οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα] Ita ante Schaeferum legebatur, quod qui retinuit Zieglerus, corruptam Id. V, 14 scripturam huius carminis auctori fraudem fecisse dicens, nimis abiecte de hoc poeta iudicat. Tum Hermannus ἤν γ' ἐθέλῃς με.

38. τὰ δὲ πώεα καλὰ νομεύω] Ita etiam vs. 48 ταῦροι καλὰ νέμεσθε. Idem restituendum Callimacho h. in Cer. 136 φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν. Quae inepta sunt neque intellegi possunt; corrige φέρβε βόας, καλὰ φέρβε, φερέσταχυν οἶσε θερισμόν. Cf. h. in Iov. 55 καλὰ μὲν ἠέξευ. Ceterum vereor ne hemistichium illud aliunde hic illatum sit, poeta autem scripserit τεύχω σοι θαλάμους, τεύχω καὶ δῶμα καὶ αὐλάς.

39. τίνα μὰν] Ita Hermannus, τίνα κεν codex, τίνα μὲν Call. Cf. Nonnus Dion. XLII, 416 τίνα σοι τίνα δῶρα κομίσσω.

44. οἶδ', ἄκρα τιμήεσσα] Ita Gerhardus Lectt. Apoll.

p. 14 et post hunc Briggsius; οὐδ' ἄκρα τιμήεσσα codex. Post hunc versum duos excidisse vidit Hermannus; nihil verius, ut mirer non obsecutum esse Ahrensium.

45. δεῖξον ἐμοὶ σέθεν ἄλσος] ἔθον ἄλσος codex, ἐὸν ἄλσος Ahrensius. In iterato pronomine nihil offensionis esse docet Moschus II, 12 ὥς μιν ἔτικτε καὶ ὥς ἀτίτηλέ μιν αὐτή, quod frustra attentavit Briggsius. Cf. ibid. 166 λῦσε δέ οἱ μίτρην, καί οἱ λέχος ἔντυον ὧραι. Nonnus Dion. XLII, 123 ἀρδεύω σέο γαῖαν, ἐγὼ σέο καρπὸν ἀέξω.

47. βόσκεσθε· τὰ] βόσκεσθ', ἵνα Hemsterhusius.

48. νέμεσθ', ἵνα παρθένῳ ἄλσεα δείξω] Cod. νέμεσθε ἵν' ἄλσεα παρθένῳ δείξω. Mirifice ex ed. Flor. aliisque Brunckius ἵνα παρθένι τἄλσεα, ut in Anthol. Plan. I, 18 legebatur olim τοῖς δὲ δανεισταῖς κάλλιπε τὴν ψῆφον δάκτυλι καμψοδύνῳ, pro quo nunc scribitur δακτυλοκαμψόδυνον, at scribendum potius τὴν ψήφων δακτυλοκαμψοδύνην. Hermannus servata vs. 47 codicis scriptura, hic scripsit τὰ παρθένῳ ἄλσεα δείξω, qui quae articuli interposito vocabulo a nomine disiuncti exempla attulit, compluribus augeri poterunt a Wordsworthio ad Theocriti Id. XXIX, 22 et Heckero Comm. de Anth. gr. p. 76 collectis. Sed horum non eadem est omnium ratio. Ac si scripsit poeta, quod Hermannus voluit atque ipse etiam propter causam ad Moschi III, 125 allatam verum iudico, satis audacter scripsisse dicendus erit.

50. διδάξω] Pro hoc quae coniecta sunt a viris doctis, μαλάξω, πιάξω, διδράξω, omnia subrustica sunt et φορτικά et Nonno (Dion. I, 348) quam huius carminis auctore digniora. Contrario vitio laborat Wordsworthii explicatio, Daphnidem poma virgini donantem existimantis et δέδεξο scribentis. Praeclara et quantivis res pretii, sed hic nullius usus est castitas. Praestat haud dubie reliquis quod ab Hermanno inventum posui διδαχθῶ, quamquam non credo id scripsisse poetam. Libenter, si codex afferret, amplecterer φιλάσω, quo nihil requiri posset rei accommodatius. Pastor inmissis in sinum puellae manibus mammas osculari conatur.

55. *θάρσει κοῦρα φίλα*] Fugit hoc nominis *κούρα* in vocativo correpti exemplum Buttmanni diligentiam Gramm. gr. I p. 144. Nec male Heckerus Diotimo AP. VI, 268 restituit *κοῦρα, σὺ δ' εὐδένδρου τοῦδ' ὑπέρισχε ῥίον, εἴτε* (l. *εὖτε*) *κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος — βαίνεις*, nisi ibi *Οὖπι* legendum cum Hauptio.

55. *μίτραν ἀπέσχισας*] Ante Scaligerum *μικρὰν ἀπέστιχες*. Illud recentiores probarunt propemodum omnes; ingeniose tamen Wordsworthius *τὰν μίτραν ἀπὸ στήθεσφιν ἔλυσας*, quamquam malo argumento Scaligeri emendationem reiciens. Favet autem illi coniecturae quodammodo imitatio Nonni Dion. I, 346 *ἀπὸ στέρνοιο δὲ νύμφης μίτρην πρῶτον ἔλυσεν*. Mirabili modo *ἀπέστιχες* tuetur neglectus ab editoribus Reiskius ad Constantinum Porphyrog. p. 477 ed. Bonn. In *μίτραν* ultimam corripuit poeta aut aeolismi importune memor, aut falsa analogia *μίτρα* pro *μίτρη* assimilans nominibus quibusdam mensurae spondiacae, in quibus sequiores scriptores finali *η* breve *α* substituunt, ut fit in *θοῖνα* = *θοίνη*, *τρῖγλα* = *τρίγλη*, *ῥῖνα* = *ῥίνη*, *δῖνα* = *δίνη*, *Αἶτνα* = *Αἴτνη* multisque aliis *). Facile autem omnem offensionem vitare potuisset poeta, si scripsisset *φεῦ καὶ τὰν μίτραν μοι ἀπέσχισας*.

58. *λαλέουσι*] Ita Call., *καλέουσι* codex.

59. *ἀμπεχόναν ποίησας ἐμὰν ῥάκος*] Ante Hermannum *τἀμπέχονον ποίησας ἐμὸν ῥάκος*. In codice deest hic versus, quem a Callierga factum esse probabiliter statuit Hermannus.

61. *τάχα δ' ὕστερον οὐδ' ἄλα δοίης*] Cf. Homerus Od. XVII, 455 *καὶ σύγ' ἂν — οὐδ' ἅλα δοίης*. Optativum posuit

---

*) V. Exercitt. in Athenaeum I p. 28 et II p. 4. Adde *σμῖλα* = *σμίλη* e Phania Anth. Pal. VI, 295 *σμῖλαν Ἀκεστώνδας δονακογλύφον*, inutili coniectura tentatum cum ab aliis tum ab Heckero Comm. I p. 257. *Χρῦσα* = *Χρύση* e Quinto XIV, 414 et Straboni redditum Vindic. p. 212. *ὗλα* = *ὕλη* ex anonymi carm. in Adonin 44 *κἀς ὗλαν οὐκ ἔβαινε*, ubi invito metro *ὕλαν* editur; nusquam enim huius carminis scriptor versus Anacreontei hac forma usus est ⏓ ⏒ – | ⏒ ⏑ – ⏑.

sine ἄν particula, cuius vicem explet apud serioris aevi poetas vocula τάχα, ut apud Nonnum Dion. XLII, 262 τάχα δακρύσεις et I, 57. XLVI, 123 ἤ τάχα φαίης aliisque locis.

63. Ἄρτεμι μὴ νεμέσα] Bene Naekius Opusc. II p. 91 adnotavit haec verba hinc sumpsisse Nonnum Dion. IV, 187, ubi Harmonia Cadmo nuptura dicit:

Ἄρτεμι μὴ νεμέσα· χαροπῆς ἁλὸς οἶδμα περήσω.

Qui locus me movit ut non scriberem cum Hermanno continuata oratione Ἄρτεμι μὴ νεμέσα σέο ῥήμασιν οὐκέτι πιστῇ. Ita enim egregie correxit codicis lectionem νεμέσα σοι ἔρημας οὐκέτι πιστή, quod in Iunt. ita scriptum est: νεμέσα, σὴ ἐρημὰς οὐκέτι πιστή. Ceterum Hermannus recto iudicio non σοῖς ῥήμασι scripsit, quamvis hoc propius ad cod. scripturam accedat, sed σέο ῥήμασιν. Illorum enim poetarum schola, quibus huius carminis scriptor accensendus est, ubicunque liberam dactyli et spondei eligendi potestatem habent, semper dactylum praeoptant.

65. ἀφέρπω] Codex ἀφέρπῃ, vulgo ἀφερψῶ, Ahrensius ἀφέρπω.

67. χλωροῖσιν] Ita codex, χλοεροῖσιν vulgo. Cf. Id. XIV, ποιεῖν τι δεῖ ἄς γόνυ χλωρόν.

69. ἀνεγρομένα σῖγ' ἔστιχε] Codex ἀνεγρομένη γε διέστιχε, om. γέ Call. Emendavit Hermannus.

70. ὄμμασιν αἰδομένοις] ὄμμασιν αἰδόμενοι codex, ὄμμασιν αἰδομένη vulgo. Quod Hermannus restituit confirmat Nonni imitatio, qui Dion. VII, 265 et XI, 375 verba ὄμμασιν αἰδομένοις in eadem versus parte posuit.

71. κεχαρημένος εὐνᾶς] Ahrensius κεχορημένος εὐνᾶς. Si quid mutandum, quod non puto, malim κεχαρημένος εὐνᾷ.

XXVIII

1. γλαύκας] Vulgo γλαυκᾶς. Aeolicam τόνωσιν, cuius indubia sunt in codd. indicia, praeeunte Ahrensio in hoc carmine ubique restitui.

2. *οἰκωφελίας αἶσιν*] Ita librorum scripturam *οἰκωφελιασαῖσιν* vel *οἰκωφελία σαῖσιν* emendavit Briggsius, vulgo *οἰκωφελέεσσιν σός*.

3. *θάρσεισ'*] *θαρσεῦσ'* vulgo, *θαρσοῖσ'* codices, *θάρσεισ'* Ahrensius. Ibid. pro *Νείλεω* fuerunt qui *Νήλεω* mallent: sed *Νείλεως* pro *Νηλεύς* diserte commemorat Boeotorumque dialecto tribuit Etym. M. p. 602, 23. Cf. Plutarchus Virt. mul. p. 253 f, ubi habes *παῖδας Νείλεω*.

4. *ὄπᾳ*] Ante Hermannum *ὄππα*. Cf. ad vs. 6. Mox *ὑπαπάλω*, quae codicum scriptura est, quantumvis corruptum servavi; *ὑφ' ἁπαλῶ* vulgo, Hermannus *ὑπ' ἀμπάλω* i. e. *ὑπ' ἀμφιάλου*, Pileneius *ὑπαὶ 'παλῶ*. Probabile est scribendum esse *καλάμῳ χλῶρον ὑπ'* et in *ἁπαλῶ* latere montis collisve nomen. De Veneris Milesiae templo cf. schol. Dionysii Per. 825 et Idyll. VII, 116.

5. *τυῖδε*] Vulgo *τῇδε*, *τυδέ* et *τυδέ* codices, correxit Hermannus.

6. *ὄπως*] Ita codices, *ὄππως* vulgo, qua forma cum tantum metri causa usi sint poetae, apparet eam non locum habere nisi numerorum necessitate cogente; tum pro *ξεῖνον* recte *ξέννον* Ahrensius, qui mox edidit *κἀντιφίλεις ἔγω* pro *κἀντιφιλήσομαι*, codd. *κἀντιφιλήσω*. Cf. ad Idyll. XXV, 71.

9. *Νικιάας*] Vulgo *Νικιέας*, scribendum esse *Νικιάας*, quo codd. ducunt, monuit Ahrensius, quem vide dial. dor. p. 547. Tum *ὀλόχω* Vat. C, quod fortasse restituendum.

12. *μαλάκοις—πόκοις*] Ita etiam 10 *ἀνδρεῖοις πέπλοις*, 16 *δόμοις*, et 20 *νόσοις λύγραις*, quas aeolicas esse accusativorum formas et e codicibus Theocrito reddendas primus vidit Seidlerus. Ad eandem normam Id. XXIX, 29 *ἐπωμαδίαις* restitui ex codice pro *ἐπωμαδίας*. Ed. pr. Cf. ad XXIX, 7.

13. *αὐτοένει*] *αὐτοέντει* et *αὐτοεντεὶ* codices, *αὐτοετεὶ* vulgo, emendavit Bergkius.

16. *ὀπάσαι*] Ita Hermannus, *ὀππάσαι* vulgo, *ὀππάσασαί* codd. Tum *ἀμμετέρας ἔσσαν* cod. Vat., *ἀμετέρας εὖσαν* vulgo, *ἀμμετέρας ἔοισαν* Ahrensius. Participium *ἔσσα* resti-

tuendum etiam Callimacho H. in Pall. 69 *Ἀθαναίᾳ καταθύμιον εὖσαν ἑταίραν*, ubi Ambr. *ἔσσαν*.

21. *Μίλλατον*] Hoc pro vulgato *Μίλατον* dedere codices, et laudatus Hermanno Choeroboscus Bekkeri p. 1398. Tum fortasse *πέδ' Ἰαόνων*.

24. *ἐρεῖ τὦπος ἴδων*] Haec egregia est Ahrensii emendatio de dial. aeol. p. 104 postea etiam a Wordswortho facta, quam 'displicere sibi propter *τὦπος* nescio quomodo profitetur Zieglerus. *ἐρείτω ποτιδών* vulgo, *ἔρει τῶ ποσείδων* codices, *ἐρεῖ τῳ ποτιδών* Scaliger. Ceterorum conatus sciens omitto.

25. *τίματα*] Hoc primus e codd. restituit Ahrensius, vulgo *τιμᾶντα*. Ibid. *πὰρ φίλω* codd., vulgo *πὰρ φίλων*.

XXIX

1. *οἶνος ὦ φίλε παῖ*] Scholiasta Platonis p. 377 Bekk. *οἶνος καὶ ἀλήθεια, ἐπὶ τῶν ἐν μέθῃ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων· ἔστι δὲ ᾄσματος Ἀλκαίου 'οἶνος ὦ φίλε παῖ καὶ ἀλήθεια'. καὶ Θεόκριτος.* Cf. Athenaeus II p. 37e.

2. *κἄμμε*] Ante Brunckium *κἄμμες*.

3. *κἠγὼ μὲν τὰ φρενῶν ἐρέω κέατ' ἐν μυχῷ*] Vatt. *ἐρέω δὲ κέατ'*, in quo an aliquid reconditius lateat, viderint acutiores. Permira certe verbi *ἐρέω* traiectio, quam facile vitare potuisset poeta scribendo *κἠγὼ μὲν Ϝερέω τὰ φρενῶν κέατ' ἐν μυχῷ*.

4. *οὐχ ὅλας*] *ἀκόλας* et *κόλας* codd. quidam. An igitur fuit *οὐκ ὄλας*? Tum *ἐθέλησθ'* ante Ahrensium.

6. *ζὰ τὰν σὰν ἰδέαν*] Edd. fere *ζᾷ* et *ζῇ*, codices *ζά*, quod aeolicum esse pro *διά* primus intellexit Bergkius.

7. 8. *μακάρεσσιν ἴσαν ἄγω ἀμέραν*] Nihil mutant libri, at grammaticus Crameri An. Ox. III p. 315 *μάκ' ἀρσῦνίτην ἄγω ἀμέρας*. Unde conicias scriptum fuisse *μακάρεσσιν ἴσαις ἄγω ἀμέραις*. Cf. ad XXVIII, 12.

8. *ὄκα δ' οὐκ ἐθέλῃς*] *ὄκα δ' αὖ κ' ἐθέλῃς* Ahren-

sius praeeunte Thierschio, ὅκα δ' αὖτε θάλῃς coniciente. Quorum si optio datur, non dubitem praeferre quod Thierschius voluit; sed credo defendi posse editum.

9. ταῦτ' ἄρμενα] ταῦθ' ἄρμενα K, quod recepit Ahrensius; idem liber διδως pro διδῶν, quod male Ameisius δίδοις scripsit.

11. τῷ κε] Ante Hermannum τῷ καί, Ahrensius τῶ καί.

13. ὅποι] Codd. ὅπη, vulgo ὅππᾳ, Hermannus ὅπᾳ, ὅποι Ahrensius ex cod. L.

15. μάτης] Ita Hermannus, μάτη K, ματῆς vulgo, Ahrensius μάτεις.

16. μὲν] Sic scripsi cum Ahrensio ex cod. C apud Gaisfordium, μὴν ed. Flor., κεν K.

18. ἐθήκαο] Codices fere ἔθηκας, unde Ahrensius edidit τριταῖον ἔθηκας ἂν ἐρώντων· ὑπερανορίαν δοκέεις πνέειν, praeeunte Briggsio, qui coniecerat ἐθήκαο ἀνδρῶν· τὼς ὑπερανορίαν δοκέεις πνέειν, sententia minime probanda. Equidem ad loci integritatem nihil desiderarem, si pro ἀνδρῶν substantivum legeretur quale est ὕβριν. Nam de adiectivo ὑπεράνορεος (— ειος) non dubitandum esse docet quod etiam maiorem offensionis causam habere possit Sophocleum ἀνόρεος, ab Hesychio servatum. Afferrem etiam Aeschyleum ἀγανόρειος Pers. 996, nisi id ἄγαν ἄρειος scribendum videretur.

20. ἄς κε ζόῃς] Unus Vatic. apud Gaisfordum τροῃς. Fortasse ἄς κεν ὁρῇς, ut Sophocles δεδορκὼς de vivente dixit Elect. 66 ἐπαυχῶ — δεδορκότ' ἐχθροῖς ἄστρον ὣς λάμψειν ἔτι. Hesychius Χλωρόν τε καὶ βλέποντα, ex tragico poeta, ut videtur. Idem ex nescio quo epico Οὐχ ὁρέοντα· οὐ ζῶντα. Cf. Euripides Troad. 634. Hermannus maluit ἄς κεν ἔῃς. Quicquid fuit, hoc certum est editum ferri non posse. In Philippi carmine Anth. Pal. IX, 742 τέχνα δ' ἐζωπόνησεν ὄψιν ἔμπνοον, de quo mirabilia scripsit nuper Heckerus Comm. ed. sec. p. 163, corrige τέχνα δ' ἐτεκτόνησεν.

24. ἐξ ἐποίησε σιδαρίω] Vulgo ἐξεπόνασε σιδαρέω, ἐξεποίησε σιδάριον K. Secutus sum Ahrensium.

25. ἀλλὰ περὶ] Ita K aliique, ἀλλὰ πέριξ vulgo, ἀλλ'

ἀπρίξ Casaubonus, quod alienum ab hoc loco; minus etiam probandum quod Huschkius ad Tibullum vol. I p. 141 coniecit, in eo tamen laudandus, quod lacunae signa inter vs. 25 et 26 vulgo posita delenda esse primus intellexit; *ἀλλὰ πὲρ* Ahrensius, qui *ἀλλὰ πὲρρ* olim Dial. dor. p. 513. Fateor mihi non constare de hoc usu praepositionis *περί*, nec quidquam tribuo Hesychii glossae *Πέρ σε· πρός σέ*, in eam quam Ahrensius voluit sententiam acceptae. Pro *ἀπαλῶ* Zieglerus tentat *μαλακῶ*, quo assumpto possis suspicari *ἀλλ' ὑπὲρ μαλακῶ στύματός σε πεδέρχομαι*. At praestare opinor *ὑπὲρρ ἀπαλῶ*.

26. *ὀμνάσθην*] I. e. *ἀμνασθῆναι* = *ἀναμνησθῆναι*, ut vidit Ahrensius Dial. aeol. p. 141. Tum *πέρυσιν* ante Hermannum; *πέρρυσιν* etiam cod. apud Wordsworthium.

28. *ῥυσοί*] Vulgo *ῥυσσοί*, quod revocavit Ahrensius, aeolicam, opinor, hanc formam esse statuens.

29. *ἐπωμαδίαις*] Hoc scripsi iam in proecdosi pro vulgato *ἐπωμαδίας* partim e Mediol. apud Gaisf. qui habet *ἐπωμασίαις*. Cf. ad XXVIII, 12.

35. 36. Hos versus, qui vulgo ante versum 39 leguntur, in hunc transposui locum, quo eos a poeta scriptos fuisse res ipsa docet. Vs. 36 *πέδα* Ahrensius et Hermannus Op. IV, 156.

38. *ἐννοχλεῖς*] Ante Hermannum *ἐνοχλεῖς*.

XXX

Fragmentum hoc carminis Berenicae nomine inscripti servavit Athenaeus VII p. 284 a *Θεόκριτος δὲ ὁ Συρακόσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ τὸν λεῦκον ὀνομαζόμενον ἰχθὺν ἱερὸν καλεῖ διὰ τούτων 'καί τις ἀνὴρ κτἑ'*. Ex Athenaeo sumpsit Eustathius ad Hom. p. 1067, 41 *Θεόκριτος δ' ἐν Βερενίκῃ ἄλλο τι βούλεται εἰπὼν 'ἱερὸν ἰχθύν, ὃν λεῦκον ἢ γλαῦκον καλέουσιν· ὁ γάρ θ' ἱερώτατος ἄλλων'*. Vs. 1 ante Toupium *καί τις*, quod revocandum videtur; idem *αἰτεῖν' εὐαγρεσίαν* malebat. Vs. 2 ante Toupium *ζώει*.

Vs. 4 *φιερώτατος* Schweighaeuserus, praeeunte Toupio, qui coniecerat *φιαρώτατος*, vulgo *θ' ἱερώτατος*.

Alia Theocriteorum carminum fragmenta, quae quidem certa sint et indubia, reperiuntur nulla. Tractavit hunc locum, sed ut non exhauserit, Valckenarius in Epistola crit. ad Roeverum p. XXIII, recte monens quae apud schol. Aristoph. Acharn. 218 sic scripta prostabant *ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν*, detorta esse ex Idyll. XIV, 69 et quae apud Etymol. M. p. 93, 20 leguntur *ἀμφορεὺς νεοτευχής* pertinere ad Idyll. I, 28. Haud maiore labore profliguntur haec apud Draconem Strat. p. 90, 3 de quantitate verbi *τύφεσθαι* dicentem: *Θεόκριτος*

ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίου ὄρεος μέγα τυφομένοιο.

Ubi memoriae errore Theocrito tribuuntur quae sunt Callimachi Del. 141. Itemque haec Etymologi M. p. 437, 17 *ἠρία δὲ τοὺς τάφους — παρὰ τὸν ἀέρα, ἤγουν τὸν ἐπικείμενον σκότον τοῖς τεθνεῶσι. Θεόκριτος 'καὶ ἠρία κεκμηώτων'· καὶ Καλλίμαχος 'τίνος ἠρίον ἵστατε τοῦτο;'* Qui respicit Theocriti Id. II, 13 *ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.* Verba autem *ἠρία κεκμηώτων* alius poetae sunt, qua de re ad illum Theocriti locum dictum est. Distinguendum igitur *Θεόκριτος· καὶ 'ἠρία κεκμηώτων'*. Paulo aliter Naekius Opusc. II, 269. Maior dubitatio de alio loco esse possit Etymol. M. p. 290, 52 *καὶ αὐτὸ δὲ τὸ δύο εὕρηται κλινόμενον· καὶ παρὰ τὸ δύο, 'δυσὶν ἀντιφέρεσθαι', ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ· οὐχ ἑνὶ μόνον κεῖται, ἀλλ' ὅτὲ μὲν δυσίν, ὅτὲ δὲ πλείοσιν.* Quae cuius poetae sint nondum cognitum mihi, Theocriti non esse certissimum videtur. Eustathii tres huc pertinent loci, unus ad Iliad. *α*, 470 *περιέργως τινὲς Θεοκρίτου στήτην τὴν γυναῖκα εἰπόντος γράφουσιν ἐνταῦθα 'διὰ στήτην ἐρίσαντε'*, alter ad Il. *ε*, 906 *ἀδελφὴ δὲ ἔστιν Ἄρεως ἡ Ἥβη, ὡς καὶ Θεόκριτος μυθολογεῖ*, tertius ad Iliad. *τ*, 387 *σημείωσαι δὲ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς σύριγγος· οὐ μόνον γὰρ σύριγξ ποιμενική, ἔτι δὲ καὶ ποδὸς ἕλκος, ὡς ὁ Θεόκριτος.* Horum primus de glossematica voce *στήτη* spectat ad Dosiadae Aram, a nonnullis Theocrito tributam. Cf. Anthol. Pal. II p. 607 et scholia Dionysii

Thracis p. 735. Secundo autem loco non dubito quin alius scriptoris nomen occupaverit Theocritus, sive is ipsius Eustathii, ut equidem existimo, sive describentis error est, quae O. Iahnii opinio est *Theodori* nomen Theocrito substituentis in Schneidewini Philol. I p. 179. Idem erroris genus tertio loco subesse arbitror; quamquam enim postrema verba post *ποιμενική* transponenda esse conicere possis, credo tamen pro Theocrito Eustathium nominare voluisse Apollonium Rhodium, cuius hi sunt Argon. IV, 1646 de Talo Cretensi versus:

ὑπαὶ δέ οἱ ἔσκε τένοντος
σῦριγξ αἱματόεσσα κατὰ σφυρόν· αὐτὰρ ὅ τήν γε *)
λεπτὸς ὑμὴν ζωῆς ἔχε πείρατα καὶ θανάτοιο.

Aliud Theocritei carminis fragmentum latere videri possit in scholiis ad Dionysium Per. 576 *ὡσαύτως δὲ καὶ Πρίαπος παρὰ Θεοκρίτῳ ὁ αὐτὸς (τῷ Διονύσῳ) λέγεται εἶναι.* Sed haec pertinent ad Idyll. I, 81 et e scholiasta ducta videntur, qui Priapum Theocriteum de Dionyso interpretatus erat. Denique ad institutam quaestionem pertinent haec Servii ad Virgilii Aen. II, 286, ubi poeta Anchisen oculos ad sidera extulisse dixerat: *contra opinionem Theocriti, qui eum (fulmine) coecatum fuisse memorat,* ubi *fulmine* in nullo codice repertum delendum est. Quibus iungenda haec ad vs. 35 *Anchises vero* (abest) *propter coecitatem, ut docet Theocritus.* Sed de his in adnotatione ad Id. I, 107 satis dictum est.

---

*) Non satisfecit mihi de huius loci scriptura novissimus editor, cuius vellem assensum ferrem obscurissima verba audaciore quidem at necessaria, ut mihi videtur, emendatione in hunc modum refingens, ut pro *αὐτὰρ ὅ τήν γε* scribendum putem *ἀλλ' ἄρα τῷ γε*, quod frequens Apollonio, ut II, 697. IV, 620.

AD EPIGRAMMATA

I. Anth. Pal. VI, 336. 4. πέτραι Pal. τοῦτό οἱ Mediol. I. 5. μᾶλος Pal., μαλὸς vulgo, μαλλός Brunckius. Dixi de his in Delectu Anth. p. 151, ubi μάχλος scribendum esse conieci, nescius tum idem iam Reiskium voluisse a Iacobsio neglectum.

II. Anth. Pal. VI, 177, ubi ἀδέσποτον est. V. Delectum Anth. p. 152.

III. Anth. Pal. IX, 338. 1. Cod. σῶμα κεκμακὼς ἀμπαύω et ου super ω. Heckerus Comm. p. 324 maluit σῶμα κεκμακὼς ἀμπαύῃ, coll. Theocrito Id. I, 16. 3. Codex δ' ὅτε Πάν, quod male Heckerus δ' ὅ τε scripsit. 6. Editt. Theocr. καταγρόμενον, Pal. καταγόμενον, Bentleius apud Maltbyum ad Morelli Thes. p. 1144, quod postea etiam aliis in mentem venit, κατεγρόμενος, Toupius καταρχόμενον, Iacobsius καταρχομένου, Hermannus et Heckerus κατανόμενον, Boissonadus καταντόμενον, Ahrensius denique καὶ ἀγρεμόνας. Verum vidit sine dubio Toupius, conferens Philodemum Anth. Pal. V, 131 πῦρ ἄρτι καταρχόμενον. Fugere iubetur Daphnis antequam alto sopore sepultum Pan et Priapus oppresserint, quo nihil ad sententiam loci accommodatius.

IV. Anth. Pal. IX, 437. 1. τόθι ταί Pal., τῶς αἱ edd. Theocr., pro quo Mediol. habet τὰς ταί. Possis igitur τάς τε δρύας vel proxime ad edd. scripturam ὡς ταὶ δρύες, quod secutus sum ad Idyll. I, 13. Nunc exhibui Pal. scripturam, neque in ea quidquam reprehendendum. Ahrensius τᾷθ' αἱ δρύες, quod non intellego. 3. τρισκελές usitato sensu accipi non potest. Priapi signa e recto stipite rudique artificio edolata fuisse constat, unde ἄπους dicitur deus Archiae Anth. Pal. X, 8 et

μονοστόρθυγξ Zonae VI, 22. *) Itaque in Theocriti versu *τρισκελής* nihil differre arbitror a *περισκελής*, *praedurus*, cui interpretationi fulciendae, ut vulgaria omittam, comparare licebit *τρισέωλος*, *τρισάωρος*, *τρίπορνος*, *τριπιθήκινος*, *τριπόλιστος*, *τριθαλής*, *τρισέλικτος*, *τριτάνυστος* et si quae alia sunt. Quod legitur *αὐτόφλοιον*, hinc ad Pana transtulit Philippus Anth. Pal. VI, 99 *κόψας ἐκ φηγοῦ σε τὸν αὐτόφλοιον ἔθηκεν Πᾶνα Φιλοξενίδης*, ubi pro *κόψας* scribendum videtur *γλύψας*, propter Theocriteum *ἀρτιγλυφὲς ξόανον*. 4. *παιδογόνῳ* Call. 5. *ἕρκος δ' εὐθ' ἱερόν* Pal., *σακὸς δ' εὖ ἱερός* edd. Theocr. praeter Flor. quae habet *κᾶπος δὲ σκιερός*. Et *κᾶπος* etiam in marg. Call. repertum est. Toupius *σακὸς δ' εὐίερος*, Wordsworthius *σακὸς* vel *κᾶπος δέ σφ' ἱερός*, quo ita usus sum ut ad cod. Pal. fidem exhibuerim *ἕρκος δέ σφ' ἱερόν*. Quod eodem versu legitur *ἀέναον*, mutato accentu scribe *ἀεναόν*. Cf. ad Bion. XV, 1. Loci amoenissimi descriptionem pereleganti imitatione expressit Alciphron Epist. Fragm. 6 p.80. 11. Edebatur *ξουθαὶ ἀηδονίδες*. Qua aegre careas particula *δέ* dederunt codd.; ea adiecta *ἀηδονίδες* mutavi in *ἀδονίδες*, qua forma usus est Moschus Idyll. III, 45. Ed. pr. Eandem reddidi Parthenio Anal. Alex. p. 285. Tum *ἀντιαχεῦσι μέλπουσι* et in marg. *μέλποιτε* Pal., unde Iacobsius *ἀντιαχεῦσαι μέλπουσι* (vel *μέλποντι*). Praeterea Scaliger *ἀνταχεῦσι*, quod propter vs. 10 recepi. 13. Mira carminis est oeconomia. Quid enim est quod non ipse amans Priapum adit, sed caprario preces ad deum perferendas mandat? Adver-

---

*) Male Heckerus Comment. de Anth. gr. I p.226 *τανυστόρθυγγα* coniectat, *στόρθυγξ* nisi de cornu non dici posse affirmans. At *στόρθυγξ* appellatur quicquid durum torridumque est et in acutum desinit; hinc de promontorio in altum proiecto dixit Lycophron, et de capillis horrentibus et siccis usurpari Pollux auctor est, potuitque sine insolentiae crimine a Zona, cuius verba etiam apud grammaticum Crameri AP. IV p. 87 sic ut vulgo leguntur servata sunt, ad Priapi signum transferri durum et acutum. Rem conficit Anth. Pal. VI, 35 *ἐυστόρθυγγα κορύναν* pedum dicens e duro ligno factum.

tit ea res etiam Iacobsium. Minus in eo haeream quod Priapo amoris extinguendi vis tribuitur; nam si incendere potest in Daphnidis animo amorem Priapus, idem etiam precantem amore liberare potest. Cf. Idyll. VII, 103 sqq. 14. *εὔχου ἀπὸ στρέψαι* Pal., *εὔχε᾽ ἀποστέρξαι* Mediol., quorum prius, *εὔχε᾽*, non recte in editione nostra relictum est. Cf. ad Theocr. XV, 36. Verbum *ἀποστρέψαι* eo quem Iacobsius voluit sensu, *roga ut amorem mihi deponere liceat*, ferri non potest, id esset *ἀποστρέψασθαι*. De *ἀποστέρξαι* cf. Idyll. XIV, 50 *κεὶ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν ἐς δέον ἕρποι.* 15. *ἀπορρέξαι* Pal., *ἐπιρρέξειν* edd. Theocr. Fortasse utroque coniuncto scribendum *ἀπορρέξειν*. Tum *ἢν δ᾽ ἄρα νεύσῃ* Ahrensius edidit ex duobus codd. Unice verum mihi videtur *ἀνανεύσῃ*, si renuerit me ab amore Daphnidis liberare, potitus puero triplicem victimam deo immolabo. Cf. Schaeferum ad Porsoni Hec. p. 94.

V. Anth. Pal. IX, 433 *τοῦ αὐτοῦ Θεοκρίτου παίγνιον εἰς Δάφνιν.* 1. *μοισᾶν* Pal. Vulgatum ipse tuetur Theocritus Id. I, 12. 2. *ἀειρόμενος* Pal. Cui simile est praesentis participium Epigr. III, 4 *κισσὸν ἐφ᾽ ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος.* 3. Pal. *ἐγγύθεν ᾀσεῖ*, quod ex Idyll. VII, 72 huc illatum videtur. 4. *κηροδέτῳ* Pal., *καροδέτῳ* vulgo. Audacissime autem *κηρόδετον πνεῦμα* dictum est de flamine syringis cera iunctae, quod vix in dithyrambico poeta ferendum. Itaque nescio an pro *κηροδέτῳ* scribendum sit *κηροχύτῳ* coll. Castorione apud Athenaeum X p. 454f *μουσοπόλε θὴρ κηρόχυτον ὃς μείλιγμ᾽ ἱεὶς*, quod falso Hasius in Thesauro Paris. IV p. 1528 de fistula cerata interpretatur, cum *μείλιγμα κηρόχυτον* sit carmen e cera i. e. e cerata fistula fusum. 5. *λασιαύχενος* Pal., *λασίας δρυὸς* edd. Theocr. Tum Pal. *ἔγγυθεν* (sic) *ἄντρου*, quod propter *ἐγγὺς—ἐγγύθεν* probari non potest. Heckerus Comment. de Anth. p. 331 *ἐγγὺς δὲ στάντες λασιαύχενος ἔκχυτον ἄντρου*, quae elegantissima est emendatio.

VI. Anth. Pal. IX, 432. 1. *δείλαιε*] Al. *δειλαῖε*. Illud etiam Id. IV, 13. 14 et 60 restituendum. Ibid. et 5. *τί τοι πλέον* Pal., *τί τὸ πλέον* edd. 5. *καλεῦντι* Pal., *λακεῦντι* Heckerus Comm.

de AP. p. 331, quod verum videtur. Cf. Homer. h. in Merc. 145 οὐδὲ κύνες λελάκοντο. De κλαγγεῖν dixi aliquid in Delectu Anth. p. 153.

VII. Anth. Pal. VI, 337. 2. ἀνδρὶ cum Νικίᾳ coniungendum; quamquam enim recte ἀνὴρ ἰητήρ dicitur, vix tamen recte dixeris ἀνὴρ νόσων ἰητήρ.

* VIII. Anth. Pal. VII, 660, ubi Leonidae tribuitur; Theocrito adsignat Appendix Plan. p. 517 St. Eiusdem argumenti est Antipatri carmen Anth. Pal. VII, 398. 1. Συρηκόσιος — Ὄρθων. Orthonis Syracusani nomen habetur etiam in titulo apud Boeckhium C. I. no. 5428. Sequente versu imprudens servavi, quod non sine soloecismi vitio Schaeferus aliique e Iunt. ἴῃς dederunt pro ἴοις, quod si corruptum est, scribendum potius ἴθι. Sed cf. Idyll. XXVI, 38. Caeterum post secundum versum distichon excidisse apertum est huius ferme sententiae: facile enim a recta via aberratur, ut in tesqua delatus mortis periculum vix effugias. His demum recte infertur καὶ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ἔχω πότμον. 3. πότμον] μόρον Pal. Mox pro πολλῆς vel πολλᾶς Heinsius βώλου, Reiskius πότνας, Brunckius γαίης tentarunt. Ex his πότνας, quamquam ceteris lenius, probari tamen non potest, cum huius adiectivi praeter vocativum nullus casus in usu fuisse videatur. Hemsterhusius ex nescio quo cod. φίλης attulit, unde Wordsworthius coniciebat ἀντὶ φίλης δέ.

* IX. Anth. Pal. VII, 534. Ad Theocritum relatum est propter Planud. p. 253, ubi primum distichon Theocrito adscribitur. Lemma Pal. Αἰτωλοῦ Αὐτομέδοντος. Vid. Anal. Alex. p. 238. 2. ἴσθι καὶ ὡς οὐ Pal., ἴσθι ὡς οὐ Plan., cuius cod. ἐστι καὶ ὥς οὐ. Recte Brunckius ἴσθι· καὶ ὥς. 6. ποντοπορῶν αὐτῇ Piersonus, ποντοπόρῳ ναύτῃ Pal.

X. Anth. Pal. VI, 338, ubi primo versu ἄνθετο legitur pro ἐννέα et secundo τοῦτο pro θῆκε. Pro κεχαρισμένον probabiliter Heckerus Comm. I p. 146 coniecit κεχαρισμένος.

* XI. Anth. Pal. VII, 661, ubi Leonidae Tarentino tribuitur; Theocrito dedit App. Plan. p. 518 St. Non dubito quin Leonidae

sit hoc carmen. 3. Legebatur εὖ μὲν ἔθαψαν ἑταῖροι. Pro ἔθαψαν Mediol. 1 ἔγραψαν, quo recepto οἵ μιν et ἑταῖρον scripsi praeeunte Hermanno, cuius haec est adnotatio: 'post secundum versum deest distichon, quo et verbum ad σοφιστὴς pertinens et notatio eorum qui sequente disticho memorantur, continebatur. Hi vix potuerunt ἑταῖροι dici, nisi ipsi quoque cum Eusthene in peregrinam terram venerunt. At tum ξένον ὄντα supervacaneum. Cod. Mediol. 1 ἔγραψαν (et εὖ ἔθαψαν languet). Peregrini eum sepeliverunt; scribe: οἵ μιν ἔγραψαν ἑταῖρον ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα.' 4. χυμνοθέτας Pal., χώμνοθέτης Mediol. 1, alii χὠυμνοθέτης, Ahrensius χὠ ὑμνοθέτης, Heckerus Comm. de Anthol. I p. 317 χὐμνοθέτης et αὐτῷ pro αὐτοῖς, ipsum carminis scriptorem hoc dicere ratus, se Eustheni impense carum fuisse. His omnibus praetuli Hermanni emendationem χὠροθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦν. 'Nam natalium sortem dicere magis certe quam poesis huic homini convenit, qui etiam vs. 5 non poeta, sed σοφιστὴς dicitur'. Nomen ὡροθέτης alibi non legitur, at notissimum verbum est ὡροθετεῖν. Eandem significationem habet nomen ὡρολογητής, quo usus est Timon Phliasius apud Athenaeum IX p. 406e ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ὢν 'λαβάργυρος ὡρολογητής' κατὰ τὸν Τίμωνος πρόδειπνον λέξω τὰ περὶ τοῦ 'Ηγήμονος, ubi ὡρολογητής male olim ad Horas Prodici referebam. Pro αὐτοῖς δαιμονίως Mediol. 1 habet αὐτῆς ἀλιμιων ως. 5. πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει vulgo. Male Iacobsius ex Aurati emendatione edidit πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν, nec melius Ahrensius πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχειν τεθνεῶθ', ὁ σοφιστὴς — κηδεμόνας, peius etiam Heckerus πάντων δ' ὧν ἐπέοικ', εὖ ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής. Nihil mutandum erat praeter distinctionem et ἔχειν scribendum pro ἔχει, ut intellexit Briggsius; πάντων pendet a κηδεμόνας. 6. ἄοικος D. Heinsii emendatio est, vulgo ἄκικυς. Heinsii emendationem probavit etiam Heckerus, qui ἄοικος de exule interpretatur; malim de eo intellegere qui in peregrina terra nec focum nec larem habet.

XII. Anth. Pal. VI, 339. 1. Δαμομένης Pal. et Theocr.

codd. plures, *Δαμομέδων* Pal. in lemmate; alii *Δαμογένης* et *Δαμοτέλης*. 2. *πάρ σὲ* Ahrensii est emendatio ad Bionis Epit. p. 63 prolata; vulgo *καὶ σέ*. Fortasse tamen praeter tripodem etiam dei signum choregus dedicaverat. 3. *πᾶσι* Pal., *παισί* edd. vett. Theocriti. Quid sit *μέτριος ἐν πᾶσι* intellexit Heckerus Comm. I p. 145, qui de sinceritate scripturae *καὶ τὸ καλὸν — ὁρῶν* dubitare non debebat. Cf. Com. graec. IV p. 257.

XIII. Anth. Pal. VI, 340.

XIV. Anth. Pal. VII, 658. *Θεοκρίτου οἱ δὲ Λεωνίδου Ταραντίνου*. 1. *νέμεις*] *νέμοις* Pal. et Mediol. 1. 2. *ἔχει*] *ἔχεις* Mediol. 1.

XV. Anth. Pal. VII, 659, ubi cum praecedente epigr. cohaeret. Nimirum uni utrumque carmen cippo inscriptum erat.

XVI. Anth. Pal. IX, 599. De hoc carmine v. Welckerum in Museo Rhen. 1845 p. 467. 2. *ἐπήν* scripsi pro *ἐπάν*. 3. *ἐν Τέῳ* suspectat Heckerus Comm. de Anth. gr. I p. 120. Imaginem enim non in insula (urbe) ionica Teo positam fuisse ipsam dialectum docere; proinde scribendum suspicatur *Ἀνακρέοντος εἰκόν' εἶδον ἐκ Τέω τοῦ πρόσθεν τι περισσὸν ᾠδοποιοῦ*, ut ipsa statua egregio artificio elaborata a poeta *περισσόν τι* dicta sit. Atqui non imaginis sed ipsius poetae praeconium hic expectari sequentia docent, quae sensu cassa sunt nisi insignis quaedam de poetica Anacreontis facultate laus praecedit. Praeterea *Ἀνακρέοντος ἐκ Τέω* vix graecum est. Argumenti autem e dialecto petiti vim eo minus perspicio, cum nihil impediat, quominus imaginem illam in Doriensis hominis, Syracusani puta, domo, qui Teon habitatum concesserat, positam fuisse suspicari possis. Recte igitur locum scribi in Theocriti editionibus puto; idemque in Mediol. 1 repperit Zieglerus, nisi quod ibi *περισσῶν* scribitur. 4. *ᾠδοποιῶν* vulgo, cui e Pal. *ᾠδοποιοῦ* substitui ut ad structuram aptius. Ad *εἴ τι περισσόν* cf. Idyll. VII, 4 *εἴ τι περισσόν παῶν τῶν ἐπάνωθεν*.

XVII. Anth. Pal. IX, 600. Metricam huius carminis rationem iam olim hanc esse dixi, ut primo disticho quintum,

secundo quartum respondeat, tertio disticho *μεσῳδοῦ* instar ceteris interposito. 3. *ἀλαθινῶ* maluit Wüstemannus. 5. *τοὶ* Scaliger, *τὸν* edd. vett., *οἱ* Pal., quod *οἳ* scripsit Iacobsius. Tum *πελωρὶ σταῖ* Pal., *πέλωρις τῇ* Mediol. 1, *πελωριστᾷ* vulgo, quod inepte explicant de urbe magnifica. Tyrwhittus *πεδωριστᾷ πόλει* tentabat; sed *πεδωριστός* non est *altus*, sed *in altum elatus*. Wordsworthius conicit *πεδοικισταί*. Debebat *πεδωρισταί*, i. e. *μεθομιληταί*, a *πεδαορίζειν*, quod in *πεδωρίζειν* abiit, ut Homerus *ὤρεσσι* dixit pro *ἀόρεσσιν*. Dativus *πόλει* pendet ab ipso illo *πεδωρισταί*, quasi dicas *τοῖς πολίταις μεθομιλοῦντες*. 6. Pro *οἷ'* Pal. *ὅσσ'*, Iunt. *οἵ*. 7. *σωρὸν γὰρ εἶχε ῥημάτων*] Ita in edd. Theocr. scribitur, *σωρὸν εἶχε ῥημάτων* Pal. Iunt. Pro *ῥημάτων* Iunt. *χρὴ μένων*. Praeterea omnes codd. *μεμναμένους*, non *μεμναμένοι*, quae Scaligeri est correctio. Wordsworthius tentabat *δῶρον παρεῖχε· χρὴ μὲν ὧν μεμναμένους τελεῖν ἐπίχειρα*, securus verborum *οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ*, quae iam non habent unde pendeant; nec ferenda oratio nullo vinculo iuncta, sententiam tamen recte perspexit. Equidem cum librorum scripturas contemplor, tale quid poetam scripsisse suspicor:

οὓς ἀνδρὶ πολίτᾳ
δώρων ἔδει κεχρημένων μεμναμένους
τελεῖν ἐπίχειρα.

Ita et syntaxi et sententiae satisfactum: *quos decebat civi suo acceptorum munerum memores gratiam rependere*. Ut enim *χρῆσαί τι* simpliciter est *dono dare*, ita *δῶρα κεχρημένα* non dubium est quin recte dicantur *dona alicui impertita*. Aliam eamque valde ingeniosam Hermanni de hoc carmine sententiam in schedis eius repperi. 'Etsi disticha sibi sic respondent ABABA, tamen vereor ne omnia eodem metro fuerint:

Κράστιοι δ' ὦ Βάκχε χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν,
τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται, πεδωρισταὶ πόλει,
οἷ' ἀνδρὶ πολίτᾳ.

χρῆν γὰρ ὧν σωρηδὸν εἶχε ῥημάτων μεμναμένους
τελεῖν ἐπίχειρα.

Nam etsi Stephanus civem *Κραστῖνον* vocari ait, tamen *Κραστίη* Minerva memoratur Herodoto: *πεδωρισταί* autem sunt *participes*. Hesychius: *μεθορίζει, μετέχει*.' In *πεδωρισταὶ* igitur etiam Hermannus incidit, sed aliter, ut vides, ac nescio an non rectius quam ipse feci, explicuit. De ceteris aliud aliorum erit iudicium; hoc tamen certum est in vulgata tertii versus scriptura non placere posse orationem abruptam nulloque vinculo cum praecedentibus copulatam. Itaque Crastinos, quorum civis Epicharmus fuit, acutissime illatos existimo.

* XVIII. Anth. Pal. VII, 663, ubi Leonidae Tarentino tribuitur. 1. *Θρεῖσσᾳ*] *θρασσαι* Pal. Cf. ad Stephanum Byz. p. 317. 2. *ἐπὶ τᾷ ὁδῷ* attentare non debebant I. H. Vossius Randglossen p. 193 et Heckerus Comm. I p. 154, immemores legum metri asynarteti et versus Archilochei notissimi apud Hephaest. p. 89

καὶ βήσσας ὀρέων δυσπαιπάλους, οἷος ἦν ἐφ' ἥβης.

Tertio versu cod. *ἁ γυνὰ ἀντεκείνων*. Mira sane crasis, ferenda tamen, nisi leni manu removeri potest; minus haereo in syntactica, *ἀντὶ ἐκείνων ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε*, pro eo quod atticus scriptor dixisset *ἀνθ' ὧν ἔθρεψε*. Iniqui sunt qui ad unam omnia normam dici postulant, neque haereret Heckerus si scriptum alicubi legeret *ἀντὶ πολλῶν ἐκείνων εὐεργετημάτων ὧν*—. Ne illud quidem quod in carmine incerti poetae Anth. Pal. X, 33 legitur *κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι ὧν λέγομεν*, atticus scriptor sic extulisset, sed omisso *τούτων* dixisset *κἂν ὦσιν ἄξιοι ὧν λέγομεν*. Et tamen quis tam temerarius criticus, ut ista vitii suspecta habeat? 4. Scripsi cum Hermanno *τί μάν; ὅτι* (corr. err. typ. *ἔτι*) *χρησίμα καλεῖται*. Pal. *τιμὰν ἔτι χρησίμα τελευτᾷ*, Theocr. editt. *ἔθρεψ' ἔτι μὴν ἔτι χρησίμη καλεῖται*. Vera lectio adhuc latet, quam non repperit Wordsworthius *χρήσιμ' οὐ τελευτᾷ* vel *χρήσιμ' οὐκ ὀλεῖται* coniciens.

* XIX. Anth. Pal. VII, 664. In Pal. nomen auctoris huic epigrammati non adscriptum est, sed ad proximum epigramma

lemma est: *τοῦ αὐτοῦ λεωνίδου*. Unde ad Leonidam referendum esse apparet. IACOBSIUS. 1. *Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε*. V. ad Idyll. XXV, 71. 3. *πότ' ἀῶ* Pal., *πρὸς ἀῶ* edd. 4. *νιν* Pal., *μιν* edd. 5. *ἐγένετο κήπιδέξιος* Pal., *ἔγεντο κἀπιδέξιος* edd. 6. *ἔπεα* de elegis interpretatur Heckerus Comm. I p. 39.

XX. Anth. Pal. IX, 598. 1. *ὑμμίν* Valck., *ὑμῖν* Pal. Scribendum *ὑμίν* vel potius *ἀμίν*. 2. *λεοντομάχαν* Pal., *λειοντομάχαν* edd. 4. *ὠκαμίρου* Pal. 5. *χόσσους* Pal., *χὤσσους* Ahrensius, quod cur improbem dixi ad Id. XII, 15. XXVIII, 6. Quod enim de *ἔσσαν* et *ὅππως* dixi, idem valet etiam de *ὅσσος* ceterisque similibus. 7. *ποήσας* Pal., *ποιητὰν* Heckerus Comment. de Anth. I p. 119 fortasse recte; sed activo usus est etiam Leonidas Anth. Pal. VII, 425 *τοιάδ' ἐμᾷ στάλᾳ σύμβολα τεῦξε Βίτων*. 8. *μησὶν* Pal., *μασὶν* edd.

XXI. Anth. Pal. XIII, 3. Tricha de metris p. 9. 3. *παρὰ χρηστῷ* Pal., unde suspicabar *πατρὸς χρηστῷ*. Theocritus Id. XXII, 213 *αὐτοί τε κρατέοντε καὶ ἐκ κρατέοντος ἔφυσαν*. XXV, 38 *ἐπεὶ οὔ σέ γε φημὶ κακῶν ἒξ ἔμμεναι οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτόν*.

* XXII. Anth. Pal. IX, 434. Non est Theocriti hoc carmen, sed grammatici, qui paratae a se congregatorum in unum corpus Theocriteorum carminum editioni illud praeposuerit. Talem collectionem ab ipso poeta factam esse non credibile est; fecit id primus Artemidorus, cuius notum est carmen:

Βουκολικαὶ μοῦσαι, σποράδες ποκά, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

Quae res movit Brunckium ut nostrum carmen eidem Artemidoro tribueret. Cf. Heckeri Comment. de Anth. gr. I p. 193. 1. *τάδ' ἔγραψα* Toupius, *τόδ' ἔγραψα* Pal., *τάδε γράψα* vett. edd. 4. *οὔτιν* Pal., *οὔποτ'* edd., quod nisi errori debetur, indicare videtur olim scriptum fuisse *ὀθνείαν οὐ ποτεφελκυσάμαν*. Doricas formas habet Pal.

* XXIII. Anthol. Pal. IX, 435 cum lemmate *τοῦ αὐτοῦ*; praecedit epigr. XXII.

* XXIV. Anth. Pal. VII, 262 cum epigraphe *Θεοκρίτου βουκολικοῦ εἰς Γλαύκην κορ ἑταίραν οὖσαν.* Indignum Theocrito carmen esse qui dixi Delectu Anth. p. 154 assentientem habui Heckerum Comment. vol. I p. 104. Inter Erycii epigrammata, cui id falso inscriptum esse in Anthologia Reiskii no. 577 annotavit Iacobsius, exhibuit Brunckius Anal. II p. 297. Quod in epigraphe legitur *κορ* dubium mihi est utrum *κόρην* ante *Κορινθίαν* legendum sit; cogitabat fortasse ineptus magister de Glauca Corinthia, Medeae pellice. Rectius Glaucam poetriam, Theocriti tempore claram, intellegas, quam ipse memorat Idyll. IV, 31. Monuit etiam Bergkius Museo Rhen. nov. I p. 360. Versu primo Iacobsius tentat *αὐδήσει τί τὸ γράμμα; τί σᾶμά τε καὶ τίς ὑπ' αὐτῷ;* Cod. *αὐδήσες* et *ει* super *ες*.

Addendum his epigramma, quod Theocriti codices quidam Theocrito, Leonidae autem assignat Anth. Pal. VII, 662.

* XXV

Ἡ παῖς ᾤχετ' ἄωρος ἐν ἑβδόμῳ ἤδ' ἐνιαυτῷ
εἰς ἀίδην, πολλῆς ἡλικίης προτέρη,
δειλαίη, ποθέουσα τὸν εἰκοσάμηνον ἀδελφόν,
νήπιον, ἀστόργου γευσάμενον θανάτου.
αἰαῖ ἐλεεινὰ παθοῦσα Περιστερί, ὡς ἐν ἑτοίμῳ
ἀνθρώποις δαίμων θῆκε τὰ λυγρότατα.

Vs. 2. *πολλῆς ἡλικίης* fortasse est pro *πολλῶν ἡλίκων.* Cf. Delectum Anth. p. 136. 4. *ἀστεργοῦ* Mediol. teste Zieglero, unde suspiceris *ἀστεργοῦς.* 5. *ἐλεεινὰ*] Pal. *λυγρά.* Malim *ἐλεινά.* De *Περιστερί*, quod in Pal. *περιστερή*, in Mediol. *περιστέρη* scriptum est, v. Iacobsium. 6. *λυγρότατα*] Pal. *δεινότατα.*

ADNOTATIONES AD BIONEM

I

Carmen hoc uberrimo commentario instructum nuper edidit Ahrensius, qui admirabili diligentia quidquid ex antiquis libris sive editis sive scriptis ad constituendam lectionis veritatem erui potuit, anxie composuit et ordine explicavit. Nos pro nostro consilio graviora commemorare satis habemus.

1. *Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν*] A. (i. e. Ahrensius) et hic et vs. 6. 15 edidit *αἴαζ' ὦ*, Venerem a divina quadam voce compellari et ad luctum excitari statuens. Idem constanter *Ἅδωνιν* dedit, quam formam passim in libris obviam (v. Delect. Anth. p. 160) uno carminis nostri loco (v. 79) suppeditavit cod. Vat. 23. Nimirum nullo non tempore fuerunt, qui quae alii leniter ac leviter, ut ille ait, pronunciabant, ipsi aspirarent. Fuisse qui *ἰχθύς* dicerent adnotavit Gellius: num hos quoque imitabimur? non puto; cavebimus potius, ne Arrio similes evadamus qui

chommoda dicebat, si quando commoda vellet
dicere, et hinsidias Arrius insidias,
et tunc egregie sperabat se esse locutum,
cum quantum poterat diceret hinsidias.

2. *ἐπαιάζουσιν ἔρωτες*] A. quoniam primo versu *αἴαζ' ὦ* necessarium putavit, etiam hic et praeterea vs. 6. 15 eundem modum non potuit non requirere; scripsit igitur his

tribus locis ἐπαίαξουσιν sive potius ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες, id ut pro imperativo esset. Imperativo si opus habebat poeta, nihil eum prohibuit quominus ἐπαιάζοιτε δ' ἔρωτες scriberet, quod cum non fecerit, id ipsum indicio esse potest, recte libros habere ἐπαιάζουσιν ἔρωτες. Aeolicam formam οισιν A. etiam ubi codd. ουσιν habent, ubique restituit.

4. κυανοστόλε] Rectius κυανόστολε, ut Brunckius aliique.

6. Post hunc versum Hermannus unum v. excidisse suspicatur.

8. λευκὸν μηρὸν] Libri λευκῷ λευκόν, correxit Hermannus. Mox ἐν pro ἐπ' Ameisius.

12. τὸ μήποτε Κύπρις ἀνοίσει] Vulgo ἀφήσει, libri ἀποίσει et ἀπήσει, A. ἀνοίσει. Hoc recepi, quamquam etiam τὸ μηκέτι Κύπρις ἀποίσει scribi potest. μηκέτι et μήποτε frequentissimo errore permutantur.

13. 14. Hos versus, in quibus libri φίλαμα et ἐφίλασεν habent, A. in marginem reiecit, recte opinor.

17. Κυθέρεια] A. ubique Κυθέρηα, quam formam vs. praebuit Vat.

18. κεῖνον μὲν πέρι πολλὰ] Ante Hermannum περὶ παῖδα, A. περιπολλά. Pro κεῖνον Brunckius et Hermannus τῆνον. Mox ὠρύονται Hermannus, vulgo ὠρύσαντο, libri ὠδύραντο et ὀδύρονται.

21. νήπλεκτος] νήπεπλος Hermannus ex emendatione Bergkii, νήπεκτος Brunckius. Peplum gestasse Venerem bene docuit A., qui probabiliter coniecit νήπαστος.

22. κείροντι] Codd. fere κείρουσι, al. κείροντι, vulgo τείροντι, A. κείροισι.

24. βοόωσα] μαιῶσα A., γοόωσα Wakefieldius, uterque tautologia offensi, quam agnoscerem si simplex καλεῦσα sequeretur, nunc cum πολλὰ καλεῦσα sequatur, non agnosco. Praeterea verbi μαιοῦν incertissima fides, cui tutandae quod A. ex Hesychio affert Μαίεσθαι ζητεῖν ἐρευνᾶν· καὶ μαιῶσαι τὸ αὐτό, pro eo cod. habet μαιμάσσαν, quod μαιμάσσειν scri-

bendum. Arcadius p. 165, 20 *μαιῶ τὸ ζητῶ*, quod a *μαῖα* repetit, cogitavit de *μαιοῦσθαι*. In seq. *πολλὰ* Hermannus, vulgo *παῖδα*, Vat. 23 *πόδα*. Post h. v. Hermannus adiecit *αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν· ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες*, post quem sex versuum lacunam notavit, in quibus narratum fuerit, quomodo invenisset Venus moribundum Adonin. Moribundum Adonin descripsit poeta 7 — 12, quomodo invenerit Venus puerum dixit 40 sqq. Itaque lacunae, qualem Hermannus statuit, nulla esse potest suspicio, et vs. 25 — 28, in quibus ut alia praeteream *αἰωρεῖσθαι* de sanguine a vulnere ad umbilicum usque profuso perversissime dictum est, de Adonide intellegi non possunt. Non fugit hoc A., qui iisdem his versibus Veneris habitum describi arbitratur; cui interpretationi ut verba accommodaret, his opus erat correctionibus:

ἀμφὶ δέ μιν μέλαν εἷμα παρ᾽ ὀμφαλὸν αἰωρεῖται,
στήθεα δ᾽ ἐκ χειρῶν φοινίσσεται, οἱ δ᾽ ὑπὸ μαζοὶ
χιόνεοι τὸ πάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύρονται.

Et ne sic quidem haec ratio recte praecedit, cum postrema verba *μαζοὶ Ἀδώνιδι πορφύρονται*, in quibus dativum *in honorem Adonidis* interpretatur, nisi de ipsius Adonidis *μαζοῖς* intellegi non possint. Recte dicitur *κόπτεσθαι Ἀδώνιδι, κείρεσθαι Ἀδώνιδι* et quae his similia a Bernhardio et Matthiaeo, quos testes advocat A., allata sunt; at *μαζοὶ πορφύρονταί τινι* non aliter dici potest quam ut *μαζοὶ* eius sint, cui sanguine perfundi dicuntur. Quae cum ita sint, de probabili illorum versuum vel intellectu vel emendatione me desperare fateor.

26. *μηρῶν φοινίσσετο*] *φοινίσσεται* cod. K a pr. m. Pro *μηρῶν* nescio quis *μηρῶ*. Ibid. vulgo *ὑπομαζοί*, quod *ὑπὸ μαζοὶ* scribendum esse viderunt plures.

32. *αἱ δρύες αἴ τὸν Ἄδωνιν*] Haec vulgata est lectio; correxit Ameisius aliique. A. *αἱ δρύες αἰαῖ Ἄδωνιν.*

35. *ἐρυθαίνεται*] Al. *ἐρυθραίνεται*, Hermannus *ῥυσαίνεται*. Totum versum ut spurium eiecit A.

36. *ἀνὰ πᾶν νάπος*] *ἀνάπαλιν ἀποσ* et *ἀνάπαλιν ἀπο* libri, correxit Wakefieldus, cuius vestigiis insistens Herman-

nus et ante Hermannum anonymus praetulit πᾶν ἂν νάπος. Ibid. vulgo οἰκτρὸν ἀείδει, codd. fere οἰκτρὰν ἀείδειν, οἰκτρὸν ἄειδε, οἰκτρὸν ἀείδει, Luzacius οἰκτρὸν ἀντεῖ, A. οἰκτρὰ ἀηδών coniungens haec cum sequentibus, in quibus cum Vat. 23 αἶ αἶ τὰν νότον habeat pro αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν, ingeniose scripsit αἰάζει νέον οἶτον.

38. Hunc versum post 36 transposuit Hermannus, ut spurium eiecit A., omittitque Vat 23.

39. ἔκλαυσεν ἄν; αἶ αἶ] Ita vulgo, ἂν om. Vat. 23; scripsi ἔκλαυσεν ἄρ' αἰαῖ, ut voluit olim A. Reiecit hoc nunc ipse A., qui ἐκλαύσεν αἰαῖ edidit; equidem neque hoc nec quod Hermannus coniecit αἰαῖ ἀνέκλαυσεν, a poeta scriptum arbitror.

42. πάχεας ἀμπετάσασα] Hermannus πάχεε δ' ἀμπετάσασα.

48. τεὸν] σέθεν Hermannus.

49. φίλημα δὲ τοῦτο φυλάξω] Pro φυλάξω A. φιλήσω.

52. πὰρ] Ante Ameisium et Hermannum καί.

54. αὐτὰ] Verum videtur quod Hermannus coniecit ἔμπας.

55. καταρρεῖ] Hoc e marg. Steph. receptum est, pro quo libri habent καὶ ἄρρει, καὶ ἄρει, καὶ ἄρῃ, in quibus scripturis καταίρει latere potest.

56. εἰμὶ] ἐμμὶ Brunckius, ἔμμι A.

57. σεσόβημαι] Vulgo σὲ φοβεῦμαι, corr. Bergkius.

60. κυναγεῖς] Libri κυνάγεις, quod A. κυναγεῖς scribenti obsecutus sum; restituenda librorum scriptura.

61. τί τοσοῦτον] Ante Köchlyum τοσσοῦτον sine τί. Tum ἐμήναο Brunckius, ἔμηνας codd.

62. ἐπαιάζεσκον] Ante Hermannum ἐπαιάζουσιν, rectius fortasse A. ἐπαΰτησαν.

64 — 66. Hos versus ut spurios eiecit A.

64. δάκρυον] δάκρυα δ' A. et statim τόσσ' ἐκχέει, pro quo τόσσον vel τόσον ἐγχέει libri, τόσον ἐκχέει Heinsius.

65. πάντα] πακτὰ Valckenarius, sequente Hermanno.

68. *δρυμοῖς τεὸν*] Hoc Brunckius adscivit e Iunt., *δρυμοῖσι τὸν* ceteri libri, quod revocandum.

69. *οὐκ ἀγαθὰ*] Ita A. emendavit librorum scripturam *ἔστ' ἀγαθά*.

70. *ἔχοι*] Ante Valckenarium *ἔχει*. Mox *τὸ σὸν νῦν λέκτρον* A., *τὸ σὸν τόδε νεκρός* vulgo, *τὸ σὸν νῦν δὲ νεκρῷ* Vat. 23, *τὸ σὸν τὺ δὲ νεκρὸς* alii codd. Hermannus

λέκτρον ἔχ' ἓν Κυθέρεια τὸ σὸν τόδε . . .
. . . . σὺ δὲ νεκρὸς Ἄδωνι.

In quibus *ἔχ' ἓν* e Iunt., *Ἄδωνι* e pluribus codd. adscivit.

72. *οἷς ἐνίαυεν*] Non movi vulgatam scripturam, codd. fere *οἱ ἐνιαύεν*, et *οἱ ἐνιαῦεν*, unde A. edidit *εὖ ἐνιαύεν*, quod languet. Verum nunc puto quod etiam aliis placuit *οἷς ἐνιαύεν*, *ut in suis dormiat vestibus.*

73. *οἷς μετὰ σεῦ*] Ante Wakefieldium et Hermannum *τοῖς*, quod revocandum, si vs. 73 recte scribitur *οἷς ἐνιαύεν*. Mox *ἐμίχθη* Hermannus, *ἐμόχθει* libri.

74. *ποθεῖς καὶ στυγνὸν Ἄδωνιν*] Vulgo *πόθει*, meliores libri *ποθεῖ*, quod Ameisius et A. receperunt, de *κλιντῆρι* id intellegentes. Mihi poeta *ποθεῖς* scripsisse visus est: in tuo eum lecto repone, scio te etiam tristem aspectu Adonidem amare.

75. *βάλλε δέ νιν*] Ante Wassenberghium *βάλλε δ' ἐνί*. Sequentia sic ut nunc leguntur a poeta scribi non potuisse apertum est; neque sustulit vitium loci A., qui *βάντα* pro *πάντα* posuit et v. seq. *μαράνθην*, qui infinitivus aeolicus est, quem imperativi loco esse vult pro *μαρανθήτω*. Quae infelicissima mihi esse videtur loci expediendi ratio. Hermanno locus luxatus videtur et ita fere supplendus:

ὡς τῆνος τέθνακε[ν ἐν ὤρεσι καὶ κατὰ κᾶπον
δένδρεα φυλλορόησε] καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.

77. *συρίοισιν*] Libri *μύροισιν* et *καλοῖσιν*, emendavit Ruhnkenius. Etiam post hunc versum Hermannus lacunam indicavit suppletque *μὴ φείσῃ προχέοισα· τί σοι δύσποτμε μύρων δεῖ;*

78. Post hunc versum A. supplevit *αἴαζ' ὦ φίλ' Ἄδωνιν· ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες.*

82. *ὃς δ' ἐπὶ — φαρέτραν*] Hermannus *ὃς δ' ἔπι τόξον ἔκλινεν, ὃ δ' εὔπτερον ἆψε φαρέτραν*, non frangere Cupidines tela sua existimans, sed ornare iis thalamum. Quae dubito num cuiquam placitura sint. Libri *ὃς δ' ἔπτερον ὃς δέ, ὃς δ' ἔπταιρον ὃς δέ, ὃς δ' εὔπτερον ἄγε, ὃς δ' εὔπτερον αὖ γε.* Hinc scripsi *ὃς δ' εὔπτερον ἆξε*, A. *ὃς δ' ἐπτέρνισδε.*

83. *πέδιλον*] *πέδιλλον* cod. Vat., quod probavit A. In sequentibus, quae vulgo ita scripta sunt *ὃς δὲ λέβησι χρυσείοις*, recte *οἱ δὲ* scripsit Graefius, reliqua in libris ita habentur *λέβητος χρυσίῃ, λέβητι χρυσείω.* Posui cum aliis ex marg. Steph. *λέβητι χρυσείῳ.* A. edidit *λέβητ' ἐς χρύσειον.*

84. *φορέοισιν*] Ita codd. plures, reliqui libri *φορέῃσιν* et *φορίῃσιν.*

Ibid. *μηρία λούει*] Al. *λύει.* Si corruptus est locus, certe non *μηρὸν ἰαίνει* poeta scripsit, quod recte dici nego.

86. Post hunc versum A. addidit *αἴαζ' ὦ τὸν Ἄδωνιν· ἐπαιάξοισιν Ἔρωτες*, indicata simul totius strophae lacuna, in qua de Venere Adonidi accubante eumque acerbissimo dolore amplexa narratum fuerit.

86. *αἰαῖ*] Ante Lennepium *αὐτάν.*

88. *ἐξεπάτασσε*] Libri *ἐξεπέτασσε*, Piersonus *ἐξεκέδασσε*, quod recepit A. allato Hesychio *Ἐξεκέδασσεν, ἐξεπέτασεν.* Wassenberghius *ἐξεπάταξε*, quod secutus sum, sed ut imperfectum restituerim.

89. *ἄειδε· μόνον μέλος*] Vulgo *ἀειδόμενον μέλος*, pro *ἀειδόμενον* libri *ἀειδονέος, ἀειδόνεος, ἀειδόμεος.* Recepi Ameisii et Hermanni emendationem. Nescio tamen an praestet *ἄειδεν* (sive potius *ἀείδει*) *ἑὸν μέλος*, ut voluit Köchly. A. parum probabili correctione *Ὑμὰν οὐκέτ' ἀεὶ δονέει μέλος.* Idem in sequentibus, deleto in fine versus puncto, scripsit *ἀλλ' ἐπαείδει αἰαῖ καὶ τὸν Ἄδωνιν*, sed succinit etiam *αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν.*

Pro ᾄδεται enim libri fere ἄλλεται habent; sed hoc pervulgare vitium est.

90. ἢ Ὑμέναιος] Ante Higtium αἳ ὑμέναιον, A. ἢ Ὑμέναιον, post Ὑμέναιον orationem finiens.

92. Post hunc v. Hermannus addidit αἰαῖ τὰν Κυθέρειαν· ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

93. αἰαῖ δ' ὀξὺ λέγοντι] Ante Piersonum αὐταὶ pro αἰαῖ. Tum codd. δοξολέγοντι, δόξολέγοντι, δέξο λέγοντι, δοξολέγοντι, Call. δ' ὀξὺ λέγοντι, Hermannus αὐταὶ δ' ὀξύτονόν τι. Quod sequitur ἢ τὺ Διώνα qui perversum esse primus intellexit A. scripsit ἢ παιῶνα χαὶ Μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν, ut Musae suum αἰαῖ τὸν Ἄδωνιν acutius quam paeanas canere soleant, succinuisse dicantur.

94. χαὶ] Libri καί, Graefius et Hermannus ταί, cui praetuli χαί. Tum μοῖσαι Vulcanii emendatio est pro μοῖραι. In seqq. servavi vulgatam scripturam quamvis corruptam. Hermannus ἀνακλαίουσιν, "Ἄδωνι πάρμεν" ἐπαείδοισαι, A. τὸν Ἄδωνιν, ἀνακλείοισι δ' Ἄδωνιν, καί μιν ἐπαείδοισιν. Equidem in his tenebris nihil dispicio, nisi hos sex versus 91—96 ita esse distinguendos ut tres primi Gratiarum, alteri tres Musarum luctum complectantur. Ita duas quasi strophas habemus, quarum altera orditur verbis αἱ χάριτες, altera verbis χαὶ μοῖσαι. Sed quomodo corrupta corrigam non habeo.

96. οὐ μὰν οὐκ ἐθέλει] Sensus est, velle quidem Adonidem redire ad superos, sed prohiberi a Proserpina. Mireris haec non intellexisse Valckenarium. Ed. pr.

97. τὸ σάμερον ἴσχεο κομμῶν] Ante Casp. Barthium κωμῶν legebatur; τὸ σάμερον, quod A. cum prioribus coniunxit, rectius cum ἴσχεο κομμῶν coniungi etiam demonstrari posse credo. Sed taedet plura scribere de hoc carmine, mihi etiam ob miseras lamentationes molesto. In quo tractando si quis me operae pretium fecisse neget, habebit, quod accusatori gratissimum est, confitentem reum. Poteram fortasse (fortasse, inquam), si curiosius illud tractare voluissem, hic illic aliquid memoratu non prorsus indignum extundere, sed deterruit volen-

tem incredibilis carminis corruptio, quae in multis partibus tanta est, ut nusquam certo pede incedas. Quod quam vere dictum sit, ostendit Ahrensii exemplum, cuius pleraeque emendationes etsi acute excogitatae assensum tamen doctorum hominum non extorquebunt.

II

2. *γλυκύθυμον*] *γλυκύμυθον* Brunckius inutili coniectura; *γλυκύθυμον μέλος* idem est quod *μελίφρον*.

3. *ᾳόνι τᾷ Γαλατείᾳ*] Ante Brunckium *ἠιόνι Γαλατείᾳ*.

4. *κἠμοί*] Ante Brunckium *κἤν μοι*, cod. *κἤν μοι*.

5. *ὦ Λυκίδα*] *ὦ* addidit Lennepius. Tum *ζατῶ* Ameisius et Hermannus, *ζαλῶ* Lennepius, libri *ζαλῶν*, qui pro *μέλος ἁδὺν* habent *μένος ἁδύς*.

7. *πεδαμεύσατο*] Ita insigni acumine Hermannus, *παῖς ἕσσατο* libri. Mox ante Canterum *ἐγεύσατο*.

8. *χὤπως*] Codd. *κἤν ὅπως*.

8. 9. Hermannus *ὤπτ' ἀλέγοισα θήλειαν μετάπλαστον*, nec melioris commatis sunt quae Ruhnkenius et Wakefieldus luserunt. Satius duxi corruptam librorum lectionem repraesentare. Ipse tentabam *χὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν οὐκ ἀλεγοίσαις χλίηνεν κατὰ παστὸν Ἀχιλλέα Δηιδάμεια*.

10. *βουκόλος*] Vulgo *βωκόλος*.

14. *φυγὼν*] Ita Hermannus, libri *φέρων*. Tum ante Bentleium *δισὶν ἀνὰν ἄρνα*.

17. *παρθενικὸν κόρον εἶχεν*] Ita libri, emendavit Hermannus. Sed latet sine dubio aliud.

19. *παρηίσιν*] *παρειῆς* ante Salmasium, *παρειῇσιν* codd.

20. *ἐπύκαζε*] *ἐπυκάζετο* duo codd.

21. *δ' ἀνέρος*] Lennepius, libri *δ' ἄρεος*.

24. *στάμονα*] *στόμ' ἀνὰ* ante Scaligerum, et mox *τὰ δ' ἁδέα δάκρυ' ἐπήνει* ante Hermannum. Wordsworthius ad Theocrit. I, 136 *τὸ στόμα· καλὸν ἄειδεν, ὁ δ' ἁδέα γᾶρυν ἐπήνει* coll. Statio Achill. I, 576 *nunc occupat ora canentis, et ligat amplexus, et mille per oscula laudat.*

27

25. *ἥσθιε δ' οὐκ ἄλλᾳ σὺν ὁμάλικι*] Ineptum est et invenustum mea sententia illud, pro quo *ἥσθη δ' οὐκ ἄλλᾳ συνομάλικι* scribendum videtur. Ed. pr. Probavit Hermannus, nisi quod *ἡσθεὶς οὐκ* scripsit, quod receptum oportuit.

28. *αὐτὰρ ἐγὼ μούνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις*] Ita vulgo; correxit Lennepius. Quod Wordsworthius ad Theocr. VIII, 91 dicit apud bucolicos poetas *νύμφα* ultimam constanti usu producere ideoque Bionis verba vitii esse suspecta, nihil est. Bucolicorum in ea re non alius quam reliquorum poetarum usus est, qui *νύμφα* nonnisi in vocativo casu corripiunt.

29. *αἱ δ' ὑποπαρθενικαὶ*] Ita vulgo; correxit Salmasius et Heskinus. Fortasse perfecit emendationem Hermannus coniciens *οὐ δύο παρθενικαὶ συνομάλικες, οὐ δύο καλαί;*

30. *κατὰ*] Ante Scaligerum *καί.*

31. *Νύσα γραῦς*] *νύσσα* ante Hermannum et *γὰρ* pro *γραῦς* ante Briggsium.

III

Servavit hoc carmen Stobaeus Ecl. phys. I, 8, 39 p. 89 Gaisf. cum lemmate *ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν.*

1. *Εἴαρος*] Genetivis usus est poeta quasi illaturus *πλέον ἔρασαι.* Tum recte Brunckius *φιθονοπώρω.*

6. *ἀεργίᾳ*] *ἀεργείῃ* vulgo, *ἀεργείᾳ* Hermannus, *ἀεργίᾳ* Valckenarius.

13. *ἐπεὶ νόσον ἂν ῥέα τίκτοι*] Ante Hermannum *ἐπεὶ νόσον ὥρια τίκτει.* Wordsworthius ad Theocrit. VII, 113 *ἐπεὶ νόσον ὄρθρια τίκτει*, quasi matutina tempora auctumni propria essent. Credo tamen aliud quid latere, quam quod ex Hermanni coniectura scripsi.

14. *φέρον*] *φέρειν* ante Hermannum; pro *κρυμούς* cod. A *κρύος*, unde Herenius non sine versus detrimento coniecit *νιφετόν τε κρύος τε.* Ceterum ad aures melius accideret *νιφετὼς κρυμόν τε*, sed fortasse totus versus ita scribendus: *οὖλον χεῖμα φέρει νιφετῶν κρύος, ὥστε φοβεῦμαι.*

17. *βλάστῃ*] *βλαστεῖ* Ursinus; codicum scripturam vindicavit Hermannus. Praesens *βλαστέω* incertae fidei est; ex Aeschyli Choeph. 584 sustulit Hermannus, ex Euripide Stobaei Flor. 73, 23 Nauckius. In Sophoclis loco apud schol. ad Eurip. Phoen. 227 pro *βλαστουμένη* scribendum *κλαστοῦ τέχνῃ* (vel *χερὶ*) coll. Hesychio v. *κλάστης* et Nonno XLVII, 68.

IV

Servavit Stobaeus Flor. LXIV, 21 cum lemmate *ἐκ τῶν* (*τοῦ* add. Trinc.) *Βίωνος Σμυρναίου βουκολικῶν*.

2. *ὑπόπτερον*] Ante Briggsium *ἀπότροπον*.

3. *ἐνόησεν*] Ante Hermannum *ἐνόασε*.

4. *ὄρνεον*] Recte Valckenarius et Hermannus *τὤρνεον*.

ου κ

7. *ὄκα οἱ*] *ἕνεχ᾽ οἱ* vulgo, *ὕονεχοι* cod. A. correxit Porsonius. 15. *ἀπάλμενος*] Ante Higtium *ἐπάλμενος*.

V

Servatum est a Stobaeo Flor. LXIII, 26 cum lemmate *ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν*.

1. *ἔθ᾽ ὑπνώοντι*] Vind. Trinc. *ὑπνόωντι*, Herelius *ἔθ᾽ ἡβώοντι*, quod Hermannus secutus est, si somnium narraretur, non *ἔτι*, sed *ποτέ* scribendum fuisse monens. At fortasse hoc ipsum pro *μοι*, quod cod. A omittit, scribendum est. Interim Herelii emendationem recepi; at cum *ἔτι* non videatur ferri posse, *ἐφηβώοντι* putavi a poeta scriptum esse. Somnium narrari non credibile est. Minime omnium vero probari potest Ahrensii ratio ad Bionis Epit. Adon. 54 prolata, qui *ἐφυπνώοντι* scribi voluit laudato Hesychio *Ἐφυπνῶσαι, καθευδῆσαι*, cuius glossae fontem si cognitum haberemus, patesceret grammatici error. Prorsus enim incredibile est *ἐφυπνῶσαι* ab ullo unquam scriptore pro simplici *ὑπνῶσαι* positum esse. Cf. ad Theocriti Id. XXI, 4.

6. *Ἔρωτα δίδασκον*] Voss. *Ἔρωτ᾽ ἐδίδασκον*.

8. *κιθάραν ὡς ἁδὺς Ἀπόλλων*] Ita Brunckius, *κίθα-*

ϱιν δ' ὡς vulgo, κίθαϱιν ὡς Vind. Tum ἁδέ' Ἀπόλλων Hermannus; ac sane ἁδὺς ferri non potest, sed epitheton, cum cetera instrumenta eo careant, ne citharae quidem expectes. Scripsi igitur quod Ahrensius coniecit ἄνυσ' Ἀπόλλων, quo verbo simili significatu utitur Theocritus VII, 6 καὶ ἐκ ποδὸς ἄνυσε κϱάναν. Habet tamen ultimae syllabae elisio aliquid dubitationis. Cf. ad Mosch. III, 125.

9. *νιν*] Legebatur *μιν*.

10. *ἐϱωτύλα*] *ἐϱωτίλα* Voss. et margo Gesn. Cf. ad Theocrit. Id. III, 7. 11. *πόθους*] *πόθως* Brunckius.

13. *μ' ἐδίδασκεν*] *με δίδαξεν* A, ut edidit Gaisfordus.

VI

Legitur apud Stobaeum Flor. LXIII, 7 cum lemmate *ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν*.

1. *οὐ φοβέονται*] Vulgo *οὐ φοβέουσαι*, ANTrinc. *ἢ φοβέονται*, Voss. *οὐ φοβέονται*.

2. *ἐκ θυμῶ δὲ φιλεῦντι* Valckenarius, *ἐκ θυμῶ φιλέοντι* Gesnerus, *ἢ 'κ θυμῶ φιλέοντι* ABTrinc.

5. *νόον τις*] Ante Brunckium *νόον τῷ*.

7. *μάϱτυς ἐγὼν ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής*] Hermannus verbis audacissime traiectis edidit *μάϱτυς ἐγὼν ὅδε πᾶσιν ὅτ' ἔπλετο μῦθος ἀληθής*. Nihil mutandum erat quam *πᾶσιν* in *πάμπαν*. Praeterea malim *ἀλαθής* cum Brunckio.

8. *βϱοτὸν ἄλλον ἢ ἀθάνατόν τινα*] Vind. *ἀθανάτων*, Par. B. *θεὸν* pro *βϱοτόν*. Itaque suspicari possis *θεὸν ἄλλον ἠὲ θνατῶν τινα*, quod ad sententiam edito haud dubie praestabilius est. De *ἠέ* prima ab Alexandrinis poetis correpta quantum satis est alio loco diximus.

11. *καὶ τόκα μοι χαίϱοισα κατὰ στόματος ῥέει ᾠδά*] Pro *καὶ τόκα* Ruhnkenius *αὐτίκα* suasit, quod Hermannus secutus est, qui etiam *δὴ τόκα* scribi posse monet. Posui quod lenissimum videbatur *ναὶ τόκα*. Videtur tamen librorum lectio

defendi posse. Homerus Il. VI, 175 ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς, καὶ τότε μιν ἐρέεινε καὶ ᾔτεε σῆμα ἰδέσθαι. Cf. Theocriti Id. XXIV, 21. Pro χαίροισα Lennepius χαρίεσσα, invito poeta, qui non dulcem et amabilem vocem indicare voluit, sed lubentem et volentem. Pro ᾠδά recte Urs. αὐδά.

VII

Servavit Stobaeus Flor. LVIII, 11 cum lemmate ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν, et ad vs. 2 τοῦ αὐτοῦ. Etiam post quartum versum lacunam indicavi praeeunte Hermanno.

1. οὐκ ἔστ' Ameisius et Hermannus, libri οὐκ οἶδ'. Tum malim μάθομες. 3. μοῖσα Piersonus, μοῖρα libri.

4. πολὺ πλήονα μοχθεῖν;] Hermannus γλυκὺ pro πολύ, Bergkius τί μοι πλῆον πολὺ μοχθεῖν; Fort. τί μοί ποτε.

8. μοχθήσαντί ποθ' ὕστερον] Scripsi μεθύστερον, quod in eadem versus parte legitur in Homerico h. in Cer. 205. Hermannus cum Brunckio ποχ' ὕστερον, non alienus tamen ille ab eo quod ipse conieceram.

9. κατένευσαν] κατανεύειν dicuntur dii ea, quae precibus ab iis expetuntur; scribendum igitur κατένησαν.

11. 12. Hermannus ὅσσαπερ οἱ δειλοὶ καματώδεες ἔργα πονεῦμες, ἀντὶ τίνος ψυχὰν — ex quibus καματώδεες etiam a Wakefieldio coniectum est. Integra si res esset, totam nunc Hermanni emendationem repraesentarem.

14. λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες] Hermannus ἦ λαθόμεσθ' ἄρα πάντες, qui legitimus verborum ordo est; at forsan scribendum λαθόμεθ' ἦ μάλα πάντες.

15. λάχομεν] Malim λάχομες.

VIII

Servavit Stobaeus Flor. LXIII, 28 cum lemmate τοῦ αὐτοῦ. Praecedit Bionis carmen IX. Dulcissimos hos versus ante oculos habuisse videtur Ovidius Epist. Pont. II, 3, 41—46.

2. Θησεὺς] Θασεὺς Par. A.

3. οἳ et κατήλυθον Hermannus pro vulgato εἰ et κατήλυθεν. Vereor ne illud non scripserit poeta, quamquam recepi.

Ahrensius ᾧ edidit pro εἰ, in ceteris nihil mutans. Non dubium est quin hic versus ita scribendus sit:

ᾧ καὶ ἅμ' ἀλλίστοιο κατήλυθεν εἰς ἀίδαο.

Cf. Crinagoras Anth. Pal. VII, 643 κούρην ἥρπασας ὦ ἄλλιστ' Ἀίδη. Euphorio Fragm. |L μουνὰξ ἀλλίστοιο πύλας ἔβαν Ἀϊδωνῆος.

4. ὄλβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν ἀξείνοισιν] ἦν om. AB. Pro χαλεποῖσιν Hermannus Ταύροισιν, Ahrensius κόλποισιν ediderunt; ego olim conieceram Χαλύβοισιν, nescius Wakefieldum iam voluisse Χαλύβεσσιν. Quae si vera est coniectura, Chalybes poeta Aeschyli Prom. 717 exemplo posuit in septentrionali parte ponti Euxini. Nominativo Χάλυβος pro usitatiore Χάλυψ utitur Hecataeus apud Stephanum Byz. p. 686 aliique quorum exempla attulit Elmsleius ad Euripidis Heracl. 162. Apud Etymol. M. p. 805, 54 Χάλυψος ὄνομα ἐθνικόν, dubium est Χάλυβος an Χάλυψ scribendum sit. Sed vitium loci nunc mihi non in χαλεποῖσιν, sed in ἀξείνοισιν latere videtur; scripsi igitur χαλεποῖσιν ἐνὶ ξείνοισιν.

5. οὕνεκα] ὥνεκα Ahrensius.

Ibid. αἵρητο] ἄροιτο cum duplice vitio Gaisfordus, codicem B secutus. A ἄροι et τὸ super οι a m. sec. Vulgo ἄρκτο, Grotius ἤρητο, Ahrensius αἵρητο, quod recepi. Sed tamen αἱρεῖσθαι ὁδόν parum apte dictum est; requiro αἴρεσθαι. Si φίλος excidit, ut voluit Gesnerus, conicere possis Πυλάδας φίλος ἄρτο.

7. ὅτι οἱ μόρον αἰνὸν ἄμυνεν] Achilles neque liberavit ab interitu Patroclum, neque si liberavisset beatum se eam ob causam moriens praedicare debebat. Perversam et poetae consilio contrariam sententiam corrigere licebit scribendo:

ὄλβιος ἦν θνάσκων, ὅ οἱ οὐ μόρον αἰνὸν ἄμυνεν.

Achilles ut olim vivus vivo, ita nunc moriens mortuo amico gaudebat, quippe abhinc etiam apud inferos una cum eo futurus.

IX

Servavit Stobaeus Flor. LXIII, 27 cum lemmate τοῦ αὐτοῦ i. e. Bionis, cuius praecedit cermen V.

3. *ἀφαυρότερος*] *ἀφαυρότερον* Stobaeus, emendavit nescio quis.

5. *οὕνεκα*] *ὥνεκα* Ahrensius. 6. *ἐπὶ φωρὰν*] Ita B, *ἐπιφωρῶν* Trinc., *ἐπὶ φωρᾶν* ceteri libri.

7. *ὁδοιπορέοντα λοχήσω* (*λοχάσω*) Ruhnkenius, *ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω* vulgo, *ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλέω* Voss. Trinc., *ὁδοιπορέοντα ἐνοχλῶ* A, *ὁδοιπορέοντας ἐνοχλέω* e Vind. Gaisfordus.

8. *συνέρασθαι*] *συνερᾶσθαι* ante Schaeferum. Fortasse tamen *συναρέσθαι* *opitulari*, *favere* scribendum; ineptum est enim aliquem amanti facem praeferentem *συνέρασθαι* dici.

X

Servavit Stobaeus Flor. LXIV, 22 cum lemmate *τοῦ αὐτοῦ* i. e. Bionis, cuius praecedit carmen IV.

1. *Κυπρογένεια*] Praestat fortasse *Κυπρογένηα*. Tum *οὐδὲ θαλάσσας* Hermannus, *ἠὲ θαλάσσας* AB, *ἤδὲ θαλάσσας* Gesnerus. Recte Hermannus, nec probari potest quod Ahrensius edidit, *εἴτε θαλάσσας*.

3. *ἀπήχθεο*] Ita AB, *ἀπέχθεο* Gesnerus. Tum *τεῒν αὐτᾷ* Hermannus, *τίναυτὰ* vulgo, *τΐ νιν αὐτά* A m. sec., *τὺ τὶν αὐτᾷ* Ahrensius.

4. *τεκέσθαι*] *τέκηαι* ante Hermannum.

6. *ἐς τί δέ νιν*] *πρὸς δ' ἔτι νιν* Hermannus, deleto in fine carminis interrogationis signo, quae vera esse videtur emendatio.

XI

Servavit Stobaeus Ecl. phys. I, 5 p. 64 Gaisf. cum lemmate *ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν εἰς Ὑάκινθον*.

1. *τὸν Φοῖβον*] Ita Canterus, fortasse e codice; Heerenii libri *τὸν βίον*. Articulum recte suspectat Hermannus, qui *ἀμφασία δ' ἄρα Φοῖβον* edidit; praetuli *ἀμφασία τόκα Φοῖβον*.

2. *ἐπεμαίετο* Vulcanius; codd. *ἐπεβώετο*, *ἐπεβένετο*, *ἐπεβαίνετο*, *ἐθέρεντο*. Salmasius *ἐπεμώετο* Cf. Anal. Alex. p. 134.

3. *χρῖεν δ'*] Hoc habet quod offendat; fortasse *χρῖε δ' ἐν* vel *χρῖε νιν*. Vid. Hermannus ad Bion. XIX, 2.

4. *μοιραῖα*] *μοίραισι* vulgo, cod. A *μοίρασι*. Correxit Hermannus, cui etiam *τραύματα* debetur pro eo quod codd. habent *φάρμακα*.

XII

Servavit Stobaeus Flor. CX, 17 cum lemmate *ἐκ τῶν τοῦ Βίωνος βουκολικῶν*. Carmen, ex quo hi versus servati sunt, respicere videtur Moschus III, 61 sqq.

2. *ἠιόνα* ante Hermannum. Ibid. notandum *ψιθυρίσδων cantillans*, contra receptum dicendi usum; nec male conicias *καὶ αἰόνας μινυρίσδων*, quamquam simili ἀκυρολογίᾳ Alciphron dixit Epist. fragm. 6 p. 81 *ἀηδόνες ἐψιθύριζον*.

3. *λισσόμενος*] Vix aliud huius futuri a *λίτομαι* formati exemplum reperiatur.

XIII

Servavit Stobaeus Flor. XXIX, 53. Ad carmen, ex quo hi versus servati sunt, spectare videtur Moschus III, 88.

1. *πάντα χρόνον*] Vulgo *πάντα λόγον*, correxit Hermannus et G. H. Hirschig. Emend. in Stob. p. 12, quos vereor ne properantius secutus sim. Vide Schaeferum ad Bucol. p. 231.

2. *μηδ' ἐπὶ πάντ' ἄλλῳ*] *μηδέ τι πάντ' ἄλλο* codices, correxit Grotius et Salmasius, non Valckenarius, ut dicit Hermannus.

XIV

Servavit Stobaeus Ecl. phys. I, 9 p. 101 Gaisf. cum lemmate *ἐκ τῶν Βίωνος βουκολικῶν*.

1. *Μοῖσας*] Imo *Μοίσας*, ut codices habent.

2, *διδοῖεν*] *δίδοιεν* Stobaeus Gaisfordi.

XV

Servavit Stobaeus Flor. XXIX, 52 cum lemmate ἐκ τῶν Βίωνος Σμυρναίου βουκολικῶν.

1. Ἐκ θαμινᾶς ῥαθάμιγγος] Choerilus apud Naekium p. 170 πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ. Quae imitatus est neglectus a Naekio Aristaenetus Epist. I, 17 ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχῶς ἐπιστάζουσα καὶ πέτραν οἶδε κοιλαίνειν. Pro θαμινᾶς vulgo θαμινῆς. Tum αἰὲν pro vulgato αἰὲς Gesnerus. Ahrensius ἐκ θαμινᾶς ῥαθάμιγγος, ὅπως λόγος ἐστί, πεσοίσας, quod esse debebat πιπτοίσας. Scribendum erat ἐκ θαμινᾶς ῥαθάμιγγος, ὄκως λόγος, ἀεναοίσας. Idem participium, quo iam Homerus Od. ι, 109 usus est, restituendum Theocrito Epigr. IV, 5 ἀέναον δὲ ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων, ubi minus commodum est ad structuram adiectivum, scribendum igitur ἀενάον. Prorsus huic simile est participium εὐνάον in fragmento Aeschyli apud Athenaeum XIII p. 600 b ἀπ' εὐνάοντος οὐρανοῦ i. e. νοτίζοντος, quod iniuria viri docti in vitii suspicionem adduxerunt.

2. ῥωχμὸν] Valckenarii annotatione in errorem ductus dedi ῥωγμόν. Stobaeus recte ῥωχμόν.

XVI

Servavit Stobaeus Flor. XLIII, 8 cum lemmate Βίωνος βουκολικά vel βουκολικῶν.

1. ἐπεὶ] ἐπὴν ante Schaeferum. Tum vulgo ἀείδειν μισθὸν ἔδωκε, pro quo Hermannus edidit ἀείδων μισθὸν ἕλεν, in notis ἄειρεν μισθὸν ἑκὼν se scripsisse dicens, quod recipiendum duxi. Dubito tamen num vel hoc, vel quod Ahrensius coniecit ἀείδει μισθὸν ἑλών, a poeta scriptum sit. Nec credo Apollinem unquam pro mercede cantavisse. Mihi non incredibile videtur, latere in Φοῖβος nomen gentilicium, e. c. ἐπεὶ χὠ χῖος ἀοιδὸς μισθὸν ἕλεν, vel ἐπεὶ χὠ χῖος ἄειδεν μισθὸν ἑλών. Nisi forte de Simonide cogitandum, ut χὠ

13. *τήνω*] Recte A. Pal. et Hermannus *τήνῳ*.

16. *ὅσον ὄρνις*] Ita codd. plerique, quod revocavit Hermannus, al. *ὡς ὄρνις*, ut vulgo legitur. Ibid. vulgo *ἄλλους*, pro quo cum codd. fere *ἄλλῳ* habeant, Ahrensius *ἄλλον* (ita AP) *ἀπ' ἄλλω* edidit. Scripsi ut par erat *ἄλλως* cum Hermanno.

18. *ὑπὲρ τόξω*] Duo codd. *ἐπὶ τόξῳ*, nnde Ahrensius *ἀπαὶ τόξω*, post *βέλεμνον* commate incidens.

19. *οἱ*] *ἑοῖ* vulgo, codd. *ἑεί* et *ἀεί*, ego olim *ἱεῖ*, Hermannus *οἱ*, Ahrensius *ἵητι*. His omnibus praeferrem *μέν*, si codices haberent.

20. *χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον*] Meleager Anth. Pal. V, 177 in carmine e Moscho adumbrato: *σιμὰ γελῶν, πτερόεις νῶτα, φαρετροφόρος*, ubi corrige distinctionem.

21. *κἠμὲ*] Ita Gesnerus pro *κἀμέ*.

22. *πολὺ πλεῖον δέ οἱ αὐτῷ*] Quamvis corruptum reliqui, cod. Voss. *δ' ἔνι αὐτῷ*. Hermannus *γε μὲν ἅ οἱ*, audacius quidem, sed ad sententiam aptissime, quod non dixerim de Ahrensii coniectura, qui edidit *δέ οἱ αὔτως* et sequente versu cum Luzacio *τᾷ Ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει*. Pro *πλεῖον* malim *πλῆον*.

24. *δάσας ἄγε*] Retinui hoc utpote usui accommodatum (v. Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 756), quamquam propter dorismi formam suspectum. V. ad Theocr. V, 118. Malim igitur aut *δαμάσας*, ut habet Stobaeus, aut *δήσας*. Ed. pr. *δαμάσας*, quod Gesnerus in suo Stobaeo exhibuit, reiciendum; verum est *δήσας*.

25. *κἤν ποτ' ἴδῃς*] Recte Wakefieldius *κἤν ποτίδῃς*.

26. *γελάᾳ*] Codd. *γελάῃ*, quod reponendum. Mox vulgo *φιλᾶσαι* et vs. 27 *φίλαμα*.

29. *μή τι*] *μὴ τὺ* A. Pal. et codd. quidam, idque praefero.

II

4. *πεδάᾳ*] Corrige operarum vitium *πεδάῃ*.

11. In hoc versu aliquid corruptum esse recte indicavit Ahrensius, quae si vana est suspicio, accusandus est poeta nimiae

brevitatis reus. Interim, dum quis meliora afferat, suspicor καὶ μᾶλλον ἑῆς ἅπερ ἴσχετο κούρης.

12. φάσκεν δ'] φάσκε δὲ ex N scripsit Ahrensius, non reformidans hiatum nullo pacto ferendum; verum puto quod Hermannus coniecit φάσκε γάρ.

13. βιωομένη] Hoc scripsi codices secutus pro vulgato βιαζομένη. Ed. pr.

14. μόρσιμον αὐτῇ] Ita Iacobsius correxit librorum scripturam μόρσιμον εἶναι, nisi forte vs. 15 pro ἔμμεναι scribendum ἐξέμεν.

27. κρίνειαν ὄνειρον] Fortasse κρήνειαν: illud enim vatum est, non deorum somnia in bonum convertentium. Ed. pr. Recepi hoc, iam a Wakefieldio coniectum indicante Hermanno.

30. ἐντύνοιτο] ἐντύναιτο vulgo, ἐντύναιντο CRS, ἐντύννυντο N, ἐντύνοντο exc. Bas., unde ἐντύνοιτο scripsi.

31. ἀναύρων] Ita correxi ex codd. vulgatum Ἀναύρω, quod et re et forma vitiosum est. Ed. pr.

32. λείρια κέρσοι] Codices μέρσοι et ἀμέρσοι. Fortasse λείρι' ἀμέργοι scribendum. Cf. Naekii Choer. p. 154. Ed. pr. Hoc nunc recepi; probarunt Hermannus et Ahrensius.

34. ποτὶ δ' αὖ λειμῶνας] Ita cod. N, quod recipere debebam.

36. κύματος ἠχῇ] Id qui ἀγῇ scribi voluerunt Valckenarius et Brunckius, non videntur unquam ad maris litus consedisse et cachinno undarum animum oblectasse.

40. Τηλεφάασσῃ] Hanc nominis formam e codd. revocavi; vulgo Τηλεφαέσσῃ. Eandem versu 42 restitui. Apollodoro Bibl. III, 1 dicitur Τηλέφασσα, Mnaseae apud Stephanum Byzantium in Δάρδανος p. 218 Τηλεφάη, Marsyae apud Harpocrationem in Γαληψός p. 47 Stephanum Byz. in Γαληψός p. 197 et in Θάσος p. 306 itemque apud scholiastam Euripidis Phoen. 5 Τηλέφη, denique Hegesippo apud scholiastam Rhesi 28 Τηλεφάνη. Ed. pr.

45. γυναίην] Hoc e cod. N posui iam in proecdosi, vulgo γυναικός.

47. *κυανῇ δ' ἐτέτυκτο θάλασσα*] Neque *κυανῇ* nec quod illi substitui voluit Schaeferus *κυανή*, epicorum usui convenit. Scribendum videtur *κυάνου*: ita Homerus Il. XI, 24 *οἶμοι μέλανος κυάνοιο*. Odyss. VIII, 87 *θριγκὸς κυάνοιο*. Hesiodus Scut. 143 *κυάνου πτύχες*. Ed. pr. Probavit et recepit Hermannus, recte metalli nomen requiri dicens.

48. *δοιοῦ*] Ante Hermannum *δοιοί*. Tum *ὀφρύϊ* cod. S, quod fortasse *ὀφρύσιν* scribendum.

51. *ἰναχίης τὴν*] Vulgo *εἰναλίης τήν*, codices *εἶναι ληιστὴν δι'*, corr. Piersonus. Tum Hermannus *τὴν ἑπταπόρῳ*.

55. *ἀμφὶ δὲ δινήεντος*] Hermannus *ἀμφὶ δὲ δινηθέντος*, *circumacto calatho*, ut appareat quid in aversa parte expressum sit. Non credo hoc probari posse; vix apte enim artifex aversae partis aream nullis ornasset figuris, si quae de Mercurio Argo et pavone narrantur, in superiore tantum parte *ὑπὸ στεφάνην* repraesentavisset. Credibile est Ionis fata totum calathum, duabus areis distinctum, implevisse, sed ut in superiore parte locus relinqueretur Mercurio, Argo et pavoni. Itaque aliud quid in *δινήεντος* latere videtur, quod non posse de rotundo calatho dici rectissime vidit Hermannus. Ad sententiam peraptum esset *τεχνήεντος*. Briggsius *δινωθέντος tornati*.

57. *ἀκοιμήτοισι*] Hoc parum recte poeta dixit de oculis olim quidem vigilibus, nunc autem clausis; omnem offensionem facile vitare potuisset si *ἀνηρίθμοισι* scripsisset.

60. *ταρσὸν ἀναπλώσας*] *ταρσὰ δ' ἀναπλώσας* Schaeferus, quem secutus Ahrensius edidit *τάρσ' ὃς ἀναπλώσας*. Hermannus ante hunc versum lacunam notavit, versum excidisse statuens in hanc fere sententiam:

ὄρνις ἀγαλλόμενος πτερύγων πολυανθέι χροιῇ,
τῷ ῥα ταὼς ὄνομ' ἐστίν· ὃ δὲ χρυσαυγέα κύκλῳ
ταρσὸν ἀναπλώσας —

verissime, ut equidem opinor, nisi quod pro istis *τῷ ῥα ταὼς ὄνομ' ἐστίν*, in quibus Hermanni artem desidero, rectius *Ἥρης ἱερὸς ὄρνις* vel simile quid scripsisset. Versu sequente pro

ταρσοῖς probabiliter Hermannus πάντῃ scripsit, sed quod caudam pavonis pro operculo fuisse dicit, non credibile mihi videtur; calathos enim floribus recipiendis operculo destitutos fuisse consentaneum est.

63. λειμῶνας ἐσήλυθον ἀνθεμόεντας] Pro ἐσήλυθον codd. ἐς ἵκανον et ἐπ' ἵκανον. Fortasse scribendum λειμῶνας ἐπ' (ἐς) ἀνθεμόεντας ἵκανον. Ed. pr. Confirmavit hanc emendationem ex schedis Bas. Streuberus.

64. ἄλλῃ ἐπ' ἀλλοίοισι τότ' ἄνθεσι] Hermannus, quoniam τότε non necessarium sit, coniecit ἄλλῃ ἐπ' ἄλλοισιν φίλον ἄνθεσι. Nihil mutandum.

67. θαλέθεσκε] Vulgo πίπτεσκε, at codd. θαλέθεσκε praeter F, in quo θαλέεσκε scriptum est. Hoc probavi olim, laudato Quinto XI, 96. Nonno Dion. XV, 78. Sed cf. Merkel. ad Apollon. II, 843. Nunc nescio an O. Schneiderus Philol. IV p. 562 verum viderit coniciens τελέθεσκε, ut ἔραζε τελέθειν idem sit quod εἰς γῆν πεσεῖν, quod dicendi genus illustrat Callimachi exemplo in Anth. Pal. XII, 134 τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα τῶνδρὸς ἀπ' ὀστλίγγων (ita optime corrigit) πάντ' ἐγένοντο χαμαί. Hermanno inter 66 et 67 versum excidisse suspicanti huius sententiae δρεπτομένων πίπτεσκεν, ἅτ' ἄνθεσιν ἄμμιγα πάντῃ, assentirer nisi sequeretur αἱ δ' αὖτε κτἑ.

68. ἔθειραν] ἐθείρῃν libri, correxit Ahrensius.

69. μέσσῃσιν ἄνασσα] Expuli inficetam lectionem μέσῃ ἔστη ἄνασσα, pro quo optimi codices N F dederunt μέσσῃσιν ἄνασσα. Ed. pr. Sequentium versuum 70 et 71 sedem Hermannus permutavit, quem sequi non dubitavi.

74. ὡς ἐόλητο θυμὸν] Hoc ex iisdem illis codd. reposui pro vitioso ἐβέβλητο. Apollonius Arg. III, 471 ἡ μὲν ἄρ' ὣς ἐόλητο νόον μελεδήμασι κούρῃ, de quo dixit Buttmannus Lexil. II p. 78. Ed. pr. ἐόλητο etiam exc. Bas.

79. κρύψε θεὸν καὶ τρέψε δέμας καὶ γίνετο ταῦρος] Non recte Brunckius acceleravit etiam numerorum velocitatem scribendo καὶ ἐγίνετο. Advertenda autem huius versus structura tria cola cum quadam soni similitudine complectentis, in quo aliquis

lusus inest consulto a poetis quaesitus, ut in Simonidis epigrammate apud Athenaeum X p. 415 f

πολλὰ πιών, καὶ πολλὰ φαγών, καὶ πολλὰ κάκ' εἰπών.

Quod imitatur anonymus poeta Anthol. Pal. VII, 349

βαιὰ φαγών, καὶ βαιὰ πιών, καὶ πολλὰ νοσήσας.

Similibus numeris Timon utitur apud Athenaeum VII p. 281 e

ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Inprimis seriores poetae hoc versuum genus adamarunt. E Theocriteis carminibus huc pertinet Id. VIII, 41 in parte a Theocrito non scripta:

παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοί, παντᾷ δὲ γάλακτος,

et qui item in spurio carmine legitur versus XX, 6

οἷα βλέπεις, ὁπποῖα λαλεῖς, ὡς ἄγρια παίσδεις.

Sic etiam Glyco in Anthol. Pal. X, 124

πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν.

et incertus ibid. XIV, 17

κρυπτὸν ἑλεῖν, ἐπιόντα μένειν, φεύγοντα διώκειν.

aliusque ibid. XV, 45

αὐτὸς ἄναξ, καὶ δῆμος ἅπας, καὶ πότνια βουλή.

Item anonymus apud Eustathium Praef. Pind. p. 60.

ἅλμα ποδός, δίσκου τε βολή, καὶ ἄκοντος ἐρωή.

Oppianus Cyn. I, 504. II, 565

πάντα λίθον, καὶ πάντα λόφον, καὶ πᾶσαν ἀταρπόν.
νόσφι πόθων, καὶ νόσφι τόκων, καὶ νόσφι τόκοιο.

Nonnus Dion. III, 197. XXIV, 66. XXV, 452. 490. XXIX, 290. XL, 334

σκῆπτρα Διός, καὶ πέπλα Χρόνου, καὶ ῥάβδος Ὀλύμπου.
Ἠέλιον, καὶ Βάκχον ὁμοῦ, καὶ Ζῆνα γεραίρων.
καὶ Μορίην, καὶ στικτὸν ὄφιν, καὶ θέσπιδα ποίην.
μαζὸς ἔην, καὶ χύτλα φόνου, καὶ σπάργανα θώρηξ.
λίγξε βιός, βόμβησε λίθος, μυκήσατο σάλπιγξ.
φλοῖσβος ἁλός, μύκημα βοῶν, ψιθύρισμα πετηλῶν.

Mitto plura afferre. E latinis scriptoribus praeter Ennium Ann. VIII, 277. 280

rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.
Macca manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

afferre satis est Claudianum in Ruf. II, 462

mella trahit, pennasque cient, et spicula tendunt.

81. *διατμήσσει*] Vel sine codicibus reponendum erat *διατμήγει*, quod ipsum exhibent NF. ED. PR. *διατμήγει* etiam exc. Bas.

82. *οὐδ' οἷος ποίμνης ἔπι βόσκεται*] *ποίμνη* cum neque de armentis nec, quod quis fortasse ex Homeri loco Odyss. IX, 122 effici posse opinetur, de pascuis dictum videatur, scripsisse poetam conicio aut *ποίῃ* (nam pluralis numerus hoc significatu non usitatus fuisse videtur) aut *βοτάναις*. Sed probabilius est *ποίῃ*, cui favet quodammodo quod in cod. N et Bas. exc. scriptum est *οὐδ' ὁποῖος ποίμνης*. Sequentia *οὐδὲ μὲν οἷος ὅστις ὑποδμηθεὶς ἐρύει* merito offenderunt Valckenarium, qui cum sublato versu *οὐδ' οἷος — οὐδὲ μὲν οἷος*, optime omnia coire existimat, non cogitavit versu 81 decsribi bovem aratorem, qui nullo pacto dici potest *ἐρύειν πολύφορτον ἀπήνην*. Hermannus, qui *οἷος ὅστις* defendi posse dicit, nihilominus scripsit *οἷος ἄστυδ' ὑποδμηθείς*, parum probabiliter; quamquam enim verum est quod dicit, id genus boum describi quod frugibus vehendis adhibetur, horum tamen latius patet usus nec solum frugibus in urbem vehendis continetur. Defendi potest sane *οἷος ὅστις* sic, ut id breviter dictum esse statuatur pro *οὐδὲ μὲν τοῖος, οἷός ἐστιν ὅστις*. At vix quemquam ita loqui voluisse credo. Iacobsio et nunc etiam Ameisio *οἷος αὐχέν' ὑποδμηθεὶς* scribendum videbatur, correctione satis violenta; Ahrensius denique *οἷος μάστι ὑποδμηθεὶς* edidit. Mihi ipsi, qui olim versus 82 et 83 insititios esse existimaram, a qua suspicione eos rectissime vindicavit Hermannus, mihi igitur nunc scribendum videtur

οὐδὲ μὲν οὐδὲ
οἷος ὑποδμηθεὶς ἐρύει πολύφορτον ἀπήνην.

In quibus cum alterum *οὐδὲ* excidisset, postea versus causa ab imperito librario *ὅστις* suppletum est. Nota sunt Homerica

οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἄναρχοι ἔσαν, οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν et similia.

86. *ὅσσε δ' ὑπογλαύσσεσκε*] Ita Valckenarius. Vulgo *ὑπογλαύκεσκε*, quod Schaefero *ὑπόγλαυκ' ἔσκε* scribendum videbatur. Cod. N *ὑπογλαύσεσκε*. Tum scripsi *καὶ ἵμερον ἀστράπτεσκεν* ex F, ubi *ἀστραπέεσκε* legitur. Vulgo *δι' ἵμερον ἀστράπτοντε*. Ed. pr. *ἀστράπτεσκε* liquido exc. Bas. Quod *ὅσσε* cum verbi numero singulari coniunxit, fecere idem sane etiam alii poetae, sed metri necessitate coacti, ut apud Homerum habes *δέρκεται ὅσσε*. At Moschum nihil prohibere poterat quominus scriberet *ὅσσε δ' ὑπογλαύσσεσκον ἰδ' ἵμερον ἀστράπτεσκον*. Non credo tamen aliquid mutandum esse.

91. *ἱμερτοῖο βοός*] Hinc Nonnus Dion. XV, 207 sumpsisse videtur *ἱμερτὰς ἐνόμευε βόας*.

92. *τηλόθι καὶ λειμῶνος*] Elegantius haec poeta ita scripsisset *τοῦ δ' ἄμβροτος ὀδμή κίδνατο καὶ λειμῶνος ἐκαίνυτο λαρὸν ἀυτμήν*.

94. *λιχμάζεσκε δέρην*] *δέριν* Hermannus et Ahrensius ex F, vereor ut recte. Vide quae de hac forma dixi ad Alciphronem p. 173.

97. *μυκήσατο*] Vulgo *μυκάσατο*, quae forma ab huius carminis dialecto aliena est; illud dederunt codices. Tum legebatur vitiosissime *φαίης κ' αὐλοῦ*. Cod. F et Bas. *φαῖε κεν*, unde correxi *φαιό κεν αὐλοῦ*. Ed. pr.

104. *νῶτον ὑποστορέσας*] Haec imitatur Nonnus Dion. I, 50 *ὑγροπόρος βοῦς κυρτὸν ἐπιστορέσας λοφίην ἐπιβήτορι κούρῃ δόχμιος ὀκλάζων, κεχαλασμένα νῶτα τιταίνων Εὐρώπην ἀνάειρε*, ubi corrigendum videtur *ὑποστορέσας*.

Ibid. *οἷά τε νηύς*] Bisyllabam formam agnoscit Etymol. M. p. 440, 17. Contra Eustathius ad Odyss. XXIII, 1 *ἡ δὲ νηῦς οὐ διαλέλυται*. Quod si verum est, facile evitare potuisset Moschus insolentiae crimen scribendo *οἷά τέ τις νηῦς*. Sed aliud quid latere docent codd. *νῆας* et *νῆα* praebentes: nec tamen probem Valckenarii *οἷά τ' ἀπήνα* (*ἀπήνη*). Ed. pr. De *νηΐς* bisyllabo non dubitandum videtur. Cf. Grammaticus Crameri

Anecd. Oxon. IV p. 337 et incertus poeta apud Zenobium Par. III, 41 *ἐγένετο καὶ Μάνδρωνι συκίνη νηῦς*, de quo v. Chol. poet. p. 177. Valckenarii emendationem probavi cum Hermanno; multum tamen praestat quod Ahrensius e Briggsii coniectura dedit *οἷά τ' ἐνηής πρηΰς τ' εἰσιδέειν καὶ μείλιχος*.

105. *πρηῢς δ'*] *πρηΰς τ'* codd., *πρηῢς δ'* Hermannus edidit, quem male secutus sum, vulgo *πρηῢς ὅδ'*.

107. *αἴσιμος ἀμφιθέει*] *ἀμφιθέειν* recte Hermannus, *ἀμφὶ θέῃ* Ahrensius, quod intellegere frustra allaboravi.

110. *ἣν θέλεν ἁρπάξας*] Male Schaeferus *ἣν ἔθελ' ἁρπάξας*. Neque enim elidi potest *εν*. Cf. ad vs. 156 et ad III, 125.

113. *ἀκτάων δ' ἐπιβὰς*] *ἀποβὰς* Ahrensius, quem sequi nolim.

114 — 117. Hos versus ad progressum orationis necessarios adieci ex FN. Expressit poeta Homeri locum nobilissimum Iliad. XIII, 27 sqq. Ed. pr. Eosdem versus habent excerpta Bas.

115. *ἡ δὲ τότ' ἐρχομένοιο*] Fortasse *τοί* scribendum pro *τότ'*.

117. *κυβίστεε*] Ionica haec forma est, qua usus est etiam Oppianus Cyn. IV, 263 *καί κεν ὑπὲρ πόντοιο κυβίστεον ἀσπαλιῆες*.

119. *ἀντοχέοντο*] Ita scripsi praeeunte Briggsio pro eo quod Ald. et codd. habent *ἀντεχόωντο*. Call. *ἀντοχέωντο*, exc. Bas. *ἐστιχόωντο*, ut coniecerat Scaliger, *ἀντεχέοντο* Wakefieldius. Malim nunc *ἐστιχόωντο*.

120. *ὑπεὶρ ἁλὸς*] N Bas. *ὑπεὶρ ἅλα Ἐννοσίγαιος*, hiatu vix ferendo: recepit tamen Ahrensius.

127. *πορφυρέην — πτύχα*] Hoc dedere FN pro vulgato *πορφυρέας — πτύχας*. De hiatu vide ad Theocr. XXIII, 42. Tum *ὄφρα μὴ ὤην δεύοι ἐφελκομένην* Auratus, *ὄφρα κε νηῶν δεύοι ἐφελκόμενον* codd. praeter F, qui *ὄφρα κε μή μιν*.

129. *ἀνέμοισι*] Libri *ὤμοισι*, quod primus Salmasius,

postea etiam alii correxere. In eadem re Ovidius Met. II, 875 *sinuantur flamine vestes*, et Nonnus Dion. I, 70 *καὶ βορέης φᾶρος ὅλον κόλπωσε*. Contrario errore apud Nonnum Dion. VII, 260 legitur *χαίτην πλαζομένην ἀνέμοισι*, ubi *ὤμοισι* scribendum videtur.

134. *τόσην ἀνενείκατο φωνήν*] Hoc dedi ex codd. pro *τοίην*, utpote horum poetarum usui accommodatum. Vid. Bion. V, 3. Musaeus HL. 121. Nonnus Dion. VI, 345. Coluthus RH. 305. Ed. pr.

135. *πῇ με φέρεις θεόταυρε; τίς ἔπλεο;*] *τίς ἔπλετο* N et Bas. Mirabundus video Ahrensium edidisse *πῇ με φέρεσθ' ὦ ταῦρ' ἐπιέλδεο*. Cf. ad III, 125.

136. *ἀργαλέοισι πόδεσσι*] Ita vulgo legitur, sensu aut nullo aut inepto. Exc. Bas. *ἀργαλέην πόδεσσι*, N *ἀργαλέην γε πόδεσσι*. Hinc in Anal. Alex. p. 125 scripsi *ἁρπαλέην νεπόδεσσι* ab Hermanno receptum, non ab Ahrensio qui edidit *κέλευθα ἀργαλέ' εἰλιπόδεσσι*. Quod Ameisio reponendum videbatur *ἀρκαλέοισι πόδεσσι*, significaret *torridis pedibus*, non *siccis*.

139. *τοι*] Ita Hermannus; libri *σοι*. Ad *ποτόν* e sequentibus assumendum *ἐξ ἁλός*. Vide ad Theocriti Id. XVI, 79. *ποῖον* autem ad sententiam idem ac si dixisset *πῶς*, *quo pacto potus ex mari tibi iucundus erit?* Similiter Sophocles Oed. T. 421 *ποῖος Κιθαιρὼν οὐχὶ σύμφωνος;* quod imitatus est Nonnus Dion. X, 91, qui Europae orationem suo more expressit Dion. I, 93 — 124.

142. *στιχόωσι*] Hoc ex optimis libris dedi pro *στείχουσι*, quod incedendi sensu posuit etiam Apollonius Arg. I, 30 *ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι*. Ed. pr.

150. *ἵλαος ἀντιάσειας. ἐέλπομαι εἰσοράασθαι*] Ita vulgo editur; hiatum orationis sustuli inserto quod F praebuit *ὃν* et *ἐέλπομαι* mutato in *ἔλπομαι*, quod et ipsum legitur in cod. N, qui *τέρπομαι* habet superscripto *ἔλπομαι*. Ed. pr. Post sequentem versum, cui corruptelae notam apposuit Ahren-

sius, nescio an unus versus exciderit talis fere sententiae: salvamque me in continenti sistentem.

153. *ἠύκερως*] Quod ex optimis libris revocavi, hoc quidem loco, ubi pulcritudo Iovis commemoranda erat, vulgato *εὐρύκερως* praestabilius est. Philostratus Imag. I, 16 de eodem tauro: *γέγραπται δὲ ὁ μὲν ταῦρος εὔκερώς τε καὶ λευκός.* Ovidius Metam. II, 855 *cornua parva quidem, sed quae contendere possis facta manu puraque magis perlucida gemma.* Ed. pr. *αὖτε* scripsi praeeunte Hermanno ex cod. N, vulgo *ὧδε.*

155. *κεὶ ἐγγύθεν*] Legebatur *καὶ ἐγγύθεν.* Sustuli orationis vitium *κεὶ* scribendo pro *καί*, quae certe lenissima est loci corrigendi ratio. Maiore molimine Hermannus, cum pro *εἶναι* in cod. N *εἶμεν* et in S *ἤμην* scriptum vidisset, locum ita refinxit:

αὐτός τοι Ζεύς εἰμι, καὶ ἐγγύθεν εἰδόμενός περ
ταῦρος ἔμεν· δύναμαι δὲ φανήμεναι ὅττι θέλωμι.

Paulo lenius Ahrensius correxit:

αὐτός τοι Ζεύς εἰμ', εἰ κἀγγύθεν εἴδομαι εἶναι
ταῦρος, ἐπεὶ δύναμαι τὸ φανήμεναι.

Quem quid moverit, cur *δύναμαί γε* attentaret, non perspicio. Nec ferri potest *εἰμὶ* elisum. Cf. ad III, 125.

156. *ὅττι θέλοιμι*] Legitur vulgo *ὅττ' ἐθέλοιμι.* Ultimae in particula *ὅτι* elisae exempla habet Theocritus XI, 54. 79. Simonides Athenaei I p. 32 c horumque exemplo Nonnus Dion. XXVI, 23. Consulto omisi Empedoclem vs. 333 *ὦ φίλοι οἶδα μὲν οὖν ὅτ' ἀληθείη παρὰ μύθοις*, ubi cum Clemens Alex. Str. V p. 235 Sylb. *οὖν' ἔτ'* habeat, legendum *οὕνεκ'.* Alia pronominis ratio, quamquam Odyss. XV, 316 recte fortasse Aristarchus scripsit *ὅττ' ἐθέλοιεν*, cui nihil simile reperias apud poetas Alexandrinos. Itaque e cod. N scripsi *ὅττι θέλοιμι.* F habet *ὅττι κε θέλοιμι.* Forma *θέλω* usus est Moschus supra vs. 112 *ἣν θέλεν ἁρπάξας*, ubi non recte Schaeferus *ἣν ἔθελ' ἁρπάξας*, et Theocritus XXV, 53. Recte Aelius Dionysius trisyllaba forma Homerum semper, ceteros epicos plerumque usos esse tradit, Eust. ad Hom. p. 800, 28. Cf. Gerhardum Lectt.

Apollon. p. 91. Et habet hoc carmen etiam alia quaedam ab severa lege dictionis epicae remota. Ed. pr. Coniunctivum *θέλωμι* requiri intellexit Hermannus. Qui cod. F scripsit voluit fortasse *ὅττι κε λῷμι*, quemadmodum etiam vs. 157 codices doricum *εἶμεν* et *ἦμεν* praebent.

157. *ἀνέηκε*] Hoc non Schaeferus demum ex coniectura scripsit pro vulgato *ἐνέηκε*, ut Hermannus dicit, sed optimorum codicum haec scriptura est.

161. *οἱ σκηπτοῦχοι ἅπαντες*] Ingeniose et vere, opinor, Hermannus *ἄνακτες* posuit pro *ἅπαντες*, neque legit hoc Nonnus Dion. I, 352 *καὶ διδύμη σφριγόωσα γονῇ κυμαίνετο γαστήρ*. Praeterea versum Hermannus excidisse statuit huiuscemodi:

Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ Λυκίης τ' ἐν πίονι δήμῳ.

164. *λῦσε δέ οἱ μίτρην, καί οἱ λέχος ἔντυον*] Non offendo in geminato *οἱ*. Similiter etiam vs. 12 *μιν* in eodem versu iteratur; nihilo minus praeferrem si in libris reperiretur *καὶ σφὶν λέχος ἔντυον ὧραι*.

166. *τέκε τέκνα καὶ αὐτίκα γίνετο μάτηρ*] In his *τέκε τέκνα* ex N scripsi iam olim; *τέκνα τίκτε* vulgo. Pro *αὐτίκα* Hermannus *αὐτόθι* scripsit; illud sane ineptum videri potest. Sed observasse mihi videor *αὐτίκα* nonnumquam ita poni ut respondeat nostro *alsbald*, quo quin recte et hoc et praecedente versu uti liceat quis dubitabit? Cf. Lucilius Anth. Pal. XI, 388 *εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν οὓς αὐτίκα γῆρας ἰάπτει*. Totum versum Moscho indignum statuit Valckenarius, quem Ahrensius secutus est; mihi si quis alius genuinus videtur.

III

5. *ἀνεμῶναι*] *ἀνεμῶνα* Ald. Call., *ἀνεμώνα* vulgo, *ἀνεμῶναι* Valckenarius.

7. *βάμβαλε*] *λάμβανε* libri, correxit Valckenarius.

19. *κεῖνος*] *τῆνος* Brunckius et Hermannus.

21. Hunc versum, quem libri post vs. 15 habent, cum

Heskinus aliique spurium iudicassent, huc transponendum esse intellexit Hermannus ita correctum *οἷά οἱ ἱμερτοῖς ποτὲ χείλεσι γῆρυς ἄειδεν.*

23. 24. *καὶ αἱ βόες αἱ ποτὶ ταύροις πλασδόμεναι*] Pro *ποτὶ* codd. fere *ποτὲ* receptum ab Hermanno. Non credo haec ita scripsisse poetam, qui si boves cum tauris errantes designare voluisset, *ἄμμιγα ταύροις* potius quam *αἱ ποτὶ ταύροις* scripturus fuisset. Et quid est quod vaccas, non etiam tauros lugere dicit? nam *αἱ βόες*, ubi sic cum tauris componitur, necessario de solis vaccis intellegi potest. Corrupta haec esse vidit etiam Ahrensius, qui *αἵ ποτε γαύρως* edidit, quod non imiter; nam ut recte boves *γαύρως superbe incedere* dici possint, non recte tamen eaedem *superbe errare* dicuntur. Quare persuasi mihi a poeta *αἱ ποτ' ἀναύροις* scriptum fuisse, idemque Wakefieldium coniecisse nunc demum video. Virgilius Ecl. X, 18 *oves ad flumina pavit Adonis.*

32. Post hunc versum Hermannus, ut strophae exaequentur, trium versuum lacunam notavit. Hunc sequi malim quam Ahrensium, qui antistrophae vs. 38. 39 et 41 eiecit.

34. *κηρῷ*] Ante Ahrensium *καρῷ.*

37. *εἰναλίαισι*] Cod. h *εἰναλίῃσι.* Iasia litora hic commemoranda esse praeclare vidit Hermannus, qui *Ἰασίῃσι* edidit.

38. *ἄυσεν*] Hoc ex cod. E iam in proecdosi commendavi, recepit etiam Hermannus; vulgo *ἄεισεν*, quod me invito servatum est. In verbis *ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδὼν* et vs. sq. *ἀν' ὤρεα μακρὰ χελιδὼν* non lusciniam et hirundinem dici sed Pandarei filias, adnotavit Hermannus. Nam sane neque luscinia in scopulis neque hirundo in silvis habitat. Legitur quidem in Euripidis loco apud schol. Aristophanis Ran. 93

πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσὸς εὐφυεῖς κλάδους,
χελιδόνων μουσεῖον,

sed ibi noli dubitare quin *ἀηδόνων* *) scribendum sit, quod qui

---

*) Frequens error. Proverbialis versus *ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι*, quem iam Diogen. II, 48 corruptum invenit, ita refingendus est *χελι-*

parodia lusit Aristophanes, suo consilio accommodate de loquacibus poetastris *χελιδόνων μουσεῖα* substituit. Hederae autem inprimis amans est luscinia. Cf. Sophocles Oed. Col. 671 *ἔνθ' ἁ λίγεια μινύρεται θαμίζουσα μάλιστ' ἀηδὼν χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις, τὸν οἰνῶπ' ἀνέχουσα κισσὸν καὶ τὰν ἄβατον θεοῦ φυλλάδα.*

40. Hic versus, vulgo post 41 lectus, in cod. legitur post 42. Eum in hanc sedem reduxit Hermannus; in proecdosi delendum duxeram, quod secutus est Ahrensius, qui, ut iam supra adnotavi, etiam 38 et 39 eiecit. Mihi hi versus maxime genuini videntur. Ac ne quem comparationum cumulatio offendat, adscribam similia aliorum. Theocritus XII, 3 *ὅσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μῆλον βραβύλοιο ἥδιον, ὅσσον ὄις σφετέρης λασιωτέρη ἀρνός, ὅσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικός, ὅσσον ἐλαφροτέρη μόσχου νεβρός, ὅσσον ἀηδὼν — ἀοιδοτάτη πετεηνῶν.* Oppianus Hal. II, 529 *ὅσσον γὰρ κούφοισι μετ' οἰωνοῖσιν ἄνακτες, ὅσσον ἀριστεύουσιν ἐν ἑρπυστῆρσι δράκοντες, αἰετοὶ ἢ θήρεσσι μετ' ὠμηστῇσι λέοντες, τόσσον καὶ δελφῖνες.* Nonnus Dion. XXII, 65 *οὐδ' ὅτε Τηυγέτης Ἀτλαντίδος — οὐ τόσον ἠρασάμην Νιόβης*

δόνες λέσχαισιν ἐγκαθήμενοι, non *ἐγκαθήμεναι*, de viris enim haec auctor versus dixerat in leschis tempus sermone loquaci fallentibus. Luscinia, quamvis propter continuum cantum *πολυκώτιλος* a Simonide dicta, nemo sanus tamen pro molestae loquacitatis exemplo utetur, neque id ab ullo populo vel in ulla unquam lingua factum reperitur. At hirundinis garrulitatem in proverbium abiisse praeter Aristophanem Ran. 681 docet Nicostratus Stobaei Flor. XXXVI, 8 *εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες ἐλέγοντ' ἂν (ἐγένοντ' ἂν?) ἡμῶν σωφρονέστεραι* (leg. *ἐμφρονέστεραι*) *πολύ.* Cf. Philemo Com. gr. IV p. 64 *ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ τὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ [σὺ δὲ καὶ χειμῶν' ὅλον προσλαμβάνεις].* Tale quid enim supplendum. In fragmento Alexidis apud Athenaeum IV p. 133b *σοῦ δ' ἐγὼ λαλιστέραν οὐ πώποτ' εἶδον οὔτε κερκώπην, γύναι, οὐ κίτταν, οὐ ἀηδόν' οὔτε τρυγόνα*, item scribendum *οὐ χελιδόν'*, eodemque modo Libanii locus IV p. 143 in Com. graec. III p. 420 allatus corrigendus est.

παρὰ γείτονι Λέρνῃ —, οὐ τόσον Ἰοῦς, οὐ Παφίης τόσον ἦλθον ἐς ἵμερον. Conferendus ipse Moschus infra 89 sqq.

41. Ἀλκυόνα] ἀλκυόνος vulgo. Quod in proecdosi conieceram Ἀλκυόνης (Ἀλκυόνας) recepit Ahrensius, Hermannus Ἀλκυόνα, quo praeeunte in sequentibus scripsi ὅτ' ἄλγεσιν ἴσχετο κήυξ, vulgo ἐπ' ἄλγεσιν. Pro ἴσχετο plerique codd. ἴαχε, ut edidit Valckenarius. Qui post hunc vulgo legitur intercalaris versus ἄρχετε — μοῖσαι, in pluribus codd. omittitur eiectusque est a Brunckio.

42. ἰδαίοισιν ἐν ἄγκεσι] Ita Brunckius e cod. Vind., quem secutus sum cum Hermanno, antiquae edd. ἠώοισιν, codd. ἠώνοισιν, ἰωνοῖσιν, οἰωνοῖσιν, vulgo ἀῴοισιν, Ahrensius οὐδὲ τόσον τρῴοισιν. Videtur aliud latere, nec dubium mihi nunc quin scripserit poeta ἰνδῴοισιν. Memnonia ostendebantur in toto oriente, in Asia minore, in Syria, Assyria, Perside Indis contigua, in Aegypto, Aethiopia. V. Iablonskium Synt. de Memn. §. 3. Iacobsium Abhandl. über Gegenst. d. Alterth. p. 4 sqq. De India nullum quidem disertum testimonium novimus; at Indos et Aethiopes promiscue dici nemo nescit. Cf. I. H. Vossius ad Virgilii Georg. p. 307.

44. Ante Hermannum post Βίωνος ineptissime plene distinguebatur. Restituit verum Hermannus, eiecto qui sequebatur post Βίωνος versu intercalari.

46. καθεσδόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις] Haec plurium librorum scriptura est. Ante Hermannum καθεσδόμεναι ποτὶ πρέμνοις.

47. 48. λυπεῖσθε πελειάδες] Cod. fere λυπεῖσθαι et λυπεῦσθαι, et pro πελειάδες partim πενθάδες partim γε πενθάδες, pro ἡμεῖς, quod plerique habent, alii ὑμεῖς. Ahrensius λυπεῖσθ' αἱ πενθάδες ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, in quo nescias quo sensu acceperit ὄρνιθες. Hermannus:

πενθάδες ὀρνίθεσσι πελειάδες, ἀλλὰ καὶ ἄμμες —

ut versus exciderit. In qua emendatione ὀρνίθεσσι *ceteris avibus* displicet; certe ad sententiam plane superfluum est. Graviter locum corruptum esse dubitari non potest. Audaciori coniectu-

rae si locus est, conici possit ὄρνιθες ab imperito librario additum esse, poetam autem scripsisse

αἳ δ' ὑπεφώνευν

πένθιμα 'λυπεύμεσθα' πελειάδες 'ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς'.

I. e. columbae vero lugubri et submissa voce dicebant 'nos quoque lugemus', traiectione subiecti fortasse iusto duriore.

51. *θησεῖ*] Ante Brunckium *θασεῖ*.

53. *τεᾶς ἔτι βόσκετ' ἀοιδᾶς*] Ald. *τεᾶς ἐπὶ βόσκετ' ἀοιδᾶς*. Vulgo *τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς*. Correxit Higtius. Pro *Ἀχὼ* Ahrensius *ἀχὰ* edidit.

54. *Πανὶ φέρω τὸ μέλιγμα;*] *μέλιγμα*, pro quo *μέλισμα* cum aliis scripsit Ahrensius, de tibiae cantu dixit Castorio apud Athenaeum X p. 454 f, de ipsa tibia Moschus.

57. *κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος*] Respexit opinor poeta Bionis carmen, cuius reliquias quasdam habemus fr. XII, ubi vide quae annotavi. Pro *μέλος* fortasse *τέλος*.

58. *ἱζομέναν μετὰ σεῖο*] *ἑζομέναν* ante Hermannum, quocum etiam *μετὰ σεῖο* scripsi, vulgo *περὶ σεῖο*, codices *παρὰ σεῖο*.

62. *βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει*] Inepta haec esse vidit A. G. Langius Opusc. p. 115 probabiliter corrigens *βοὰν δ' ἔτι σεῖο δοκεύει*. Ed. pr. Hoc nunc recepi; recepitque etiam Hermannus. Simile vitium sustuli e Theocriti I, 14. Pro *ἵζετ'* in initio versus vulgo *ἕζετ'* legitur; illud ex Ald. et cod. Par. posui cum Hermanno.

64. *βῶτα*] Revocanda librorum scriptura *βοῦτα*.

66. Post hunc versum recte unius versus lacunam indicavit Hermannus, excidisse suspicans aliquid huius sententiae:

αὐτὰ δὲ φθιμένοιο σέθεν μέγα πένθος ἔχουσα.

67. *ποθέει*] Ita Hermannus, *φιλέει* libri. Ibid. et 74 vulgo *φίλαμα* et *φίλασεν*; alteram formam ubique reponere debebam.

73. *μύρασθαι καλὸν υἷα*] Libri *μύρεσθαι*, quod correxi. Pro *καλὸν* probabiliter Hermannus *κλυτόν*. Tum vulgo *πολυκλαύστοισι*.

74. *πᾶσαν δ' ἔπλησας*] Codd. *ἔπλησε.* Schaeferus *δὲ πλῆσαι*, quod olim probabam recepitque Ahrensius.

76. Versum intercalarem addidit Hermannus.

78. *ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθοίσας*] Gaisfordus *ὁ δὲ πῶμ' ἔχε.* Forma *πόμα* inter Alexandrinos poetas unus, si recte memini, usus est Nicander Alex. 105. 299, quo tamen non utar ad tuendam eam in carmine Moschi. Ed. pr. Atticos Atticorumque aemulos non *πόμα* dixisse sed *πῶμα*, notum est post Porsonum ad Euripidis Hec. 579. Nec tamen ideo *πόμα* Graeculorum tantum esse dicere debebat Cobetus V. L. p. 85, nisi forte etiam Pindarus Nem. III, 135 in Graeculis habendus est. Sed Cobetus *δείνωσιν* amat.

83. *καὶ σύριγγας ἔτευχε*] Haec ad carmen aliquod spectare videntur, in quo Bio syringis struendae rationem monstraverat; reliquias eius carminis superesse suspicor fr. XIII.

Ibid. *καὶ ἀδέα πόρτιν ἄμελγεν*] Ita haec vulgo leguntur, et *ἀδέα* quidem pro *ἀδεῖαν* dixit etiam auctor carminis inter Theocr. XX, 8. Simile est quod Asii apud Athen. XII p. 525 f exemplo Oppianus dixit Cyneg. III, 323 *χθονὸς εὐρέος.* Cf. dissert. de Rhiano p. 127. Sed ineptum est quod *πόρτιν* Bion *ἀμέλξαι* dicitur, siquidem *πόρτιες* sunt *αἱ μήπω ὑπὸ ζυγὸν ἐλθοῦσαι μηδὲ ὀχευθεῖσαι — καὶ ἔτι ἀτελέστεραι τῶν δαμάλεων* schol. Theocr. I, 75. cf. Eustath. ad Od. κ, 410. Eam igitur ab causam *ἔθελγεν* coniciebam. Interim dedi *ἔμελπεν* e cod. Mediol. Ed. pr. Obsecutus sum fortasse iusto properantius pro *ἄμελγε* pugnanti Hermanno Annal. Marb. 1837 p. 235, *πόρτις* latiore sensu de vacca positum dicenti. Hoc fieri posse facile credo, fecitque ipse Theocritus pluribus locis, ubi nihil interest vaccae an vitulae commemorentur, hoc vero inauditum est nulloque exemplo comprobari licet *πόρτιν mulgeri.* Itaque non damnaverim quod codex praebuit *ἔμελπεν.* Quid enim impedit quominus Bion adamatam aliquam ipsique prae ceteris caram vitulam in carminibus suis celebravisse existimetur? Ad certa autem Bionis carmina respicere passim in hoc epicedio Moschum, docent quae modo de syringe dixi et quae praeterea

ad vs. 57. 85 annotavi. Hoc tamen incommodi habet *ἔμελπεν*, quod eodem verbo poeta vs. 81 usus est, quod eximiae horum poetarum elegantiae variandae orationis studiosissimorum repugnat. Itaque nondum displicet quod olim conieci *ἔθελγεν*, *mulcebat, er streichelte,* quamquam etiam *ἔθαλπε fovebat* conici potest.

84. *καὶ τὸν ἔρωτα*] Hoc etiam ad carmen aliquod referendum videtur, in quo simili lusu Bio usus erat ac poeta Anacreonteus apud Bergk. PL. p. 813. Quamquam haec etiam sic interpretari licet: Amorem fugitivum poeta receperat sinuque fovebat nec reddere quaerenti matri volebat; hinc est quod dicit *καὶ ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν*.

87. *κλυτῇ*] Imo *κλυτά*, ut plures libri habent. At vs. seq. *Ἄσκρῃ* recte habent codd., pro quo *Ἄσκρα* ne dorici qudem poetae scripserunt.

89. *βοιωτίδες ὗλαι*] Palmerius *Ὕλαι*, ubi natum esse Pindarum nemo memoriae prodidit; unus cod. *ἄκραι*, quod fortasse verum est, quamquam nec *ὗλαι* male legitur. Ed. pr. Egregie Hermannus *Ἶλαι*, quod recipere debebam. Ahrensius ad *Ὕλαι* rediit.

90. *Ἀλκαίῳ πέρι κείρατο*] Ita Hermannus in notis, vulgo *Ἀλκαίω πέρι μύρατο*. Malim *Ἀλκαίῳ ἔπ' ὀδύρατο*. Tum *ἐραννὰ* Heringa, vulgo *ἐρύμνα*, codd. fere *ἐρεννά* vel *ἐρέννα*.

91. *ὃν ἀοιδὸν*] Ita Wakefieldius, vulgo *τὸν ἀοιδόν*.

93. Qui hic vulgo additi leguntur sex versus sane elegantissimi

πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα βωκολιασταὶ
ἐκ Μοισᾶν, σέο πότμον ἀνακλαίοντι θανόντος·
κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν
ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι
δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει, ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἅλεντι Φιλητᾶς,

in nullo codice reperti sunt; Musuri esse diserte testatur qui primus eos ceteris immiscuit Callierges, de qua re vide quae accurate disseruit A. F. Naekius Progr. acad. Bonnae 1827 (Opusc. I

p. 161). Ed. pr. Post *Μυτιλάνα* (ante Ameisium *Μιτυλάνα*) duorum versuum lacunam notavit Hermannus.

94. Intercalarem versum adiecit Hermannus, quattuor versuum post hunc perditorum lacuna indicata.

95. *Συρακοσίοισι*] *Συρακοσίαισι* cod. h, quod *Συρακόσσαισι* scribi potest.

96. *μέλπω μέλος*] Probabiliter *πέμπω* Hermannus.

97. *ἅν τὺ διδάξαο*] Ita Hermannus, *ἥντ' ἐδιδάξαο* vulgo.

98. *ᾇ με γεραίρων*] Ita vulgatam scripturam *ἄμμε γεραίρων* correxit Briggsius.

102. *ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα*] Recte Hermannus *ἠδὲ* pro *ἤ*. Wordsworthius ad Theocr. XIII, 42 malebat *καί*.

104. *καρτεροὶ οἱ σοφοὶ*] *καρτεροὶ ἢ σοφοὶ* Call., *καρτερικοὶ σοφοὶ* ceteri; correxit Briggsius.

105. *ὁππότε*] *ὁππόκα* Brunckius et Hermannus.

107. *ὧν*] Libri *ἐν*, correxit Wakefieldius.

109. *τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι*] Fort. *τῷ δέ κεν οὐ φθονέοιμι*. Vide Hermannum.

110. Post hunc versum novem versuum lacunam indicavit Hermannus, quem vide ipsum rationes suas explicantem.

111. 12. *τοιούτοις*] Fortasse recte *πῶς τεν τοῖς* Iunt. Hermannus scripsit *πῶς τοίοις*. Ahrensius *φαρμάκω εἶδος ποῖον σοῖς χείλεσσι*. At *ἰδεῖν φάρμακον* rectissime dictum esse etiam Hermannus adnotavit. Cf. Posidippus Com. graec. IV p. 517 *τὴν Ἠλιαίαν εἶδε*, de quo recte nuper statuit Cobetus. Eiusdem generis est hoc Eubuli apud Athenaeum I p. 25 d *πικρὰν στρατείαν εἶδον*, ubi nil mutandum.

114. *ἢ δοῦναι χατέοντι*] Pro *χατέοντι* libri *καλέων τοι καλέοντι, λαλέοντι*. Recepi emendationem Hermanni. Cum eodem scripsi *φάρμακον ἔκφυγεν ᾠδαν*, pro quo vulgo legitur *φάρμακον; ἢ φύγεν ᾠδάν*. Et *ἔκφυγεν* praeter al. etiam Iunt. Call. habent. Ahrensius *τὸ φάρμακον ἄσυχον ᾠδάν;*

116. *ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας*] Recte Briggsius *consequi solet*. Mox *ἔτι* Hermannus, libri *ἐπί*, quod me invito relic-

tum est: hoc tenens Ahrensius versu sequente *δάκρυσί πα* scripsit, ac sane pro *δακρυχέων*, quae Iunt. scriptura est, codd. habent *δάκρυα καί*, quod Ahrensius ad Bionis Epit. Adon. p. 61 ita tuetur, ut durissimum zeugma elegantissimo poetae affinxerit.

120. *ὥς κεν ἴδοιμι*] Schaeferus *ὥς κέ σ' ἴδοιμι*. Mox malim *μελίσδεαι* vel *μελίσδῃ*.

123. 24. *ἐνναίοισιν ἔπαιζεν ἐν ἄγκεσι*] Ante Ruhnkenium *αἰτναίοισιν*, qui *ἄγκεσι* latere vidit in lectione cod. Vind. *ἄγγεσι*; voluit idem Brunckius: vulgo *ῥόσι*. Quod in proecdosi Ruhnkenio adversari dixi Oppianum Hal. III, 489 *Περσεφόνην ἥρπαξεν ἀπ' αἰτναίοιο πάγοιο*, nihil est; nec plus tribuendum Silio Ital. XIV, 231 vel Iohanni Lydo de Mens. IV, 85 *ἐν Αἴτνῃ τῆς Σικελίας τὴν ἁρπαγὴν μυθολογοῦσι τῆς κόρης*. Quibus locis et si qui forte alii reperiuntur, Ennam pro Aetna restituendam esse, post Cluveri et Hermanni disputationem dubium esse non potest. Quod Ahrensius enim ad Bionis Epit. Ad. p. 33 dicit, Aetnam apud Oppianum tutari ipsam vocem *πάγος*, quam de pratis Ennaeis intellegi non posse, non meminerat Ennam in alto et undique praerupto loco sitam fuisse, ut constat e Strabone Livio Cicerone aliisque, quorum testimonia vide apud Cluverum Sicil. Ant. II, 7 p. 315 sqq.

125. *ἐσσεῖϑ' ἁ μολπά*] Nullum praeterea in Bionis Moschique carminibus huius elisionis exemplum est, nisi quod apud Moschum IV, 3 legitur *σώζετ' ἐπὶ ῥεϑέεσσι*, ubi quamquam *σῶον* scribi potest, non credo tamen aliquid mutandum esse; at in nostro versu scribendum suspicor *ἔσσεται ἁ μολπά*. Cf. ad Theocr. XXVII, 63. Ut etiam hanc ob causam reiciendum sit quod scripsit Ahrensius Mosch. II, 135 *φέρεσϑ' ἐπιέλδεο*. Non minus severe hi poetae abstinuerunt ab elisione tertiae personae in *εν*, cuius certum exemplum non novi nisi hoc Moschi IV, 111 *κάππεσ' ὀλισϑών*. Quae enim in editione Ahrensii reperiuntur Bion. V, 8 *ἄνυσ' Ἀπόλλων* et Mosch. VI, 4 *ἔσμυχ' ἐπαμοιβά*, ipse demum intulit editor. Apud Bion. I, 82 scribendum *ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαινεν, ὃ δ' εὔπτερον ἆξε φαρέτραν*. Iam apparet etiam cur praeter allatam p. 437 causam re-

iecerim Schaeferi emendationem apud Moschum II, 110 ἣν ἔθελ' ἁρπάξας. Ne in εἰμί quidem ultimam abici potuisse credo, quod fecit Ahrensius Mosch. II, 155. Pseudotheocr. XXVII, 6. Easdem has leges a sectae Nonnianae poetis observatas esse constat, quibus ut in toto dicendi genere versuumque structura ita etiam in his rebus praeluserunt Bion et Moschus et qui horum exemplum secutus est scriptor inter Theocritea carminis XXVII.

128. κ' αὐτὸς] Ante Hermannum καὐτός.

IV

15. εἵλετο θυμὸν] ὤλεσε θυμὸν cod. S, receptum ab Ahrensio, non recte, ut mihi videtur. Certe apud Homerum constanti et perpetuo usu θυμὸν ὀλέσαι est *interfici*, θυμὸν ἑλέσθαι *interficere*.

21. ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις] Malim ὡς δ' ὅτ' ὀδύρεται ὄρνις, quamquam cum codices habeant ὡς δ' ὄρνις ὀδύρεται vel ὀδύρηται, videndum est ne potius ita scriptum sit a poeta ὡς δ' ὄρνις μύρηται, nam δύρηται, quod quis coniciat, vix ferendum in carmine epico. Ed. pr. Recepit ὡς δ' ὄρνις δύρηται Ahrensius. Ipse nunc edidi, quod conieceram ὡς δ' ὅτ' ὀδύρεται ὄρνις, recepit etiam Hermannus, favetque Iunt. et Call., in quibus est ὡς δ' ἔτ' ὀδύρεται.

25. ἥ τέ οἱ αὐτῇ] Legebatur ἣ γάρ οἱ αὐτῇ, quod correxi.

27. φίλον γόνον] Hoc scripsi e Iunt. et S, φίλον τέκος vulgo.

28. πολλὸν] πάντῃ Hermannus, recte ille πολλὸν ferri posse negans. Fortasse πολλὴ scribendum.

30. κεῖσθαι φαρμακόεντα] Ahrensius κεῖσθαι ἄφαρ πηχθέντα. Potuisset lenius κεῖσθαι ἄφαρ μορόεντα, vel ἄφαρ κρυόεντα. At φαρμακόεντα ἰὸν poeta non *sagittam* dicere videtur, sed *venenum*, quod se bibisse optat in caede liberorum. Post hunc versum Wakefieldius alium excidisse existimat, quem talem fere fuisse conicit Hermannus: ἦ καὶ σοῖς ἀγα-

νοῖσιν ὑπαὶ βελέεσσι δαμῆναι. Quae crisis multo probabilior est quam Ruhnkeniana, qui vs. 31 aliunde huc illatum suspicatur.

32. τῷ χ' ἡμᾶς] χήμέας Hermannus, τῶ χήμέας Ahrensius. Mox ἐν χερσί scripsi e cod. Flor. pro vulgato ἐπὶ χερσί, secutus est Hermannus. Margo C ἐνὶ χερσί. Cf. ad Theocriti Id. III, 40. In fine τοκῆε Hermannus.

36. Θήβην κουροτρόφον] Legebatur ἱπποτρόφον, cui non unam ob causam meliorum librorum scripturam praetuli.

37. βαθεῖαν βῶλον ἀροῦντες] Non credo haec sine labe esse; non tam propter ἀροῦντες, quod Hermanno ἔχοντες scribendum videtur, quam propter debilem quarti pedis spondeum. Cf. Gerhard. Apoll. lect. p. 147.

38. Ἥρης] Ante Brunckium Ἥρας.

40. αἰὲν ὁμῶς] Ante Brunckium αἰεὶ ὅμως.

42. πολέων γάρ οἱ ἔργον] Ita libri, scribendum δέ pro γάρ, ut correxit Hermannus.

45. λείβεαι] Non probaverim quod ex S Ahrensius dedit λείβεται, quod hic certe ad constructionem perquam durum est. Post hunc versum qui propter comparationem imperfectam lacunam indicavit Hermannus, vereor ne iusto suspicacior fuerit.

46. ἤματα πάντα] Hoc recepi ex codd., vulgo ἦμαθ' ὁπόσσα. Hermanno aut κλαίουσ' ὅσα τ' ἐκ Διὸς ἤματα πάντα, aut κλαίουσα τά τ' ἐκ Διὸς ἤ. π. scribendum videtur. Horum alterum verum puto.

48. δὴ γάρ σφε δόμον κάτα τοῖχος ἐέργει] Legebatur οὐ γάρ σφε δόμων κατὰ τοῖχος ἐέργει. Hermannus Opusc. V p. 45 τοιγάρ σφε δόμον κάτα, quod ita secutus sum, ut οὐ γὰρ non in τοιγάρ, sed in δὴ γὰρ mutarem. Sic enim Moschus II, 77 δὴ γὰρ ἀλευόμενός τε χόλον — κρύψε δέμας, et ibid. 103 δὴ γὰρ ἁπάσας νῶτον ὑποστορέσας ἀναδέξεται. Ed. pr. Hermannus nunc edidit οὐ γάρ σφε δόμῳ κάτα τοῖχος ἐέργει; cum interrogatione.

56. μήλων] Recepi cum aliis Wakefieldi emendationem μᾶλλον.

61. ὧδε μετηύδα] Hermannus προσηύδα.

67. *ἀριθμήσειεν*] *ἀριθμήσειν ἓν* Hermannus, *ἅλις θρηνῆσαι* Ahrensius. Reliqui librorum scripturam quamvis corruptam, at verum videtur quod scripsit Hermannus.

68. *θάρσει· οὐ τοιῆσδ'*] Ita legebatur ante Hermannum, idem *ἐπεκύρσαμεν* dedit pro *ἐκυρήσαμεν*. Confirmat cod. C, in quo est *τοιῆσδ' ἐκύρσαμεν*.

76. *ὀμόσσαι*] Ante Brunckium *ὀμόσσῃ*.

77. *δυσμενέων*] Ahrensius edidit *μὴ μὲν ἐγὼ μηδέν σε*, post *ὀμόσσαι* commate incidens, quae parum probabilis coniectura est. Hoc tamen rectissime intellexit, *δυσμενέων* ad sententiam perincommodum esse, sive illud pro participio sive pro genetivo habeatur omnis. Videtur loci difficultas tolli posse, si vs. praecedente scribitur *ὥστε μέγα βλαφθείς τις* hoc sensu, quas utinam hostium nostrorum aliquis (non qui amicus nobis) sciens periurio laedat.

78. *στέργειν ἤ εἴπερ μοι*] Hermannus *στέργειν μ', ἠέ περ εἴ μοι*. Tum *νηδυιόφιν* Valckenarius, libri *νηδυόφιν*.

83. *οὐδὲν γὰρ νεμεσητόν*] Revocavi *οὐδέν*, cui substituerunt debili auctoritate stabilitum *οὐθέν*, qua forma nullus unquam usus est poeta epicus. Unus codex *οὐθὴν γάρ*, quod ferrem si scriptum esset *οὐ γάρ θην*. Ed. pr. Hoc nunc recepit Hermannus; Ahrensius *οὐ θὴν γάρ*, quod expecto quo pacto tuiturus sit. Similiter non *οὔ θην μὲν* dicitur, sed *οὐ μέν θην*, veluti apud Aratum Phaen. 499 et Oppianum Cyn. II, 612. In Moschi loco etiam *οὐ μὲν γάρ* legi potest.

85. Versum multis modis corruptum ita scripsit Hermannus *καί περ πρίν τ' ἰδέειν μιν, ἐμῷ δ' ὑπὸ ἤπατι εἶχον*. Ego tentabam *πρίν περ καὶ ἰδέειν μιν, ἐμῷ ὑπὸ κῆρι φέρουσα*, i. e. *ὑπὸ καρδίᾳ, ὑπὸ σπλάγχνοις*, ut Hom. Il. π, 481.

86. *Ἀιδονῆος*] *Αἰδωνῆος* cod. S, quod recepit Ahrensius. Apud Nonnum Dion. XXX, 172 Graetius edidit *αἴθε καὶ Ἀιδονῆα δυνήσομαι ἠπεροπεύειν*, cum antea legeretur *Ἀδωνῆα*, quod fortasse *Αἰδωνῆα* scribere sufficit. De quadrisyllaba forma dixi Analectis Alex. p. 91.

87. *ὧδέ ἑ δυστοκέοισα*] Cod. S *δυστοκέσουσα*, in quo latere videtur *δυστοκέουσα*, quod unice huic loco accommodatum est. Ed. pr. Probarunt Hermannus et Ahrensius, nec dubitavi nunc recipere.

88. *υἱὸς*] *οἷος* libri, correxit Valckenarius, fortasse tamen rectius Hermannus *οὗτος*.

93. *ἕρπῃ*] *ἕρδοι* libri, *ἕρδῃ* Schaeferus, *ἕρπῃ* Hermannus. 101. *ἔμελλεν*] Male e cod. S edidit Ahrensius *σπεῦδεν*. 115. *αὕτως*] *αὐτοῦ* libri praeter cod. S, qui *αὕτως*, ut edidit Ahrensius.

116. *ἀνειρύσσῃ*] Legebatur *ἀνειρύσῃ*.

121. *φαίνετο δῖα*] Hoc posui ex cod. S, *φαίδιμος ἦλθε* vulgo. 125. *παρὲκ τελέσειε*] Legebatur *παρεκτελέσειε*.

V

Servavit Stobaeus Flor. LIX, 19 cum lemmate *ἐκ τῶν Μόσχου βουκολικῶν*.

2. *οὐδ' ἔτι μοι γᾶ*] *οὐδέ τι μοῖσα* libri, correxit Simon Bosius.

3. *ποθέει δὲ πολὺ πλέονα μεγάλα ἅλα*] Fortasse *ποθέω δὲ πολὺ πλεῖον μέγα λαῖτμα*. Verba *πολὺ πλεῖον* in eadem versus parte habemus apud Moschum Id. I, 22. Ed. pr. Hoc recepi, protulitque eandem emendationem nunc Hermannus, nisi quod *ποθινὸν* scripsit pro *ποθέει*, cuius loco in codd. A et Vind. est *ποθίῃ*, in Voss. *ποθιῃ* (superscr. *ει*), Trinc. *ποθίῃ*, at *ποθεὼ* habet Par. B.

6. *παπταίνω*] Trinc. *παπταίνων*, quo probato Valckenarius maluit in sequentibus *τὰν ἅλα φεύγω*, atque ita etiam Hermannus. Editae scripturae mutandae nulla causa est.

7. *χᾆ δάσκιος εὔαδεν ὕλη*] Libri *τάχα δάσκιος*, quod *χᾆ δάσκιος* scribendum esse primus intellexit H. Stephanus. Verba *εὔαδον ὗλαι* hinc derivavit Nonnus Dion. XVI, 91.

10. *ἰχθύες*] Ita praeter alios Wordsworthius praef. ad Theocr. p. 23 correxit librorum scripturam *ἰχθύς*.

13. *τὸν ἀγρικὸν οὐδὲ ταράσσει*] *ἀγροῖκον* et *ἄγροικον* codd., *ἀγροῖκ'* Trinc., *τὸν ἄγριον* Grotius, Hermannus *τὸν ἄγχιμον* vel *τὸν ἀγχόθι κοὐχί*, quorum neutrum probaverim. Non dubito quin verum sit *τὸν ἀγρικόν*, non ut *ἀγρικός* idem sit quod *ἀγροῖκος*, sed ut significet *ruris amantem*, ut *φονικός* dicitur pro *φόνου ἐρῶν* et multa id genus alia.

VI

Servavit Stobaeus Flor. LXIII, 29 cum lemmate *ἐκ τῶν Μόσχου τοῦ Σικελιώτου βουκολικῶν*.

1. *Ἦρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχώ*] Similiter utramque verbi formam in eodem versu coniunxit Theocritus XVIII, 21 *ἦ μέγα κέν τι τέκοιτ', εἰ ματέρι τίκτοι ὁμοῖον*, cuius generis aliquot exempla attulit Lobeckius ad Aiacem p. 327. Sed eorum tamen alia ac nostri loci ratio est, in quo *ἤρατο* scribendum videtur. Ed. pr. Recepit hoc Ahrensius, frustraque opinor repugnat Hermannus. Variant poetae formas ubi metri necessitas cogit, ut in allatis exemplis. Consimili ratione *τρὶς* et *ἐς τρὶς* iuxta posuit Theocr. Id. II, 43 *ἐς τρὶς ἀποσπένδω καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ*. Confer praeterea quae dixi ad Theocrit. XXVII, 63. Ceterum *ἤρατο* iam ante me correxit Wakefieldius.

4. *ἀμοιβά*] Ante Hermannum *ἀμοιβᾷ*, Ahrensius *Ἔρως δ' ἔσμυχ' ἐπαμοιβά*, quod cur improbem dixi ad III, 125.

6. *ἠχθαίρετο πάσχε δ'*] Ita recte editur in Stobaeo; *ἐχθαίρετο* typothetae error est in nostra editione. Cod. A *ἤχθαιρεν δ' ἔπασχε δ'*, Voss. *ἔχθαιρε δόπασχεδ*, Trinc. *ἔχθαιρε δόπασχε δ'*. Tum *ἀποίνα* Trinc., *ἄποινα* vulgo, *ἃ ποίει* et *ἃ ποίῃ* codd.

VII

Servavit Stobaeus Flor. LXIV, 19 cum lemmate *ἐκ τῶν Μόσχου τοῦ Σικελιώτου βουκολικῶν*.

2. *ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ*] Imitatur Nonnus Dion. XXXVII, 172 *Ἀλφειοῦ δυσέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθουσαν ἱκάνει ἄβροχον ἕδνον ἔρωτος ἄγων στεφανηφόρον ὕδωρ*. Cf. poeta incertus Anthol. Pal. IX, 362 *ἱμερόεις Ἀλφειέ, Διὸς στεφανηφόρον ὕδωρ, ὃς διὰ πισαίων πεδίων κεκονιμένος ἕρπεις*.

4. *ἐμβαίνει*] *ὑββαίνει* Hemsterhusius.

5. *κοὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ*] Gregorius Nazianzenus Carm. III, 597 *ἀλλ' ἔμπης ποταμὸς πικρὴν διανήχεται ἅλμην καὶ ποταμός περ ἐών, οὐδ' ὕδατι μίσγεται ὕδωρ*.

7. *κῶρος δεινοθέτας*] Hemsterhusius *κῶρος ἀγωνοθέτας*, quo sic usus est Hermannus ut *δεινὸς δ' ἀθλοθέτας* restitueret. Lenius, non dixerim melius, posuit Ahrensius *κῶρος δή νυ θεᾶς κακομαχάνου*.

VIII

Servavit Anthol. Planud. IV, 200 cum lemmate *Μόσχου εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα*. Versu quinto *πλῆσον* Vulcanius, Plan. *πρῆσον*, Valckenarius *βρέξον*, Ahrensius *πῖσον*. Unice verum est *πλῆσον, foecunda agros*. Paulo aliter, sed tamen ut *πλῆσον* eum legisse appareat, Macedonius in Anth. Pal. VI, 40

δὸς δὲ βόε ζώειν ἐτύμω καὶ πλῆσον ἀρούρας
δράγματος, ὀλβίστην ἀντιδιδοῦσα χάριν.

Idem verbum eodem sensu restituendum est Aeschylo apud Athenaeum XIII p. 600a

ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν,

ubi nescio monstrose an ridicule dicam nuperrime coniectum est *θρώσκειν*. Aeschylus scripserat *πλῆσαι* eodem significatu quo *γεμίζειν νηδύν* dicitur, genitali semine implere.

Praeterea Moscho Valckenarius assignavit hos versus in Anthol. Pal. IX, 136 servatos:

Αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε δασύτριχα μῆλα νομεύειν,
ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος ἢ ὑπὸ πέτρης

συρίσδων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας·
πιερίδες, φεύγωμεν ἐυκτιμένην πόλιν, ἄλλην
πατρίδα μαστεύσωμεν· ἀπαγγελέω δ' ἄρα πᾶσιν,
ὡς ὀλοοὶ κηφῆνες ἐδηλήσαντο μελίσσας.

Eos incerto auctori Planudes, Cyro Panopolitano, poetae sub Theodosio M. claro, tribuit epigraphe Pal. *Κύρου τοῦ μεγάλου ποιητοῦ, ἡνίκα ἔμελλεν ἐξορίζεσθαι ἐκ τῆς πόλεως, θρῆνος ὃν εἶπε πρὸς αὐτῇ τῇ πύλῃ τῆς ἀκροπόλεως.* Cui cur fides deneganda sit, nulla causa est. Ad priora comparanda haec Nonni Dion. XVI, 321 *αἴθε πατήρ με δίδαξε τελεσσιγάμου δόλον οἴνου,* et quem locum etiam Passovius apud Iacobsium attulit XX, 372 *αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε μετὰ κλόνον ἔργα θαλάσσης.* Haec e Cyri versibus manifesto expressa sunt, quae res eam ob causam memorabilis est, quod inde Nonnum non antiquos tantum poetas imitatum esse intellegitur. Seriorem carminis originem ostendit etiam illud *ὥς κεν τέρπεσκον.*

EPIMETRUM

DE PROVERBIIS PAROEMIACIS

Permultus apud Theocritum proverbiorum anapaesticis numeris inclusorum usus est: *ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά* XV, 26. *ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνήμα* XVI, 18. *ἔβα ποκὰ ταῦρος ἀν' ὕλαν* XIV, 43. *μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς* XV, 95. *τί τὸν φεύγοντα διώκεις* XI, 75. *τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ* XXI, 36. *χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι* X, 11. Quorum omnium quin primitivam formam poeta reddiderit, non eam quam hexametri versus necessitas iniungeret, eo minus dubitandum est, cum graecus sermo talium proverbiorum ditissimus fuisse reperiatur. Nimirum Graeci, quos ipsa natura ad poesin formaverat, cum omnibus quae agerent dicerentve poeticum quendam habitum induerent, etiam proverbiorum lubenter ea usi sunt specie, quae rhythmicum motum referret. Qua in re cum aliis formis usi sunt, tum etiam anapaestica maximeque ea, quae hanc ipsam ob causam, quod in adagiis usitata erat, paroemiaca appellata est. Cf. Hephaestio VIII p. 46. Eorum exempla cum magnam partem collegerim, hoc loco ad genera sua revocata hic apponam, qua in re sic versabor, ut primum quae paroemiacum versum sive purum sive cum anacrusi referunt, proponam, quibus deinceps subiungam ea quae paroemiaco similes formas habeant.

1. *Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον: ἐπὶ τῶν τὰ δευτερεῖά τισι διδόντων* Zenobius I, 12.

2. *Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες*: ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἔλεον ῥεπόντων Zenobius I, 14. ubi vide interpretes.

3. *Ἀγναμπτότατος βάτος αὖος*: ἐπὶ τοῦ σκληροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον Zenobius I, 16. Paulo aliter Diogen. I, 13 ἀγναμπτότερος βάτου αὔου.

4. *Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ*: ἐπὶ τῶν βουλομένων μὴ ἐν πράγμασιν εἶναι Suidas p. 43.

5. *Ἀνὰ σοὶ τάδε πάντα λέπαργε*: ἐπὶ τῶν οὐδὲ μετὰ τὸν κάματον ἀνιεμένων, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν· ἐπειδὰν γὰρ ἀπολυθῶσι τοῦ ἔργου, εἰώθασιν οἱ γεωργοὶ τῷ δυνατωτέρῳ ἐπιτιθέναι τὸν ζυγὸν καὶ τὰ σκεύη Suidas. Cf. ad Theocriti Idyll. IV, 45·

6. *Ἄλλοι κάμον ἄλλοι ὄναντο*: ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα κληρονομησάντων Zenobius I, 65, ubi male editur ὤναντο et additur in fine τὰ ἀλλότρια, quod recte omittit B et Suidas.

7. *Ἄλλο γλαὺξ ἄλλο κορώνη* [φθέγγεται]: ἐπὶ τῶν τοῖς κρείττοσιν ἐριζόντων, ἤτοι ἐπὶ τῶν ἀλλήλοις οὐ συμφωνούντων Zenobius I, 69. Recte φθέγγεται seclusit Bergkius, cuiusmodi additamentis non raro genuina proverbiorum forma obscurata est, velut apud Zenobium IV, 85 editur λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει. At recte Bodl. τρέχει omittit, est enim glyconeus, quo metro etiam alia adagia concepta sunt, e. c. *Λυγκέως ὀξύτερον βλέπει* Append. III, 71. μισῶ μνάμονα συμπόταν apud Plutarchum Stobaei Flor. XVIII, 28. Sympos. p. 612 c. Martialem Epigr. I, 27. Γελλοῦς παιδοφιλωτέρα apud Suidam p. 238. Idem metrum latinae cantilenae apud Macrobium restitui Exercitt. in Athen. II p. 23. Adde Frontonis Epist. I, 2 *aliud scurrarum proverbium* '*en cum quo in tenebris mices.*' Etiam pherecratei versus exempla reperiuntur, ἄνθος ἐν μετοπώρῳ apud Eustathium Opp. p. 308, 63. 335, 28. ποικιλώτερος ὕδρας ap. Diogen. VII, 69. ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ Zenob. I, 67. πρὸς

τὸν σῶρον ἀμᾶσθαι Suidas p. 897. πρὸς κωφοὺς ἀποπέρδεις in Boissonadi A G. I p. 396. ἄλλην δρῦν βαλάνιζε Diogen. I, 19 et cum anacrusi pro basi Βοῦθος περιφοιτᾷ Zenob. II, 66. κύων ἐπὶ δεσμά (φάτνην) Suidas p. 639. μὴ παιδὶ μάχαιραν Plutarchus Stobaei Flor. XXXIII, 136. οὐδ' ἐντὸς Ἰωροῦ Append. IV, 39. Lobeck. Path. I p. 74. et anacrusi soluta μέγα τ' ἄγγελος ὀρθός App. III, 81, ubi editur μέγα τοι ἄγγελος.

8. Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις: ἐπὶ τῶν δυσφράστων καὶ δυσνοήτων Zenobius I, 57 ex oraculo Aeginetis dato.

9. Αὐτὴ νῦν ἡ σοφία ζῇ: ἐπὶ τινὸς εὐδοκιμοῦντος Suidas p. 198 et hinc Arsenius p. 84.

10. Ἀποτίσεις χοῖρε γίγαρτα: οἷον ὧν κατέφαγες, ἀποδώσεις πλείονα Diogen. III, 32.

11. Ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν: τῷ ὅρκῳ οἱ Πυθαγορικοὶ ἐλέγοντο χρῆσθαι καὶ ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν Theon de Mus. p. 155. Plura apud Lobeckium Aglaoph. p. 718.

12. Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιεῖται: ἐπὶ τῶν εὐχερῶς ἐπὶ κακῷ σφῶν ἑπομένων· οἱ γὰρ βόες πρᾶοι ὄντες ῥᾳδίως τοῖς δεσμοῖς ὑπείκουσι Zenobius II, 69. Ita enim ex B legendum pro ὑπακούουσιν. Non pertinet huc allatus ab intpp. versus apud Ciceronem ad Att. VIII, 5 ῥίψας πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα, qui Callimachi est ex Hecale, ut vidit M. Hauptius.

13. Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις: ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων τὰ προστάγματα πληροῦν διὰ τὸ ἀναγκαῖον αὐτὸ γενέσθαι Zenobius II, 98.

14. Δέχεται καὶ βῶλον Ἀλήτης: ἐπὶ τῶν πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον ἐκδεχομένων Zenobius III, 22.

15. Δῶρον δ' ὅτι δῷ τις ἐπαίνει: αὕτη κόμμα ἐστὶ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος Μυσκέλλῳ τῷ Ῥυπὶ Zenobius III, 42. Sumtum ex notissimo oraculo.

16. Ἐκ τῆς αὐτῆς κεραμείας. Append. II, 68 ἐξ ἑνὸς

πηλοῦ, ἐκ τοῦ ὁμοίου καὶ παραπλησίου, ὁμοία τῇ ἐκ τῆς αὐτῆς κεραμείας. Male editur κεραμίας.

17: *Ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἴσχεις*: ἐπὶ τῶν ἔξω κινδύνων καθεστώτων Zenobius III, 62. Legitur vulgo ἔχεις. Latuit etiam hic editores metrica proverbii ratio *).

18. *Ἔλθοι ξένος ὅστις ὀνήσει*: ταύτην φησὶ Θεόπομπος ὑπὸ Φιλίππου πρῶτον λεχθῆναι· Θετταλῶν γὰρ καταστρεψάμενος πόλιν καὶ τοὺς αὐτόθι ξένους πωλήσας χλευάζων εἶπεν 'ἔλθοι ξένος ὅστις ὀνήσει' Zenobius V, 26, ubi in lemmate perperam editur ξένος ἔλθοι, quamvis ἔλθοι ξένος praebeant B V et Diogen. IV, 73.

19. *Ἕπεται πέρκη μελανούρῳ*. Athenaeus VII p. 319c τῶν δὲ γραμμοποικίλων πλαγίαις τε ταῖς ῥάβδοις κεχρημένων πέρκη· καὶ παροιμία δέ ἐστιν 'ἕπεται πέρκη μελανούρῳ'. Ad quae cf. Numenius p. 320e πέρκαισι καθηγητὴν μελάνουρον.

20. *Ἐλέφας μυὸς οὐκ ἀλεγίζει* apud Gregorium Cyprium II, 48.

21. *Ἐπιχώριοι οὖρον ἴσασι*: τὸν ἐπιτήδειον ἄνε-

---

*) Idem etiam in iambicis proverbiis passim observavi. Ut pauca de multis afferam, apud Suidam et Diogen. III, 2 legitur adagium ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις. Res ipsa et metrum ostendit post λέγεις excidisse Διός. Apud eundem Diogen. VI, 90 in optimo C leguntur haec νῦν σωθείην ἐγώ, ἵν' ᾖ μοι διδάγματα τοῦ λοιποῦ χρόνου. Quis monitus dubitet quin haec comici poetae verba sint ita scribenda:

νῦν δὲ σωθείην, ἵνα
διδάγματ' ᾖ μοι ταῦτα τοῦ λοιποῦ χρόνου.

Quod Libanius vol. II p. 70, 20 attulit adagium ἀνὴρ ἱρῶν Μεσσηνίων δουλότερος, ei genuinam restitueris formam scribendo:

ἀνὴρ ἱρῶν Μεσσηνίων δουλίστερος.

Plura eiusdem generis attuli Exercitt. phil. ad Athen. II p. 23. Metri item speciem habet, ut multa Lacedaemoniorum dicta, etiam hoc apud Clearchum Athenaei XII p. 524b οἴκοι τὰ Μιλήσια κἀπιχώρια, καὶ μὴ 'ν τῷ μέσῳ. Dixerant, opinor, illi:

οἴκοι τὰ Μιλησιακὰ κἀπιχώρια,
μὴ 'ν τῷ μέσῳ.

μον [ὁμοία τῇ ἀπὸ χοέως σπάσον] Diogen. IV, 80. Duplicem explicationem ponunt V B οἱ μὲν τὸ ὅριον (ὅριον) φασὶν οἱ δὲ τὸν ἄνεμον, quarum alteram illustrant quae leguntur apud Strabonem VII p. 276. Cf. Supplem. ad Theocriti Id. XXV, 27. Uncis inclusa ad sequens proverbium ἐν οἴνῳ ἀλήθεια reicienda sunt.

22. *Ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον.* Eustathius ad Hom. p. 1726, 18 τραχὺν τὸν βίον ἐκεῖνον (τὸν ἀρχαϊκὸν) εἶναι καὶ παροιμία δηλοῖ παρὰ Παυσανίᾳ λέγουσα 'ἔφυγον κ., εὗρον ἄμ.' V. Lobeckium Agl. p. 648.

23. *Ἤτοι κρίνον ἢ κολοκύντην:* τὸ τῆς κολοκύντης ἄνθος καλεῖται κρίνον, ἄδηλον δὲ εἰ οἴσει καρπόν. ἔταττον οὖν τὸ μὲν κρίνον οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ τοῦ τεθνηκότος, τὴν δὲ κολοκύντην ἐπὶ τοῦ ὑγιοῦς Zenobius IV, 68. Ita scribendum e C pro ἢ κρίνον. De proverbio dixi ad Alciphronem p. 99.

24. *Ἡ μὲν κλέος ἡ δὲ καὶ ἦσθα:* παροιμία ἐπὶ των ὁμοίων τῇ περὶ αὐτῶν φήμῃ Photius Lex. p. 68, 14. Scribendum videtur ἠμὲν κλέος ἠδὲ καὶ οἶσθα.

25. *Κἀγὼ 'μαυτῷ βαλανίζω.* Aristophanes Pac. 1103. Zenobius III, 58.

26. *Καὶ κόρκορος ἐν λαχάνοισιν.* Hephaestio VIII, p. 46, 19. Zenobius IV, 57.

27. *Κἂν ὗς δάκοι ἄνδρα πονηρόν.* Palladas in Anthol. Pal. IX, 379 φασὶ παροιμιακῶς 'κἂν ὗς δάκοι ἄνδρα πονηρόν'. Ubi recte Iacobsius corrigit κἂν μῦς. Aliam formam habet Diogen. V, 87 κἂν αἲξ δάκοι ἄνδρα πονηρόν.

28. *Κατὰ σαυτοῦ Βελλεροφόντης:* ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι ποιούντων Diogen. V, 45. Cf. Nicephorus Greg. p. 1076, 12.

29. *Κακὰ μὲν θρῖπες, κακὰ δ' ἶπες:* ἄμφω γὰρ λυμαντικοί, καὶ οἱ μὲν τὰ ξύλα, οἱ δὲ κέρατα ἐσθίουσιν Gregorius Cypr. II, 92. Diogen. V, 70.

30. *Κριὸς τὰ τροφεῖ' ἀπέτισεν:* ἡ παροιμία ἐπὶ

τῶν ἀχαρίστων, ἐπεὶ τὰς φάτνας πλήττουσιν οἱ κριοί Zenobius IV, 63, ubi male vulgo omittitur articulus, quem habet Gregorius Cypr. II, 91. Cf. ad Menandri Rel. p. 280.

31. *Κολοφῶνα κακῶν ἐπέθηκας: ἤτοι τὸ τέλειον καὶ πλῆρες* Arsenius p. 321. Cf. interp. ad Gregorium Cypr. II, 86.

32. *Μέγα τὸ στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ: τουτέστι πολλὴ παρρησία εὐθηνίας γενομένης* Diogen. VI, 48. Ita enim recte codd. pro edito *μέγα στόμα τὸ ἐνιαυτοῦ*. Quamquam non impediam quominus scribatur *μέγα τὸ στόμα τοὐνιαυτοῦ* hac metri specie ⏑⏑ ⏒́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑, quae simillima est huic ⏑⏑ ⏒́ ⏑ ⏒́ ⏑ ⏑ – ⏑ *δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ* Diogen. IV, 12. *ἐγένοντο καὶ φίλοι ἐχθροί* Append. II, 6. *ἐν Καρὸς εἵπετο τάξει* Append. II, 60. *οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς* ap. Athenaeum VIII p. 347 f et paulo aliter e Theophrasto ibid. p. 348 a *οὐδεὶς μέγας σαπρὸς ἰχθύς*. Sic enim legendum, non ut nunc editur *μέγας οὐδεὶς σαπρὸς ἰχθύς*. Eosdem numeros habet hoc *ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζεις* apud Diogen. VII, 74 et soluta prima arsi *μήτε μέλι μήτε μελίσσας* ap. Suidam p. 714. Nec dissimilis est haec forma *ἄπαγε μόθων᾽ ἀπὸ κώπης* apud Diogen. III, 27, in quo nil mutandum est.

33. *Μένε καρκίνε καί σε μεθήσω, κόμμα τι παροιμιακόν* Plutarchus de malign. Herod. XVII, 6.

34. *Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει: ἐπὶ τοῦ ῥαδίου* Suidas p. 715. Male apud Diogen. VI, 65 *πάντας* omittitur.

35. *Μὴ γεύεσθαι μελανούρων* praeceptum Pythagoricum apud Plutarchum Mor. p. 12 e.

36. *Μανίαι δ᾽ οὐ πᾶσιν ὁμοῖαι: τῶν μανιῶν αἱ μὲν εἰσὶν ἄτοποι, ὡς αἱ τῶν παραπαιόντων, αἱ δὲ αἱρεταὶ καὶ εὐχῆς ἄξιαι, ὡς αἱ τῶν ποιητῶν καὶ χρησμολόγων* Suidas p. 684 et Diogen. VI, 47.

37. *Νέμεσις δέ γε πὰρ πόδα βαίνει: παρ᾽ ὅσον μέτεισι ταχέως ἡ δαίμων τοὺς ἡμαρτηκότας* Arsen.

Viol. p. 366, ubi *παρὰ πόδας* editur; praeterea malim *δέ τε.*

38. *Ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν: ὅτι δυσχερὲς ἐκ φαύλων ἀγαθοὺς ἀπεργάσασθαι* Diogen. VI, 92.

39. *Οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος: ἔνιοι — ταύτην ἐπὶ τῆς χελώνης φασίν* Append. IV, 15, ubi vide interpretes, quorum notatis adde Suidam v. *εἰς λατομίας* et quae attuli Anal. Alex. p. 392. Idem proverbium e lapide edidit Franzius in Corp. Inscr. vol. III p. 764, ubi vitiose *ψιλός* scriptum est.

40. *Οἶνος καὶ παῖδες ἀληθεῖς: ἐπὶ τῶν ἁπλοϊζομένων καὶ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων* Suidas p. 467, quae descripsit Arsenius p. 379.

41. *Οὐδ' ὅσσον ἀηδόνες ὑπνοῖ: ἐπὶ τῶν ἀγρυπνούντων* Appendix IV, 4, ubi vide interpretes. Cf. Nonnus Dion. V, 411 ex emendatione Graefii *ἁρπάξαντες ἀηδονίου πτερὸν ὕπνου.*

42. *Οὐ σύμφημ' οὐδὲ συναινῶ* apud Diogen. VIII, 50.

43. *Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον: ἐπὶ τῶν τὰ μὴ προσήκοντα τοῖς ὑποκειμένοις λεγόντων* Zenobius V, 40. Photius Lex. p. 357, 5 aliique.

44. *Ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω.* Aristides or. Rhod. p. 802 Dind. *κυβερνήτης ἔφη χειμαζομένης αὐτῷ τῆς νεὼς καὶ καταδύσεσθαι προσδοκῶν τοῦτο δὴ τὸ θρυλούμενον 'ἀλλ' ὦ Ποτειδὰν ἴσθι ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω'.* Paroemiacum agnovit etiam Seneca Epist 85 eodem metro utens *nunquam navem hanc nisi rectam.* Respiciunt hoc dictum etiam alii, quorum locos vide apud Spaldingium ad Quintilianum Inst. II, 17, 24.

45. *Πόλεμος δὲ Κόνωνι μελήσει: ἐπὶ τῶν περὶ τῶν ἀλλοτρίων φροντιζόντων* Diogen. VII, 75. Translatum ex homerico *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.* Cf. Aristophanes Lys. 538 *πόλεμος δὲ γυναιξὶ μελήσει.*

46. *Πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί: ἐπὶ τῶν κατωφερῶν (καταφερῶν) πρὸς συνουσίαν* Diogen. VII, 79.

47. *Πότε δ' Ἄρτεμις οὐκ ἐχόρευσεν*; apud Hephaest. VIII p. 46, 18. Memini me idem proverbium etiam alio loco legisse.

48. *Παντόξενα καλὰ Κορινθοῖ.* Vasculi inscriptio in Corp. inscr. n. 8410 vol. IV p. 230 a Braunio sic lecta ut adscripsi, ab aliis *οὐ παντός ἐστι Κόρινθος.* Neque hoc neque illud verum videtur.

49. *Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί: ἐμνήσθη ταύτης καὶ Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος α' καὶ Σόλων ἐλεγείαις* schol. Platonis p. 465. Habet etiam Aristoteles Met. I, 2. Plutarchus Mor. p. 16 b. Theodorus Prodr. apud Boissonadum AG. V p. 38.

50. *Πρωκτὸς λουτροῦ περιγίνει: ἐπὶ τῶν βιαζομένων εἰς κακὸν ἑαυτούς* Callistratus apud schol. Aristoph. Vesp. 622. Cf. interp. Hesychii et ad Paroemiographos p. 447.

51. *Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω: εἴρηται παρ' Ὁμήρῳ, ὅτι ὁ μωρὸς μετὰ τὸ γενέσθαι τὸ πρᾶγμα ἐπιγιγνώσκει* Suidas aliique. Ductum ex Homero Il. ρ, 32.

52. *Σὺν τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα:* Photius Lex. p. 556, 20 nulla addita explicatione. Respondet adagium vernaculum *der knüppel liegt beim hunde.*

53. *Σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν: παροιμιακή τις τροπικὴ ἔννοιά ἐστιν* Eustathius ad Hom. p. 458, 11. Ductum ex Homero Il. ν, 162.

54. *Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χέρα κίνει: παροιμία ἐπὶ τοῦ μὴ χρῆναι ἐπὶ ταῖς τῶν θεῶν ἐλπίσι καθημένους ἀργεῖν. — μέμνηται ταύτης Εὐριπίδης* Zenobius V, 93. Si Euripidis est, scribendum *σὺν Ἀθάνᾳ*, nisi forte dimeter fuit anapaesticus *σὺν Ἀθαναίᾳ καὶ χέρα κίνει.*

55. *Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀποτίσει: ἐπὶ ἄλλων μὲν ἁμαρτόντων, ἄλλων δὲ διδόντων τὴν δίκην* Arsenius p. 450. Cf. Apostolius XIX, 17.

56. *Τὸ δέ τοι κλέος ἐσσομένοιο: ἐπὶ τῶν δαιμο-*

νίως γενέσθαι προδηλουμένων φήμῃ τινί Append. IV, 95, ubi frustra Gaisfordus haec ex homerico versu Il. ρ, 232 *τὸ δέ οἱ κλέος ἔσσεται ὅσσον ἐμοί περ* depravata existimat; neque *ἐσσομένοισι* scribendum cum Schotto. Verte *hoc sane indicat quid futurum sit.*

57. *Σφάκελοι ποιοῦσ' ἀτέλειαν*: Zenobius IV, 76, ubi legitur *καὶ σφάκελοι*. Delevi particulam, fortasse tamen servandam, ut dactylicus tetrameter evadat.

58. *Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγοντες*: *οἷον ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι τὸν Διόνυσον διὰ τὴν τῆς νήσου λυπρότητα* Eustathius Hom. p. 1462, 48. Cf. Fragm. Com. II p. 208 et interp. Paroem. p. 466.

59. *Ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί*: *ἐπὶ τῶν ἐρωτικῶς διακειμένων* Arsenius p. 489. Male apud Diogen. VIII, 75 *ὥσπερ*. Desumptum est e versu proverbiali apud Platonem Phaedr. p. 241 c *ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσ', ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί.* Cui similis est versus apud schol. Homeri Il. χ, 263 *ἄρνα φιλοῦσι λύκοι νέον ὡς φιλέουσιν ἐρασταὶ τὴν ἐρωμένην*, ubi *νυὸν* legendum et *τὴν ἐρωμένην* delendum esse alio loco ostendi.

Haec fere sunt quae legitimam paroemiaci versus formam referunt proverbia. Possem his alia addere, sed minus certa, veluti in proverbio apud Suidam p. 713 *μὴ πάντα κατὰ βοὸς εὔξῃ*, non incredibile est scribendum esse *μὴ πάντα καταὶ βοὸς εὔξῃ*. Etiam quae in Append. II, 36 memoratur paroemia *εἰς Τροιζῆνα δεῖ σε βαδίζειν*, de imberbibus dicta Troezenem adire iussis, ubi Pogon erat fluvius, non sine aliqua veritatis specie ad legitimam formam revocaveris *Τροιζήναδε δεῖ σε βαδίζειν* *). Eodem referenda esse videri possunt quae

*) Consimili lepore *εἰς Κέσκον ἀπιέναι* iubebantur *οἱ ἀνόητοι*. Cescum enim, Ciliciae urbem, praefluebat *ποταμὸς Νοῦς καλούμενος*. Vid. Comic. fragm. IV p. 656 et Schneidewin. ad Zenob. IV, 51. Hinc explicandum oraculum Archilocho datum apud Eusebium Praep. Ev. V. p. 226 c. *Ἀρχίλοχ', εἰς νοῦν ἐλθὲ καὶ ἐν πενίᾳ μὴ ὀδύρου.*

leguntur apud Plutarchum Cent. I, 7 τί σοι ὁ Ἀπόλλων ἐκιθάρισεν; ἤγουν τί ἐμαντεύσατο. Quae quamquam facili opera ad paroemiaci numeros conformari possunt scribendo τί σοι Ἀπόλλων κιθάριξεν, id ipsum tamen ne falsissimum sit vereor. Idem enim adagium Zenobius VI, 14 ita extulit τί σοι ὁ Ἀπόλλων κεκιθάρικεν; τὸ κεκιθάρικεν οἷον ἐμαντεύσατο. Quibus cum subiciantur haec: ὥς φησὶν Αἰσχύλος (Σοφοκλῆς) ἐν Αἴαντι Λοκρῷ, maxima est suspicio, Sophoclem ista non in lyrico carmine, a quo tam exilis sententia alienissima est, posuisse, sed in diverbio, unde consequens est ut ista trimetro iambico inclusa fuisse existimemus. Ac possunt sane illa hoc ferme modo ad senarii formam revocari:

τί δῆτ' Ἀπόλλων σοι κεκιθάρικεν ⏑ –,

sed cum nulla veri specie, quoniam verbum κιθαρίζειν, siquis unquam figurato sensu pro μαντεύεσθαι posuit, non alio quam ludicro sensu dici potuit, quasi germanice dicas *was hat dir denn Apollo neues aufgespielt?* Id vero a tragoedia alienum et ita demum ferendum esset, si Apollinis vaticinia cum fidium cantu coniuncta fuisse demonstrari posset. His causis adducor ut longe alio verbo Sophoclem usum esse credam; nimirum poeta dixerat:

τί δῆτ' Ἀπόλλων σοι τεθρίακεν;

Id verbum, quo Sophocles etiam in Ulixe furente et Euripides in Licymnio usi sunt, quam prope Apollinis Delphici vaticinationem attingat, docebit Lobeckii Aglaoph. p. 815 disputatio. Quo accedit quod grammaticus Bekkeri Anecd. p. 265, 15 et ipse Zenobius V, 75 in explicando verbo θριάζειν eadem interpretatione usi sunt, quam Plutarchus ad κεκιθάρικεν adhibuit: τὸ μαντεύεσθαι θριάσαι. Ita enim pro θριᾶσθαι scribendum est.

Sed redeo unde digressus sum proximoque loco ea apponam exempla quae brevem anacrusin habent, ex quo genere haec collegi:

60. Ἀδελφὸς δ' ἀνδρὶ παρείη: ὅτι προτιμητέον τοὺς

οἰκείους Diogen. III, 20. Interposui δέ, nisi fuit ἀδελφεός.

62. *Ἀλώπηξ δωροδοκεῖται*: ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως δώροις ἁλισκομένων Grammaticus Bekkeri An. gr. p. 218, 29. Cf. Com. graec. II p. 87.

61. *Ἆλευ' ἀπὸ μείζονος ἀνδρός*: παραινεῖ ἡ παροιμία περιίστασθαι (ἀφίστασθαι?) τῆς μετὰ τῶν μειζόνων ἀναστροφῆς Diogen. II, 56.

63. *Βαλὼν φεύξεσθαι οἴει*: πρὸς τοὺς κακόν τι δράσαντας καὶ οἰομένους φυγεῖν Zenobius II, 71.

64. *Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ*: ἐπὶ τῶν κατ' ἀνάγκην ποιούντων τι Append. II, 51. ex notissimo versu homerico expressum Il. δ, 43, ubi v. Eustathium.

65. *Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων*: ἐπὶ τῶν βάρους τινὸς ἢ κακῶν ἀπηλλαγμένων Zenobius III, 69.

66. *Ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα.* Πρὸς αὔξησιν δὲ καὶ τροφὴν μέγιστα μὲν ἡ τοῦ ἀέρος κρᾶσις συμβάλλεται καὶ ὅλως ἡ τοῦ ἔτους κατάστασις, διὸ καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι λέγουσιν οὐ κακῶς ὅτι 'ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα' Theophrastus Hist. plant. VIII, 7, qui idem proverbium affert de Causis plant. III, 23, ubi οὔτι editur.

67. *Κενοὶ κενὰ βουλεύονται*: ἐπὶ τῶν ματαίως βουλευομένων Arsenius p. 318 et Diogen. V, 100, ubi C habet κενοὶ κενὰ λογίζονται, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀφρόνων μελετημάτων. Atque ita etiam Polybius XXXIII p. 1110 Ἀρχίας βουλόμενος τὴν Κύπρον προδοῦναι καὶ φωραθεὶς λαβὼν — καλῴδιον ἑαυτὸν ἀπεκρέμασεν· τῷ γὰρ ὄντι διὰ τὰς ἐπιθυμίας κενοὶ κενὰ λογίζονται· καὶ γὰρ ἐκεῖνος δόξας πεντακόσια τάλαντα προσλήψεσθαι, καὶ τὰ προϋπάρχοντα χρήματα καὶ τὸ πνεῦμα προσαπέβαλεν. Itaque βουλεύονται perquam debili auctoritate nititur; at cum λογίζονται metro adversum sit, longe alio verbo, ex quo λογίζονται corruptum sit, auctorem proverbii usum esse existimo.

Scribendum enim *κενοὶ κενὰ λωτίζονται*, i. e. *καρπίζονται*.

68. *Κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν*: *ἀπὸ Κόρακος τοῦ Συρακοσίου ῥήτορος πρώτου διδάξαντος τέχνην ῥητορικήν* Zenobius IV, 82. Male apud Diogen. V, 39 post *ᾠὸν* additum est *ἔφυ*. Proverbium hoc Corace rhetore haud dubie antiquius, sed in hunc et Tisiam eius discipulum verniliter deflexum. Cf. Sextus Emp. adv. Rhet. p. 694, 29.

69. *Λύκος καὶ ὄιν ποιμαίνει*: *ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου* Diogen. V, 96. Fortasse *λύκος κεν ὄιν πημαίνοι* vel *πρίν κεν* (*κἂν*) *λύκος οἶν ποιμαίνοι*. Cf. Aristophanes Pac. 1075 *πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ*.

70. *Νόσος δειλοῖσιν ἑορτή*: *οὐ γὰρ ἐκπορεύονται ἐπὶ πρᾶξιν* Antiphon rhetor apud Stobaeum Flor. VIII, 18, unde petiit Arsenius p. 368.

71. *Πρὸς ἐρρωγυῖαν ἀείδεις*: *ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων* Diogen. VII, 60 ex B. Simile huic proverbium *πρὸς κενὴν ψάλλεις* a multis memoratur.

72. *Προβάλλοντες κυσὶν ἄρνας*: *ἐπὶ τῶν τοὺς ἀπράγμονας τοῖς συκοφάνταις προδιδόντων* Diogen. VII, 62. Male apud Suidam *προβαλόντες*.

73. *Σὺ δ' ᾤου χρυσοχοήσειν*: *ἔσκωπτον* (*Ἀθηναῖοι*) *ἀλλήλους λέγοντες σὺ δ' ᾤου χρυσοχοήσειν* Harpocratio Bekk. p. 185. Dixit de hoc proverbio Schneiderus ad Xenoph. Vect. IV, 15.

74. *Ὑπερβάθμιον πόδα τείνεις*: Gregorius Cypr. III, 89, qui nullam interpretationem apposuit. V. Vulcanium ad Agathiam ed. Bonn. p. 345.

75. *Ὑπὲρ τἀσκαμμένα πηδᾷς*: *ἀπὸ Φαΰλλου τοῦ πεντάθλου — ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ τοὺς ἐσκαμμένους πεντήκοντα πόδας ἑτέρους πέντε εἰς τὸ στερεὸν ἐπήδησεν, εἰς παροιμίαν περιέστη* Zenobius VI, 23. Adscripsi ista ut leguntur in B V, nisi quod hi quoque *τὰ ἐσκαμμένα* habent. Locis ab interpp. allatis adde Boissonadi A G. vol. I p. 395.

75 a. *Φιλεῖ δὲ νότος μετὰ πάχνην.* Theophrastus de vent. 50 p. 777 *ὡς ἐπίπαν* (notus) *λάβρος μετὰ χιόνα καὶ πάχνην, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία 'φιλεῖ — πάχνην'.* Pro *φιλεῖ* fort. *πνέει* vel simile melius.

Accedo ad spondiacam paroemiaci speciem, cuius duplex genus est, alterum spondeo in tertio pede tardatum, alterum totum constans e spondeis, quod genus cum Graecos in popularibus cantiunculis adhibuisse constet e versibus apud Pollucem IX, 123 servatis:

A. *χαλκῆν μυῖαν θηράσω.*
B. *θηράσεις, ἀλλ' οὐ λήψει,*

de quibus in Exercitt. ad Athen. II p. 6 dixi, non mirum est etiam proverbiis, quae cum popularibus carminibus coniunctissima sunt, multifariam adhibitum fuisse.

76. *Ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει: αὕτη παραπλήσιόν τι λέγει τῷ 'ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω'· μέμνηται Σοφοκλῆς* Zenobius II, 14.

77. *Ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι: παροιμία ἐπὶ τῶν ὀχληρῶν* Grammaticus Bekkeri p. 218, 26, ubi *ξένων* editur. *ἐπὶ τῶν ἀκαίρως ἐλθόντων* Arsenius p. 66. Cf. Boissonadi An. Gr. p. 228.

78. *Αὑτὸν δ' αὐλητὴς αὐλεῖ: αὐλητὴς ἐγένετο μὴ πάνυ τοῖς αὐλητικοῖς ἐμμένων νόμοις, ἀλλὰ παρακινῶν· ὅθεν ἡ παροιμία* Appendix IV, 94. Legitur vulgo *τὸν αὐλητὴν αὐλεῖν*, quae ita emendasse mihi videor, ut iam intellegi possint. Fuit proverbium *αὐτός τις αὑτὸν αὐλεῖ* de iis dici solitum, qui quali ingenio essent dictis factisque ostenderent. Vide Diogenianum III, 16 et Arsenium p. 85 et quae dixi in Exercitt. phil. in Athenaeum Spec. II p. 17, ubi eandem dicendi rationem Machoni apud Athen. VIII p. 349 f restitui:

ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ κιθαρίζει φαῦλος ὢν
ἄλλους κιθαρίζων φαυλότατος ὢν δείκνυται.

Quae de imperito dicta sunt citharoedo, qui discipulum

suum produceret. Eodem fortasse spectat quod Apollonius posuit in libro de Syntaxi p. 302 *αὐλῶν τοῦτον.*

79. *Βοιωτοῖς μαντεύσαιο: αὕτη καταρατική ἐστιν* Zenobius II, 84. Qui quae in sequentibus de origine proverbii apposuit, consulto hic omitto, hoc unum monuisse satis habens in verbis *Θηβαίοις πολεμοῦσι Βόμβος μάντις πλείους ἔφη νικήσειν, εἰ προθύσαιεν τῶν ἡγεμόνων ἕνα*, pro *πλείους* scribendum videri *ἐκείνους*. Pro *μαντεύσαιο* apud Plutarchum I, 9 male legitur *μαντεύσειας* et in Append. III, 97 *μαντεύσαις*, quibus exemplis reiectitiae formae *μαντεύειν* non usi sunt editores Thesauri Parisiensis. Sed in Plutarchi loco etiam alia sunt, quae cum ceterorum narratione conciliari non possunt, e. c. quod oraculum illud *νίκην ἀσεβήσασιν ἔσεσθαι*, a Pythia editum esse dicit, pro qua Dodonaeam vatem nominare debebat. V. Mülleri Orchom. p. 385. Sed videtur ille Pythiae nomen in latiorem sensum deflexisse, quemadmodum serioris aevi scriptores *Πύθιον* de quovis oraculo dicunt, velut Iohannes Cinnamus Hist. V, 4.

80. *Εἰς ἀῶ τὰ σπουδαῖα.* Lacedaemoniis Thebas obsidentibus Archias praetor, cum litterae gravissimi argumenti ei afferrentur, non iam tempus eas legendi esse affirmans dixit *εἰς ἀῶ τὰ σπουδαῖα.* Ita enim scribendum videtur pro eo quod Appendix II, 58 habet *ἐν ἀοῖ τὰ σπουδαῖα.* Plutarchus Pelop. 10 *εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα.* At idem Sympos. p. 619c *εἰς ἕω τὰ σπουδαῖα.*

81. *Εἰς Μασσαλίαν πλεύσειας: ἐπὶ κατάρας, παρ' ὅσον εἰς μαλακίαν οἱ Μασσαλιῶται διεβάλλοντο* Prov. I, 60 e cod. C. Minus recto verborum ordine *πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν* apud Athen. XII p. 523 c.

82. *Ἐλέφαντ' ἐκ μυίας ποιεῖς: ἐπὶ τῶν τὰ ἐλάχιστα ἐπαιρόντων τῷ λόγῳ* Zenobius III, 68.

83. *Ἡ ψελλὴ δ' οὐ πιττεύω: ἐπὶ τῶν τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα πειρωμένων ἀποκρύπτειν* Append. III, 17. Recte vidit Erasmus blaesorum esse *πιττεύειν* dicere pro

πιστεύειν. Interposui δέ vulgo omissum. Mirifice corruptum idem proverbium latet apud Arsen. p. 277 ἢ οὐ πεττεύω, quamquam p. 281 genuinam formam apposuit.

84. Ἰχθῦν εἰς Ἑλλήσποντον: οἱ παλαιοὶ φασὶ καὶ ὅτι τὸ γλαῦκ' Ἀθήναζε ἁρμόττει ἐπὶ τῶν ἄλλοθεν μάτην τὰ πλεονάζοντα ὡς σπάνιά τινα τῶν ἐμπορευομένων, ὃ καὶ ὅμοιον εἶναι τῷ 'πύξον ἐς Κύτωρον ἤγαγες' ἢ 'ἰχθῦν εἰς Ἑλλήσποντον' Eustathius ad Hom. p. 88 in. Cf. Append. III, 32.

85. Λευκὴν μᾶζαν φυρῶ σοι: ἐπὶ τῶν μεγάλα ὑπισχνουμένων Diogen. VI, 12. Ita enim BC, non μεγάλως.

86. Μαριανδυνὸς θρηνητήρ: εἴληπται δὲ εἰς παροιμίαν schol. Aeschyli Pers. 916.

87. Νοῦς οὐ παρὰ Κενταύροισιν: ἐπὶ πλεονεκτῶν, παρόσον ὑπὸ πλεονεξίας ἀπώλοντο Diogen. VI, 34.

88. Φρουρήσεις ἐν Ναυπάκτῳ: Φιλίππου Ναύπακτον ἑλόντος Ἀχαιοὶ τοὺς φρουροὺς ἀπέσφαξαν καὶ Παυσανίαν τὸν ἄρχοντα τῆς φρουρᾶς ἀπέκτειναν, ὥς φησι Θεόπομπος Zenobius VII, 33. Cf. Append. V, 19 φρουρήσεις ἐν Ναυπάκτῳ: ὅτι ὀλίγος μισθὸς ἐδίδοτο τοῖς Ναύπακτον φρουροῦσι τῶν ἐπιτηδείων πιπρασκομένων· ἢ ὅτι Φίλιππος ἑλὼν τὸν Ναύπακτον Ἀχαιῶν γνώμῃ τοὺς φρουροὺς αὐτῆς ἀπέκτεινε πάντας. Duplicem igitur appendicis scriptor illius proverbii explicationem posuit, alteram a mercedis tenuitate, alteram a praesidiorum internecione repetitam. Neutra fortasse vera est, quamquam ea quae a mercedis tenuitate ducitur, vero mihi propior videtur. Constat Phormionem praetorem praesidio Naupactico praefuisse, atque ut ipse erat summae homo severitatis et in victu duritiei, ita etiam subditos sibi milites severa disciplina continuisse. Hinc non mirum videri potest, fuisse qui militiam Naupacticam vehementer aversarentur et in magno malo ponerent. Theopompi nomen non ad proverbii originem spectare videtur, sed ad rem de militum caede narratam.

Denique vide an ad eandem hanc formam refingenda sint quae leguntur apud Diogen. VII, 8 *Οὔθ' ὕεται οὔθ' ἡλιοῦται: ἐπὶ τῶν ἔξω πάσης καθεστώτων φροντίδος*, ubi *εἱλεῖται* i. e. *ἡλίῳ θέρεται* scribendum, licet *ἡλιοῦται* etiam Zenobius aliique habeant. Cf. Ruhnkenius ad Tim. p. 96. Quod Arsenius pro proverbio ponit *λιμὸν θώρηξις λύει* p. 336, Hippocrateum dictum est Aphor. II, 22.

Paroemiis ex homericis aliorumque epicorum poetarum versibus derivatis praeter notissimum Stasini hemistichium *ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς*, de quo intpp. Diogen. V, 30 dixerunt, addi possunt haec:

89. *Μή τις καὶ Τρῶας ἐγείρῃ: ἤδη δὲ καὶ παροιμιῶδες τοῦτο γέγονε 'μη — ἐγείρῃ'* schol. Hom. Il. κ', 510.

90. *Διέπτατο δ' ὥστε νόημα: παροιμιακὸν τὸ διέπτατο — νόημα* schol. Hom. Il. ο', 80.

SUPPLEMENTUM ADNOTATIONIS

AD THEOCRITUM

I, 18. *χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται*] Stobaeus loco in adnotatione indicato *ποτὶ ῥῖνα*, quod praefert Ahrensius, ego utrique praeferrem, si codd. praeberent, *ἐπὶ ῥινί.* Sed idem praepositionis *ποτί* usus est Id. VII, 138 *ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν — τέττιγες ἔχον πόνον.* Ceterum cf. Afranius fragm. XXI, 385 ex probabili emendatione Ribbeckii: *diram tuam animam in naribus primoribus vix pertuli edepol,* quamquam praeferrem si per libros liceret *iram tuam animi.*

28. *ἀμφῶες, νεοτευχὲς*] Huc referendae sunt glossae apud Suidam v. *Ἀμφῶες* et *Νεοτευχές.*

56. *αἰολικόν — ἀτύξαι*] Separavi hunc versum a praecedenti, stigme post *ἄκανθος* posita; de toto enim poculo, non solum de acantho poculum externum ambiente haec intellegenda esse res ipsa docet et sequentia ostendunt. Sed scriptura illius versus incertissima est.

57. *πορθμεῖ καλυδωνίῳ*] Navicularium Calydonium satis tuebuntur quae ad h. l. disserui. Adde quod plurimum Aetolis ceterisque Ionii maris et Corinthiaci sinus accolis cum Sicilia commercium intercedebat, ut nihil mirationis faciat poculum Siculi pastoris a Calydonio nauta acceptum.

60. *τῷ κέν τυ*] Pro *κέν* plerique cod. *καί,* unde recte Ahr. *κα* scripsit. 83. *πᾶσας*] Volui *πάσας.*

97. *κατεύχεο*] C F Hermannus *κατ' εὔχεο.* 152. *οὐ μὴ σκιρτασεῖτε*] Ita Porsonus, vulgo *σκιρτάσητε*, libri *σκιρτασῆτε.*

II, 1. *Θέστυλι*] Lobeckius Proleg. Pathol. p. 125 praefert *Θεστυλί.* 2. *φοινικίῳ*] Revocandum *φοινικέῳ*, quod praeter unum omnes codd. habent. 4. *καταθύσομαι*] Hoc recte habet: *magicis sacris placabo.* Similiter dicitur *ἐκθύσασθαι* ab Euripide fr. 912, 4 ed. Nauck.

6. *ἄλλᾳ*] Rectius *ἀλλᾷ*, ut Kiesslingius e codd. dedit.

18. *πυρὶ τάκεται*] Iure, opinor, hoc suspectavi; at ne *κάεται* quidem, quod scholia habent, verum videtur, sed *τύφεται*, cuius verbi ipsum illud *κάεται* interpretatio est. Pertinere ad h. l. videtur glossa Hesychii *Τύφεται· κάεται.*

21. *ὀστία*] Rectius videtur quod ubique, partim e libris, Ahr. restituit *ὄστια.* 60. *καθ' ὑπέρτερον*] Ahr. *καθυπερτέρω.* 70. *Θευχαρίδα*] Hoc iam ante me Reiskius.

77. *Εὐδάμιππον*] Ahr. probavit nunc *Εὐδάμνιππον.* Rectissime habet librorum lectio, sive hoc nomen ex *Εὔδημος* et *ἵππος* sive ex *εὖ* et *Δήμιππος* (ut *Δημολέων*) compositum putetur. De *ὁμοῦ τι* quod contra Ahrensium dixi nihil est, cum seriores scriptores id non raro pro *ὁμοῦ* dicant.

101. *ὑφάγεο*] Rectius al. *ὑφαγέο.*

124. *καί κ' εἰ μέν*] Rediit nunc Ahr. ad librorum lectionem et 126 scripsit *εὕδόν κ' εἶτε*, ut apodosis ab his ipsis verbis ordiatur.

132. *ἐκκαλέσασα*] Librorum scripturam erit fortasse qui tueatur loco Sophoclis Ant. 1190 *πρὸς κόρης νυμφεῖον ᾄδου κοῖλον εἰσεβαίνομεν.* Permultum tamen haec inter se differunt.

137. *ἔτι δέμνια θερμὰ*] Dubito nunc de corrigendi necessitate; similiter ut hic *ἔτι*, aliis locis traiecit poeta *ἀεί*, ut in *ἀεὶ Βέβρυκες κομόωντες* XXII, 77. *ἀεὶ κέχυται μογεόντων* XVII, 107, fortasse etiam *ἀεὶ πορθμῆα καμόντων* ibid. 49. Nec *ἔτι* sua vi caret; recentem et adhuc calidum novae nuptae lectum dicit.

143. *καὶ ἐς πόθον ἤνθομες ἄμφω*] Recte Hemster-

brusium ἐς κόρον emendasse etiam nunc credo, quamvis πόθον in suo cod. etiam reppererit laudatus ab Ahrensio Nicetas Eug. III, 254 ἔργον δ' οὖν τετέλεστο καὶ ἐς πόθον ἤλθομεν ἄμφω. Frequens autem dictio ἐς κόρον ἐλθεῖν, ἐς κόρον ἐλαύνειν etc., quorum hoc Heliodoro restituendum Aeth. V, 15 ἐπεὶ δὲ εὐφροσύνης τῆς ἐκ τῶν ἐδεσμάτων εἰς κόρον ἦσαν, ubi corr. ἤλασαν.

146. τᾶς ἁμᾶς αὐλιστρίδος] ἁμᾶς recepit nunc etiam Ahrensius. Libri fere ἐμᾶς, eximendum illud etiam ex Euripidis Hec. 78, qui locus ita scribendus ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἁμῶν.

160. μοῖρας] Volui μοίρας.

III, 16. δρυμῷ τέ νιν ἔτραφε μάτηρ] Quod in saltu Amorem mater educavit, non magnum est. Quanto gravius Virgilius Ecl. III, 70 loco hinc liberius expresso *nunc scio quid sit Amor, duris in cotibus illum Ismarus aut Rhodope — nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.* At Theocrito obversabatur Homerus Il. π, 203 σχέτλιε Πηλέος υἱέ, χόλῳ ἄρα σ' ἔτρεφε μήτηρ, quo duce si quis melius poetam θυμῷ τέ νιν ἔτρεφε μάτηρ scripturum fuisse opinaretur, non repugnarem equidem.

27. ὅκ' ἔμοιγε μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με] In his cur μεμναμένῳ corruptum esse existimem, in adnotatione explicavi. Nunc etiam verbum quo Theocritus usus est, repperisse mihi videor. Scribendum enim aut ὅκ' ἔμοιγε δαημένῳ aut ὅκα μευ δεδαασμένω εἰ φιλέεις με, *experienti mihi num me amares.* Homerus Od. XVI, 316 ἀλλ' ἤτοι σε γυναῖκας ἐγὼ δεδάασθαι ἄνωγα, et sequente εἰ ut apud Theocritum, Od. XIX, 235 πῶς γὰρ ἐμεῦ σύ, ξεῖνε, δαήσεαι εἴ τι γυναικῶν ἀλλάων περίειμι. Add. Orpheus Lith. 312 σῆς ἀλόχου κέλομαί σε δαήμεναι, εἴ ἕθεν ἁγνὸν ἀνδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος καὶ σῶμα φυλάσσει.

29. ἁπαλῷ ποτὶ πάχεος] Inepte, si quid video, bracchium appellatur ἁπαλόν. Requiro telephili epitheton, quod flaccidum significet. Suspiceris ἀλλ' αὔτως ἀμαλὸν ποτὶ πά-

χεος ἐξεμαράνθη. Quod Ahrensius e Iunt. edidit ὁμαλῶ interprete eget.

IV, 13. δειλαῖαι] Rectius, ut videtur, δείλαιαι. Mira in hoc vocabulo inconstantia accentus. Cf. ad Epigr. VI p. 402. Vs. 60 unus cod. δείλαἴε.

17. οὐ δᾶν] Rediit nunc Ahrensius, ut decebat, ad veterem huius formulae scripturam, in qua δᾶν vel Δᾶν fortasse accusativus est nominis Δᾶς = Ζᾶς (cf. Herodian. Mon. p. 16) ut apud Hom. Il. ϑ, 206 et ξ, 265 recte nunc editur Ζῆν a Ζῆς.

20. πύρριχος] Fluctuat accentus; vs. 55 omnes ὀσσίχον. In Damageti carmine Anth. Pal. VII, 735 scribitur Ἀπελλίχος, et apud Demosthenem p. 1310, 23 pro Ὀλύμπιχος Aug. pr. m. habet Ὀλυμπίχος. Sed v. Schaeferum ad Gregorium Cor. p. 292.

49. ὥς τυ πατάξω] In adnotatione ad h. l. p. 227, 13 scribendum 'quo te' pro 'ut te'. 55. ὅσσιχον] Revocandum ὀσσίχον, v. ad vs. 20. 57. κομόωντι] Quod conieci κομέοντι, perspicue exhibet cod. apud Ahrensium.

63. ἐρίσδεις] Ahrensius ὀρίσδεις i. e. μετέχεις.

V, 5. γάρ ποκα] Ita iam ante me Hermannus. 9. ἔβα] Ahr. ex uno cod. ἔβαν. 14. σέ γε] τέ γε Kiesslingius, quod recepit Ahrensius. V. ad Idyll. I, 5. 22. ἀλλ' ἄγε] Re iterum considerata nescio an praestet ἀλλά γε. 23. ὗς ποκ'] Indicare debebam pro ποκ', quod e pluribus codd. receptum est, vulgo legi ποτ' i. e. ποτί. 25. ἴσον] ἴσω Briggsius. 29. οὔτοι] οὔτι nunc Ahrensius. 30. τυΐδ'] Debebam τυῖδ', cf. ad Idyll. XIV, 32. Ceterum etiam nunc non displicet ἰσοπαλής τις, ὁ δὲ τράγος. 33. τηνεῖ] Recte Ahrensius e codd. τουτεῖ. 55. αἰ δέ κε καὶ] Ahrensius αἰ δέ γέ κα. 57. ἀρνᾶν] ἀρνεᾶν nunc Ahrensius. 66. ἴϑ' ὤ] ἰὼ e Gregorii codd. Ahrensius. 71. τὸ πλέον ἰϑύνης] εὐϑύνης e codd. Ahrensius, quod etsi ferri potest, praefero tamen ἰϑύνης. Sed τὸ πλέον non intellego; intellegerem ἐς πλέον. 78. ἐς πάλιν] Ahrensius nunc εὖ πάλιν edidit, non bene, ut mihi videtur. Revocanda omnino constans librorum

scriptura ἐς πόλιν. Proverbium, quod subesse conieci, a captivo ductum videri potest, quem obsidentes vivum salvumque in obsessam urbem remittunt.

92. ἀνεμώνα] Diogen. Prov. VIII, 1 ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις· ἐπὶ τῶν τὰ ἀνόμοια συμβαλλόντων. Comparatio spectat eo quod anemona nullius odoris est; intellexit hoc Leutschius.

99. πελλάν] Ante Valckenarium πέλλαν. Quod in fine h. v. legitur αὐτὸς corruptum est. 103. ποτ' ἀντολὰς] Hoc etiam mendosum videtur.

107. διώκεν] Codd. tantum non omnes διώκειν, quam formam in fine versuum ubique restituendam putem, ob eandem causam quae me movit ut tertiis verborum personis etiam contra libros literam paragogicam adicerem, quam Ahrensius ibi tantum ferendam putavit, ubi sequens versus a vocali incipit.

109. ἁβαί] Malim nunc ἇβαι cum plerisque libris, ut sit pro substantivo. Cf. Hesychius Ἥβη — ἔστι καὶ ἄμπελος.

119. καλῶς μάλα] Haec cum ἐκάθηρε (ἐκάθαρε) coniunxit post Schaeferum ad Porsoni Hecub. Eur. p. 109 Bergkius allato Sophronis fr. 87 ἦ ῥα καλῶς ἀποκαθάρασα ἐξελεπύρωσεν.

136. 37. Hos versus Morsoni adsignavit Ahrensius, credo, ut parem uterque versuum numerum cantet; est hoc aliquid, sed non multum prae alio incommodo, quod mihi ex hac versuum distributione nasci videtur.

146. κράνας] λίμνας ex aliis codd. probavit etiam Ahrensius. In adnot. ad h. v. corrige 'lacum' pro 'locum'. 148. ἦ γέ με] Hoc praeeunte Schaefero posui pro ἦ γ' ἐμέ.

VI, 7. μάλοισιν δυσέρωτά τυ κὤπορον] Quod vulgo legitur fluxit fortasse ex Id. V, 88 βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον. Ceterum aliis fortasse magis placebit δυσέρωτα καὶ αἰπόλον coll. Id. I, 186, ut Galatea Polyphemum impense amoribus deditum dicat.

12. ἄσυχα καχλάζοντος] Ahrensius e cod. 9 παφλάζοντα, quod Nonnus Dion. X, 143 ἥσυχα παφλάζοντι δέμας

φαίδρυνε λοετρῷ, commendare videtur. Ferendum hoc in Nonno, nisi is quoque καχλάζοντι scripsit; non ferendum in Theocrito, qui sciebat haud dubie παφλάζειν dici mare vehementissimo motu aestuans, ut pene ineptum sit coniungi ἥσυχα παφλάζειν, quorum alterum alteri contrarium est. Nec hiatum defendi posse credo, v. ad Idyll. XXIII, 42. Itaque teneo καχλάζοντος, quod de litore leni undarum allisu resonante Theocritus eodem iure dixit quo Pindarus phialam ἀμπέλου δρόσῳ καχλάζοισαν dixit.

20. καλὸν ἀείδεν] Al. καὶ τόδ' ἄειδεν, quod recepit Ahrensius. 35. ἐσέβλεπον] ἐσέδρακον e Iunt. Ahrensius. 36. μοι] μευ probabiliter Ahrensius.

40. Κοτυτταρὶς] Recte nescio quis Κοτυταρὶς ab Ahr. receptum. In Aeschyli fragmento apud Strabonem X p. 470 f. Nauckius ad cod. ductus bene restituit Κοτυτοῦς.

VII, 4. Λυκωπέος] Λυκώπεος vulgo, Λυκωπέος et Λυκωπέως codd., Λυκώρεος tamen Ahrensius.

10. ἄνομες] Quae in adnotatione marginali ad h. v. de mensura verbi ανω dicta sunt, indicta volo.

11. κατεφαίνετο] Iunt. ἀνεφαίνετο, quod fere de subito et inexpectato visu dicitur. Recepit Ahrensius.

21. Σιμιχίδα] Simichidam adoptivum Theocriti patrem fuisse e scholiis ad h. l. efficere conatus sum; at scribendum potius in schol. ἀπὸ πατρῴου κληθῆναι Σιμιχίδου, ut intellexit Ioannes Hauler in dissertatione de Theocriti vita p. 6. Itaque Simichidas non adoptivus Theocriti pater fuit, sed vitricus.

46. Ὠρομέδοντος] Al. Εὐρυμέδοντος. Optime Ahrensius εὐρυμέδοντος scripsit, quo omnes loci difficultates tolluntur.

65. τὸν πτελεατικὸν] τόν, hoc quod conditum habeo. Pteleaticum vinum si non memoratur, non mirum. Praestans fuisse, ut pastoribus, credibile est: aliis vile. HERMANNUS IN SCHEDIS. 69. μαλακῶς] μαλακῶ coniecit etiam Ahrensius.

100. μέγ' ἄριστος] Haec Ahr. coniunxit cum Φοῖβος, quod ferendum esset, nisi αὐτὸς adiectum esset; nec nemini μέγ' ἄριστος unquam de deo aliquo dici. Praeterea nescio quid displi-

cere possit in edita scriptura, Aristis vir bonus, immo *μέγ' ἄριστος*.

103. *Μαλέας — πέδον*] Ita scribendum esse vidit etiam Ahrensius, iisdem ut suspicor rationibus motus, quas ego in adnotatione explicui.

105. *ἄρ' ὁ Φιλῖνος*] Ita Stephanus, cui favet 20mg., in quo est *ἄρ' ὁ Φιλῖνος*. Vulgo *ἄρα Φιλῖνος*, codd. fere *ἄρα Φιλῖνος*, Ahrensius ex cod. Med. *εἴτε Φιλῖνος ἄρ' ἐστίν*, quod probandum.

106. *κῆν μὲν ταῦτ' ἔρδῃς*] Coniunctivum posuit Schaeferus, codd. plerique *ἔρδοις* et *ἔρδεις*. Recte Ahr. ex duobus codd. *κεὶ — ἔρδοις*. 109. *ἀλλῶς*] Libri *ἄλλως*.

112. *τετρυμένος*] Ahrensius e tribus codd. *τετραμμένον*.

124. *ἐπὶ — Μόλων*] Ahrensius *ἀπὸ* e codd. et *μολών*.

151. *τόν ποτ' ἀν' Αἴτνᾳ*] Pro *ποτ'* Call. Steph. et cod. l *ποκ'*, itaque malim *τόν ποκ' ἀν' Αἴτνᾳ*. Nam *Ἀνάπῳ* etiam nunc recte emendasse mihi videor; nec vereor ne quis contra allaturus sit Id. I, 69, ubi Aetna et Anapus coniunguntur rectissime, siquidem totus terrarum tractus ab Anapo usque ad Aetnam et Acin malorum Daphnidis quasi theatrum fuit.

155. *ἀλωΐδος*] Verum esse *ἀλφάδος* dixi in adnotatione; atque ita edidit nunc etiam Ahrensius. Cf. Naekii Opusc. II p. 129.

VIII. Hoc carmen quo magis considero, eo magis nunc in eorum sententiam concedo, qui non partes aliquas sed totum a Theocrito abiudicant.

13. Neque spondeus in quarto pede defendi potest, neque medio *θέσθαι* hoc loco poeta uti potuit, neque *ἄεθλος* unquam pro *ἄεθλον* dictum, quamvis affirment grammatici, quorum testimonia collegit Hermannus Opusc. V p. 82. Has ab causas assentior Ahrensio conicienti *καὶ τίνα θησεῖς μισθόν, ἐμὶν ὅτις ἄρκιος εἴη*; nisi quod fortasse *ὅτις κέ μοι ἄρκιος εἴη* praestat.

17. *τὶ δὲ τὸ*] Ahrensius *τὶ δέ τυ*. 20. *οὐ καταθήσω*] *οὐκ ἄρα θήσω* Ahr.

24. *κάλαμός γε*] Cum sequatur, ex mea quidem emendatione, *νιν* i. e. *τὸν δάκτυλον*, potest sane *κάλαμός με*, quod alii libri habent, servari. Particula *γέ* parum commoda.

25. Hunc versum Menalcae, duos sequentes Daphnidi assignant codd. duo, quos secutus est Ahrensius.

27. *ᾧ*] Malim nunc cum aliis *ὦ*.

Ibid. *φάλαρος*] *φαλαρὸς* e cod. 1 Ahrensius.

28. *ἐπακούσας*] Al. *ἐπακοῦσαι*, quo recepto Ahr. sequentem versum delevit.

33. *ποταμοί, θεῖον γένος*] Quamquam recte fluvii divinae originis dici possunt, hic tamen scribendum videtur *θεῖον γάνος*, cui etiam melius respondet 37 *βοτάναι γλυκερὸν φυτόν*. Cf. Idyll. XI, 48 *ποτὸν ἀμβρόσιον*.

34. *πήποχ'*] Hoc nunc rursus adscivit Ahrensius.

38. *μουσίσδει*] Al. *μουσίσδοι* et *μουσίζοι*, unde *μουσίζω* Ahrensius.

41—48. Hos versus vir doctus in Ephemer. Gothan. 1803 no. 22 ita transposuit ut 45. 46. 47 et 44 Menalcas, ceteros i. e. 41. 42. 43 et 48 Daphnis canat; secutus est Ahrensius. Praeterea post vs. 52 Wüstemannus duo Daphnidis disticha excidisse existimat, et 53 — 56 cum I. H. Vossio Menalcae, et 57 — 60 Daphnidi assignat. Itaque haec nascitur totius loci forma:

ΜΕΝΑΛΚΑΣ

ἔνθ' ὄις, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι
σμάνεα πληροῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι,
ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι καὶ τὰ βοτά.

ΔΑΦΝΙΣ

παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοί, παντᾷ δὲ γάλακτος
οὔθατα πλήθουσιν, καὶ τὰ νέα τρέφεται,
ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ τὰς βῶς βόσκων χαἰ βόες αὐότεραι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ

ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
μυρίον· ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι.

ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος· ἴθ' ὦ κόλε καὶ λέγε 'Μίλων,
ὁ Πρωτεὺς φώκας καὶ θεὸς ὢν ἔνεμεν'.

ΔΑΦΝΙΣ

. . . . . .
. . . . .
. . . . . .
. . . . .

ΜΕΝΑΛΚΑΣ

μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι Κροίσοιο τάλαντα
εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων·
ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι ἀγκὰς ἔχων τυ,
σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν, τὰν σικελὰν ἐς ἅλα.

ΔΑΦΝΙΣ

δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός,
ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα,
ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος· ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.

Probavit haec Ahrensius, et ego quoque secutus essem, si prius cognita habuissem. Nam quod vulgo existimant, alterum alterius res celebrare, nihil est.

43. *ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς*] Conieci olim *ἔνθα καλὰ Ναΐς*, quod recepit Ahrensius. Si recte conieci, videndum ne verba *ἐπινίσσεται* et *βαίνει ποσὶν* transponenda sint; brevis syllabae productio in his minutis et elegantissimis carminibus non ferenda est.

66. *σὺν παιδὶ νέμοντα*] Nusquam Theocritum in genuinis carminibus *νέμειν* pascendi sensu sine accusativo obiecti dixisse ostendi ad Idyll. VII, 113.

68. *ὄκκα πάλιν*] Si haec vera est scriptura, etiam hoc exemplo intellegitur scriptorem huius idyllii a Theocrito, qui *ὄκκα* constanter in ultima corripit, diversum esse.

70. *ἀπόθωμαι*] Rectius *ἀποθῶμαι*, ut e codd. edidit Ahrensius.

72. *κἠμὲ γὰρ ἐκ τὤντρω*] Assentior Ahrensio haec gravius corrupta esse iudicanti, quam ut addendo *γὰρ* sanari pos-

sint. In talibus locis praestat ἐπέχειν, quam praecipites coniecturas periclitari, qualis est quam Ahr. proposuit.

74. *οὐδὲ λόγων ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ*] Schol. *οὐ μὴν ἀπεκρίθην αὐτῇ, ἀντὶ τοῦ ἀπεκρινάμην. τὸ ἀπεκρίθην γὰρ τὸ ἐχωρίσθην δηλοῖ.* Recte; aoristus *ἀπεκρίθην* respondendi sensu malae graecitatis est, cuius antiquiorem auctorem non habeo quam Machonem apud Ath. VIII p. 349 d *τοῦτ' ἀποκριθῆναι φασὶ τῷ Βηρισάδῃ* et XIII p. 577 d *ἡ δὲ τοιοῦτ' ἀπεκρίθη.* Scripsit Machon ista in Chriarum opere haud paucis plebeii sermonis vestigiis impresso. Seriorum scriptorum exempla indicavit Lobeck. ad Phryn. p. 108. Illud *ἀπεκρίθην* igitur ipsius poetae vitium est; at librariis debetur inficetum dicendi genus *λόγων τὸν πικρόν*, in quibus pro *λόγων* libri peiores habent *λόγον* etiam a schol. indicatum et ab Ahrensio receptum; praeterea v. l. in schol. memoratur *τὸ πικρὸν* pro *τὸν πικρόν*, quod schol. explicat *ὅπερ, τὸ μὴ ἀποκριθῆναί με, πικρὸν ἦν αὐτῇ.* Quae quamquam falsa est interpretatio, docere tamen videtur scripsisse poetam *οὐ μὰν οὐδ' ἀλέγων ἐκρίθην ἄπο τῶμπικρον αὐτᾷ.*

IX, 1 — 6. Non Theocriti esse hoc prooemium sed ab eodem interpolatore consarcinatum qui Id. VIII, 31 et 32 fecerit, suspicatur Wordsworthius p. 79.

6. *ἔμπροσθεν*] Libri *ἔμποσθεν, ἔμποθεν, ἐν ποθ' ἕν, ἔμπροθεν.* Briggsius *ἔκποθεν*, quod *ἔκ ποθεν* scripsit Ahrensius.

18. *πὰρ ποσὶ*] Codd. tantum non omnes *πρὸς ποσί*, quod restituendum.

19. *δὲ δρυΐνῳ*] Quod scribendum conieci *δ' ἐμβρύων*, ne quis propter mediam productam reiciat, afferre sufficit Theodoridam Anth. Pal. VI, 222 *πόντος Ἰαπύγων ἔβρασ' ἐπὶ σκοπέλους* et Antipatrum IX, 567 *Λύσιδος ἀλκυὼν τερπνὸν ἄθυρμα Μέθης.*

28 — 36. Hos versus a Theocrito abiudicat Ahrensius.

30. *φύσῃς*] Ahrensius ex em. Graefii *φύσω* edidit versumque hunc cum praecedenti, in quo *ποκ'* revocavit, coniunxit,

quod ne dicendi quidem usus permittit, qui μὴ ἔτι non μηκέτι hic poscit. Itaque quocunque te vertas, ineptissimus est versus iste neque eo, quo nunc legitur, loco a poeta scribi potuit.

32. ἴρηκες δ' ἴρηξιν] Fortasse recte Ameisius ἴρακες δ' ἵραξιν.

33. Si nihil excidit post hunc versum (atque ipse nunc dubitare coepi de necessitate lacunae), scribi poterit οὔτε γὰρ ὕπνος οὐδ' ἔδαρ ἐργατίναις.

X, 2. οὔτε τὸν] Ahrensius nunc οὔτ' ὤν.

6. ἀρχόμενος] D. Heinsius, quem Ahr. secutus est, ἀρχομένω coniecit, non facturus, si ἀρχόμενος τᾶς αὔλακος coniungenda esse intellexisset; verbum ἀποτρώγειν, quod ex vulgari Siculorum pastorum sermone petitum videtur, nil aliud significat quam *proficere in opere coepto*.

7. ὀψαμᾶτα] Ita iam ante me Briggsius.

16. Ἱπποκίωνι] Hoc schol. et meliores libri habent, alii Ἱπποκόωνι, vulgo Ἱπποκόωντι. Eademque lectionis varietas Idyll. VI, 41, in quod h. v. a manu interpolatrice illatus est. Ahrensius Ἱπποτίωνι edidit, nec mihi quid Ἱπποκίων significet compertum est.

19. μωμᾶσθαι] Quod ad Idyll. XX, 18 conieci μωκᾶσθαι, confirmat cod. L pr., ex quo recepit Ahrensius.

20. μηδὲν] μὴ δή e codd. Ahrensius. 21. μήποτ'] Malim μήποκ'. 28. ἐγὼ δὲ μόνος] De numeris cf. quae dixi ad Idyll. VIII, 10. 39. ἐλελήθη] Nihil mutandum; spondeum tuetur vs. 59.

49. σῖτον ἀλοιῶντας] Non ab omni parte cum Theocrito convenire Virgilium Georg. I, 297 *at rubicunda Ceres medio succiditur aestu, et medio tostas aestu terit area fruges*, adnotavit Hermannus in schedis. Mox non φεύγεν vulg. est, sed φεύγειν. Ahrensius edidit φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνων.

51. 52. Hi versus fortasse ante vs. 49 ponendi; trituram enim praecedit messio, neque causa erat, cur naturalem ordinem inverteret Milo.

